592671

RESOLUTIONES SELECTÆ AD MATERIAM FORJUDICATIONIS.

Cum Quæst. Unic. de pœna non revelantis crimen Læsæ Majestatis.

AUCTORE

JO: MARIA CAMPANA

POST MULTOS REGIOS MAGISTRATUS EXERCITOS,
Olim Judice in Criminalibus M. C. V.
AC POSTEA MUNIFICENTIA
PHILIPPI IV. HISPANIARUM REGIS
IN APRUTIO ULTERIORE REGII FISCI ADVOCATO,
ET REGIO CONSILIARIO S. CLARÆ.

Opus novas, vel nova methodo tractatas, & in Praxi Criminali utiliſsimas continens Quæſtiones.

Plurimis mendis expurgatum.

CUM OBSERVATIONIBUS XXIX.
U. J. D. CAROLI ORILIÆ.
Separatis antea, nunc ſub ſua Reſolutione diſpoſitis
CUM UNICA QUÆSTIONE MISCELLANEA EJUSDEM AUCTORIS.

Adjecto in fine duplici Indice, rerum ſcilicet notabilium, & Argumentorum.



NEAPOLI, Ex Typographia Felicis Caroli Moſca 1739.
SUPERIORUM PERMISSU.
EXPENSIS JOANNIS MAXIMI PORCELLI.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO DOMINO

D. MICHAELI DE BONIS

In hac noſtra Urbe Pauperum Patrono.

JOANNES MAXIMUS PORCELLI S. P. D.

Sapientiſſime profecto Lacedemonus Chilo ex ſeptem Græciæ Sapientibus unus hoc inſigne, & breve protulit Apophthegma: Beneficii dati obliviſci, accepti meminiſſe docet. *Ingenui, & humani eſt, atque adeo hominis grati acceptum beneficium reminiſci, & contra ingrati animi crimen eſt hominis prorſus nefandi, & deteſtabilis obliviſci. Quare merito Philippus Macedo, Hiparchi Eubœi vita defuncti, quum ob oculos haberet, & acerbe, & ægre ferret interitum, cuidam ſuum dolorem lenire volenti, dicentique: illum tempeſtive deceſſiſſe; & natu grandem*: ſibi quidem, *inquit*, tempeſtive deceſſit, at mihi præpropere: mors enim illum anticipavit prius, quam a me beneficium acceperit, noſtra dignum amicitia: *Quo hæc mea, Illuſtriſs. Domine, ſe vertant verba, Te percepiſſe, facile animum induco meum. Quum iterum excudendas has Reſolutiones Jo: Mariæ Campanæ ſuſcepiſſem, non diu cuinam nuncuparem, conſecraremque, aut animo pependi meo, aut multis penſitatis Illuſtribus, & eruditis Viris, at illico in Te meus ſe fixit animus, qui tempus ſatis tibi faciendi propter tua magna, & pene innumerabilia apud me poſita beneficia pluribus abhinc annis nanciſci percupiebat. Quare oblata occaſione Tibi imprimis hunc nuncupare debeo librum, quando Tibi multum debeo, quem non tantum majorum tuorum perilluſtris Stirps, ſed ingenii tui quoque, & morum, & vitæ integritas, & elegantia commendant; quin & patrocinandi rara, quam tua in juventute exercuiſti artem, in cujus ætatis curriculo maximam omnibus præbuiſti ſpem, & exſpectationem: neque ſpes fruſtrata fuit: id ætatis enim Auditoratus munera in Regiis noſtri Regni Audientiis jure conſecutus, quibus in oneribus plures annos Capitis Aulæ, & Fiſcalis functus officio, & in Hetruriæ Præſidia Auditor miſſus fuiſti. Tandem Magnæ Curiæ Vicariæ Judex creatus, & deinde Comite Conſiliario D. Martio Cyrillo pro maximi momenti negotio omnibus noto, & aperto Siciliam miſſus, eoque tempore, quo Panormi commorabaris, ubi plurium ſpatio annorum degiſti, Noſtræ Parthenopes imperio Noſter Invictiſſimus Rex Carolus Borbonius potitus fuit, ob cujus adventum huc tuam in patriam commigraſti, & in Miniſtrorum Electione, hujus Urbis Pauperum Patronus fuiſti creatus, quod onus ita accuratus, & ſagax exerces, ut nullus poſt hominum memoriam exercuerit, nam*

Te

Digitized by Google

Te non tantum suam Patronum, sed Parentem miseri homines, & pauperes appellant, & agnoscunt, eorumque in miseriis, & ærumnis, casibus, & infortuniis, afflictionibus, & novissime in capitis periculis tuam præstas pietatem, & humanitatem, & quod est maximum caritatis argumentum, tuo ære suppeditando nutris, & alis. O singularem, & miram humanitatem! Quid de tua præclara, & illustri dicam Prosapia? nihil? at tuæ dignitati, & meo officio deessem. Ergo aliquid? ne hoc quidem: quando hoc dicere vellem, non aliquid, sed plura deberem: & hæc mea tunc haud foret epistola, sed volumen exararetur ingens, oporteret. Cui enim tot, tantosque tuos Clarissimos Affines & in omni scientiarum genere præditos, imprimisque in Juris peritia insignes Majores verbis complecti liceret, qui in Provinciis, & nostra in Civitate primos dignitatis gradus occupavere? quis eorum eximia ingenia, dotes, & virtutes cumulate celebrare, & panegyricas texere posset orationes? Aliis, qui me doctiores, & disertiores sunt, hoc onus laudandi relinquo: operæ pretium quippe duxi pauca, immo nihil dicere, quam futilem, & inconcinnum de eis habere sermonem. At Scipionem de Bonis tuum Proavum, qui in Jurisprudentia fuit nemini secundus, Auditoratus in Provinciis officium functus, in Magna Curia Vicariæ Judex fuit electus non debeo silentio præterire: hic eruditum edidit librum anno 160[illegible] de ingenuis moribus, & de re militari, ut in sua Bibliotheca Neapolitana refert Nicolaus Toppius. Avum tuum Joannem Baptistam Clarissimum Jurisconsultum in nostro Neapolitano Foro, & Philippum Patrem tuum Jureperitum tacitus minime relinquam. Neque Patruos tuos Clarissimos Viros, & primum P. D. Ludovicum Monachum Benedictinum, excellenti, & singulari doctrina imbutum Virum, qui pluribus functus in sua Religione oneribus Abbas in Monasterio S. Severini Neapoli mortem obiit, reticebo. Deinde addam Celeberrimum Jesuitam P. Carolum de Bonis ad præsens Provincialem Societatis, summa Virtute, summaque Sanctitate Virum, Tuorum majorum decus, & ornamentum. Quibus D. Franciscus etiam tuus Patruus addatur, oportet, quem bis militantem sub Invictissimis Regis Hispaniarum Vexillis, binas peditum cohortes, quarum unam in Hispania Provincia, alteramque suis sumtibus in Italia conscripsisse, & sustinuisse, nullus ignorat: Demum incomparabilis Germanus Frater tuus D. Andreas cui latet homini? Hic anno Rep. Sal. 1683. sumtu suo Peditatus legens cohortem sub iisdem Hispaniarum Vexillis Ilerdam, sive Ilergetes, quæ nunc Catalonia appellatur, se contulit: unde factum fuit, ut in Flandria Equitum Magister fuerit creatus, ubi militans vitam cum morte commutavit: neque tantum vi militaris peritus, sed & optimarum literarum fuit homo exercitatissimus. Suscipe tandem, Illustriss. Vir has Resolutiones Jo: Mariæ Campanæ cum Observationibus Caroli Oriliæ de Forjudicatione, & hilari, libentique suscipias animo, easque, quas tibi ex animo devoveo, & consecro, a dicacibus Aristarcheis tuearis linguis, & meum in Te animum gratum, & meam ad omne officiorum genus æstimes voluntatem, exoro: Unum addo, & id agas, quam maxime, imprimisque velim, ut tuam, quam cœlesti nactus es benignitate firmam valetudinem tuæ Illustriss. Familiæ, & publicæ omnium utilitati, quoad fieri poterit, omni tuo conatu, & diligentissima conserves solertia. Postremum annorum seriem, culmina dignitatis, pacem perennem, æternamque Tibi largiatur D. O. M. vehementer, etiam atque etiam oro benedictionem. Vale Vir Illustriss., mei vive memor, & me, ut ante, ama.

Digitized by Google

RESOLUTIONES SELECTÆ AD MATERIAM FORJUDICATIONIS,

AUCTORE

JO: MARIA CAMPANA

Post multos alios Regios Magistratus exercitos olim Judice in Criminalibus M. C. nunc munificentia PHILIPPI IV. in Aprutio Ulteriore Regii Fisci Advocato.

SUMMARIUM.

1 2 AN ad practicandam pragmaticam 1. de ictu scoppitti punientem affectum non sequuto effectu sit necessaria probatio delicti in genere, & quomodo sit probandum? refellitur quoad hoc quoddam dictum Muscatelli.

An sit necesse probare, quod in sclopo inerat pila plumbea, & quid si probetur, quod inerat pila confecta ex carta?

An necessitas delicti in genere procedat etiam quoad effectum torquendi, & forjudicandi?

3 *An habeat locum* d.pragm.1. *si ictus non sit emissus sed delinquens tantum strinxerit puntillum sclopi, & flamma coruscaverit? declaratur id quod tradit Rovitus auctoritate Ricci in* d.prag.1.n.1. *habere locum tantum, quoad pœnam extraordinariam, licet aliter innuat Mastrill.* decis.155.n.7.

4 *An in supra proximè relato casu sit etiam probandum delictum in genere?*

Tentans venire contra prohibitionem statuti est puniendus extra ordinem.

5 *An ad præd.* prag.1. *praxim sit necessarium appensamentum?*

6 *An, & qua pœna puniendus sit is, qui in rixa ictum scoppitti emittit.*

7 *Homicidium rixosum non connumeratur inter atrocia delicta.*

Conatus in delictis non atrocibus, ut sunt rixosa, regulariter non punitur pœna corporali.

An delictum rixosum possit esse tam atrox, ut etiam pro solo conatu possit imponi pœna gravis.

8 *Quod ad hoc ut habeat locum* d.prag.1. *necesse est, ut qui ictum emisit sit persona alias facinorosa, contrarium* 9.

9 *Verbum quicunque quid importet?*

Quod non sit necesse, ut persona delinquens servata forma d. prag. *sit alias facinorosa pluribus demonstratur ad intellectum tam* 1. *quam* 5. prag. *de ictu scoppitti.*

An opinio, quod occidens unum volens occidere alium non puniatur pœna ordinaria locum habeat in delicto ictus scoppitti?

10 *An assistens in delicto commisso cum ictu scoppitti teneatur pœna mortis, & an possit forjudicari cum abbreviatione inducta à* Reg. Prag. *latè discutitur, &* num.5. seq. usq; ad num.15.

13 *Committere verbum, quid importet.*

Declaratur Dom. Reg. Merlinus controvers.47.n.21.

14 *Delinquere verbum, quid importet?*

Statuta etiam odiosa non restringenda quatenus patitur verborum proprietas.

15 *An mandans committi delictum cum sclopo includatur sub* prag.3. *refertur ratio decisionis relatæ per Thorum per quam fuit declarata nulla sententia forjudicationis lata contra assistentem in delicto commisso cum sclopo.*

16 *An stante incertitudine possit ad forjudicationem procedi, quando incertus est percussor, sed certum est, tam principalem percussorem, quam assistentes cum sclopis esse dignos morte?*

17 *An si delinquentes commiserint homicidium cum aliis armis possint forjudicari servata forma* d.prag.3. *cum abbreviatione, si tempore homicidii habebant premanibus sclopos, licet eis non fuerint usi?*

18 *An in casu, quo potest procedi contra assistentes cum sclopis ad forjudicationem cum abbreviatione sit probandum delictum in genere etiam respectu assistentium?*

19 *An ad hoc ut possit procedi ad forjudicationem cum abbreviatione* prag.3. *sit necessarium appensamentum, & quid si delictum commissum cum sclopo licet rixosum esset dignum pœna mortis an haberet locum abbreviatio?*

20 *Et quid si delictum sit commissum cum sclopis parvis hoc est brevioribus tribus palmis, an sufficiat rixa, & ubi fundetur* prag.3. *jubens hoc casu delinquentem forjudicari cum abbreviatione etiam si delictum sit factum ad defensionem?*

21 *An rigor prædictus sit servandus contra eum, qui cum sclopo parvo ad defensionem emisit ictum, sed habebat licentiam asportandi prædictum sclopus parvũ.*

Statutum est ita interpretandum, ut non contineat iniquitatem.

22 *Et quid si ab alio invasus ad sui defensionem ex alterius latere, vel domo sclopum parvum arripuerit?*

23 *An assistentes in delicto rixoso cum sclopis parvis teneantur pœna* d.prag.3.

Specialia odiosa non sunt multiplicanda.

24 *Quid si insultus cum sclopo parvo sit appensatus, an debeat forjudicari non solum, qui ictum emisit, sed etiam assistentes cum sclopis parvis, quando delictum non est consumatum?*

25 *An, & quando stante incertitudine possit devenirè ad forjudicationem cum abbreviatione.*

Digitized by Google

Tractantur multa ad intellectum prag.1. & 3. *de ictu ſcoppitti, & aliarum pragmaticarum de materia loquentium.*

RESOLUTIO I.

1 CONcluſio ad hoc, ut in praxi deduci poſſit diſpoſitio *pragmat.1. de ictu ſcoppitti*, jubentis puniri pœna mortis ictum ſcoppitti emiſſum ad nocendum, licet non ſequatur effectus, neceſſe eſt conſtet delictum in genere, quod conſiſtit in projectione, quod in ſclopo exonerato inerat realiter pila plumbea, deficeret enim aliàs delictum in genere, quod eſt fundamentum inquiſitionis, juxta paſſim receptam criminaliſtarum regulam deductam ex vulgato tex. *in l.1.§.item illud, ff. adſyllan.* in terminis *Dom. Rovitus prag.1. editione noviſſima de ictu ſcoppitti num.1.* conſtare ad propoſitum dicetur delictum in genere ſi pila plumbea, v.g. emiſſa ex ſclopo reliquerit veſtigium aliquod ſui indicativum in loco ad quem pila pervenit, vel teſtes de viſu deponant immiſſionem pilæ in ſclopum ad nocendum exoneratum, & ſimul atteſtentur nunquam dictam pilam extractam antè quam ictus emitteretur *Muſcatell. in tit. de ictu ſcoppitti num.3. & n.14.* quicquid aliis modis probari poſſe delictum in genere dixerit *num.5. & ſequent.* qui quidem nullo modo probant delictum in genere, ſed tantum delictum in ſpecie, quod deducitur evidenter etiam ex verbis *prag.* ibi *ad nocendum emiſſus ſit*, nec intelligi poteſt ictum fuiſſe aptum ad nocendum niſi probetur, quod ictus emiſſus ſit cum pila plumbea apta ad occidendum *Foller.d.prag.num.51.* ubi quod non ſufficeret pila
2 cum carta, quia illa non eſt apta ad nocendum ideſt ad occidendum, hunc enim animum nocendi conſideravit *prag.* Hæc concluſio procedit nedum ad puniendum reum in fortiis Curiæ exiſtentem, ſed etiam ſi agatur de forjudicatione, nam & ſi ad forjudicationem ſufficiant indicia ad torturam, ut alibi dixi, tamen nec torturæ locus eſſe poteſt niſi probato delicto in genere, ut clarè deducitur ex allegato *§.item illud*, ubi quod niſi conſtet Dominum ſcelere interemptum, quod conſtituit delictum in genere, non poteſt haberi de familia quæſtio *Farinac.quæſt.38.num.2. Guazzin.defen.4.cap.3.n.13.* & alii per eos relati.

3 Concluſio. Ad hoc ut eidem *prag.1.* locus ſit, neceſſe eſt ictum cum effectu eſſe emiſſum, ut conſtat ex verbis *d.prag.* ibi: *dum tamen ad nocendum emiſſus ſit*, quæ verba non poſſunt verificati niſi ictus foris eruperit, ut ſonat vis latinæ vocis.

Neque obſtant tradita *per eundem Rovit.d.prag.1.n.1.* ubi citat *collectaneam Ricci* 1363. & ampliat diſpoſitionem *Reg.prag.1.* etiam ſi abſque pilæ emiſſione quis ut vulgo dicitur ſtrinxerit punctillum, & ex fucone tantum flamma coruſcaverit, nec ſit in canna ſuccenſus ignis, quia ejus dicta procedere poſſunt tantum quoad pœnam extraordinariam, quemadmodum colligitur *ex deciſ. Curiæ Archiepiſcopalis relata per Riccium*, fuit enim hoc modo delinquens condemnatus ad remigandum per decennium, quicquid contrarium ſenſiſſe videatur *Maſtrill.deciſ.155. num.7.* quod etiam intelligendum eſt; dummodo ut ſupradictum eſt conſtet delictum in genere, hoc eſt cum ad hunc actum deventum eſt, adfuiſſe pilam in ſclopo, ut advertit
4 idem *Rovit. in allegata prag.1.* quod difficilem reddit *præd. deciſ.* praxim, cum non ſatis ſit dici à teſtibus, quod flamma de fucone coruſcaverit, & quod delinquens punctillum ſclopi ſtrinxit, niſi Fiſcus probet ſclopum fuiſſe pila onuſtum, ut ſupradictum eſt, ſi tamen conſtet eo modo delictum in genere, poterit, & hoc caſu licet ictus non ſit emiſſus, nec pila exiverit, imponi pœna extraordinaria, quoniam, & is, qui contra ſtatuti pœnalis prohibitionem delinquere nixus eſt, pœna non quidem ordinaria, ſed arbitraria puniendus eſt, quia ſatis eſt delinquentem feciſſe quantum potuit, & nihil, quantum in illo eſt agendum, ſuperfuiſſe *Bald. in l.non idèo minus num.10. C. de accuſat. Menoch.caſu* 360.*num.20.& num.110.de arbitrariis.*

5 Tertia concluſio, præter *præd.prag.* practicari, puniens pœna mortis delictum attentatum, neceſſe eſt, quod quis appenſate deliquerit ictumque emiſerit, ita colligitur ex verbis *prag.* præſertim ex illo verbo *cupiunt*, quod animi deliberationem, & appenſamentum importat, quemadmodum pro vero habuit *Sacrum Conſ. teſte Gizzarell. deciſ.25. num.10.& 11.* & in conſimili ſtatuto ſiculo eadem opinio recepta eſt *Maſtrill.deciſ.155.num.12.* & hic intellectus eſt extra controverſiam approbatus à *Reg. prag.3. eodem tit.* ſi recte ponderetur in illis verbis *ſempre, che ſarà appenſatamente con animo*
6 *d'occidere*, de cujus intellectu infra agam; hinc infertur, quod ſi quis in rixa contra aliquem ictum ſclopi emiſerit ſumus extra terminos *d.Reg.Prag.1.* appenſamentum requirentis, cumque hic caſus omiſſus à ſtatuto ſit, relinquitur diſpoſitioni Juris communis vulgata *l. commodiſſime, ff. de liber. & poſth.* & juxta juris communis terminos pœna regulanda eſt, nec facilè crederem huic delinquenti in rixa poſſe imponi pœnam corporalem, licet enim dici is poſſit attentaſſe homicidium, quod plerumque ex his armis ſequi ſolet, & ab his armis utente intenditur *Maſtrill. d. deciſ.155. num.9.* tamen rixoſum eſt, cumque regulariter homicidium
7 rixoſum non connumeretur inter atrocia delicta, juxta regulam approbatam à Senatu Mediolanenſi de qua *Clar.lib.5.recept.ſentent.§.1.num.9.* non videtur pro ſolo conatu poſſe deveniri ad pœnam corporalem ad tradita per *Farinac. quæſt.124. n.5.* ubi recenſet opinionem eorum qui exiſtimant, ubi delictum non ſit atrox, conatum non eſſe punibilem, quibus tamen non aſſentior (nam praxis eſt in contrarium) niſi quoad abſtinendum à pœna corporali, quotieſcunque enim delictum, ubi conſumatum ſit, licet atrox non ſit, pœnam corporalem meretur, conatus impunitus eſſe non debet, juxta aliam opinionem, quam refert idem *Farinac. d.quæſt.124. num.54.* dixi regulariter, quia poteſt, & in delicto rixoſo concurrere circunſtantia, tam atrox ratione perſonæ, v.g. vel loci, ut inter atrociſſima eſſet connumerandum, juxta tradita per *Farinac.quæſt.105.num.192.& ſequent.* ſolaque attentatio eſſet ſeveriſſimè punienda, reliqua ad intellectum hujus *prag. vide infra in concl.6.*

8 Concluſio ad hoc, ut dicta *prag.1.* puniens affectum non ſequuto effectu locum habeat, neceſſe eſt etiam, ut perſona, quæ delinquere, ut ſupradictum eſt, attentaverit ſit perſona facinoroſa, quia alioquin nimis durum eſſet pro ſolo conatu ad pœnam mortis devenire, hunc intellectum Sacrum Conſilium deduxit ex illis verbis *prag. ad reſtringendum malefactorum, & facinoroſorum audaciam, qui ruptis totius timoris, &c.* Teſte *Gizzarel. d.deciſ.25.n.10.* nec mirum, quia perſona conſueta delinquere ſeverius punienda, ut eſt text. *in l.3. C.de Epiſc.aud. ubi gloſſ.in verbo conſuetudini notat*, ad hoc propoſitum

Digitized by Google

ſtum induci conſuetudinem per binum actum, neque huic intellectui obſtabit *prag.3.de ictu ſcoppitti*, quæ jubet abſque ulla interpretatione, & declaratione ſervari diſpoſitionem *d.prag.*1. quia hæc verba non poſſunt tollere hunc intellectum, qui ex verbis, & mente prag. deſcendit, quod enim ex verbis, vel legis ſententia infertur non ex aliorum interpretatione, aut declaratione, ſed ex ipſa lege deſcendere dicendum eſt *l.nominis, & rei, §.verbum, ff.de verbor.ſignificatione.*

9 His tamen non obſtantibus hodierno tempore aliud dicendum videtur, ut ſcilicet ſufficiat hoc delictum committi ſi cætera requiſita concurrant à quacunque perſona etiam antea non inquiſita, movent illa verba poſita in *d.prag.* ibi: *quicunque ad nocendum alicui, &c.* quæ vox omne perſonarum genus nulla facta diſtinctione includit. *Tiraquel. Cravet. Menoch.* & alii relati per *Giurb. conſ. Criminali* 11.*num.*2. præterea clarè patet non fuiſſe à legislatore conſideratam qualitatem perſonarum delinquentium, ſed ſolam naturam, & atrocitatem delicti, ibi, *volumus enim propter atrocitatem delicti affectum deductum ad actum proximum pro effectu conſumato puniri,* & clarius ad hoc facit *prag.*3. *eod. tit.* ubi tota vis ſeveritatis fundatur in qualitate inſtrumenti, & armorum igneorum, quibus delinquitur, quæ proditoria adpellantur à legislatore, cum iis tutò, & inevitabiliter homines occidantur nulla prorſus, vel minima facta mentione qualitatis perſonarum delinquentium; neque obſtant verba conſiderata à *Gizzarello d. deciſ.* 25. quæ videntur directa contra facinoroſos; nam fatendum eſt illa verba denotare cauſam impulſivam, quæ non reſtringit (ut alibi dictum eſt) ſolent enim plerumque hæc delicta committi per homines facinoroſos, ac frequentari, idque legislatorem movit ad legis ſeveritatem, ſed ex ſubſtantia diſpoſitionis clarè liquet nulla diſtinctione perſonarum, legislatorem voluiſſe ipſum delictum pœnæ acerbitate coercere, & licet præfatio inducat conjecturam eorum, quæ ſtatuens voluit *Bart. l. cum hi in principio, & l.*1.*ff.ad Macedonianum Menoch. lib.*6. *præſumpt.lib.*2.*num.*4. tamen in claris non opus eſt conjecturis *l.continuus, §.cum ita, ubi gloſſ. in fine, ff. de verb. obligat.* præterea nullam hic intellectus continet repugnantiam cum ſtatuentis intentione, quæ fuit reſtringere malefactorum audaciam; nullo enim alio efficaciori remedio malefactorum audacia reſtringetur, & à ſimilibus delictis coercebitur, quam ſi illa cernant, vel ſemel commiſſa ſeveriſſimè in quocunque puniri, acerbitas enim ſuppliciorum maximè terret exemplo, & futura delicta compeſcit *l.aut facta, §.final. ff.de pœnis, l.quoniam, C.ad l.Fab. de plagiariis, §.homicidia autem de mandat.princip.cum concordant.* neque verò terrere debet auctoritas Sacri Conſ. in contrarium allegata, nam tunc temporis rigor *præd. prag.*1. punientis pœna ordinaria affectum etiam non ſequuto effectu in deſuetudinem abierat ut teſtantur idem *Gizzarell. d.deciſ.*25. *verſus finem. Rovit. d. prag.*1. *num.fin.* Unde nihil mirum ſi ea æquitate Sac. Conſ. utebatur, ut non aliter *d. prag.* praxim admitteret, niſi cum conatu ad delinquendum conjungeretur facinoroſitas delinquentis, & poſtremis temporibus fuit prag. rigor renovatus præſertim per *prag.*3. juſſumque ut ſine ulla ſub audita interpretatione, ac declaratione adamuſsim ſervaretur, & ex his ni fallor remanet firmus intellectus ad dictam *prag.*1. poſſe ſcilicet etiam ſi delinquere tentans, prout in *prag.* continetur, non ſit alias facinoroſus, deveniri contra eum ad pœnam mortis etiam non ſequuto effectu, & conſequenter ad forjudicationem ſi cætera à me ſupra dicta concurrant.

Ex prædictis infertur, quod utcumque controverſa ſit opinio, an volens occidere Sempronium ſi non Sempronium, ſed Cajum occidat puniendus ſit pœna ordinaria *Clar. in §.homicidium num.*4. *verſ. dicunt etiam Farinac. quæſt.*125. *num.*152. in hoc caſu ſi quis in Sempronium ictum projiciens, caſu Cajum occidat non poterit evadere pœnam mortis vigore *d prag.*1. cum ſatis ſit ictum fuiſſe emiſſum appenſatè animo nocendi Sempronio, ſive ſit ſequuta, ſive non ſequuta mors Sempronii, & conſequenter poterit contra eum deveniri ad forjudicationem ſervata forma *d.prag.*3.

10 Quinta concluſio ſi quis ictum ſclopi concurrentibus ſupradictis in aliquem projecerit dubitari poteſt, an aſſiſtentes teneantur pœna *Reg. prag.* 1. & 3. quoad pœnam mortis, & forjudicationem per ipſam inductam; pro cujus dubitationis reſolutione ita diſtinguendum videtur, quod aut aſſiſtentes, & ipſi arma ignea, ſeu ſclopos geſtabant, aut minimè geſtabant, ſi non geſtabant, extra controverſiam eſt eos non teneri nec pœna *Reg.prag.*1. nec 3. non primæ, quia illa loquitur in perſonam, ut ex verbis clarè colligitur, & ſtatutum loquens in perſonam non extenditur ad auxiliatores, vel aſſiſtentes prout nec ad mandantes *Foller.in d.prag.*1.*n.*61. *Dom. Reg. Merlinus tom.*1. *controverſ.*47. *num.*5. *à verſ.veruntamen, & num. ſequentibus.* Non tertiæ, quia cum illa loquatur de committentibus ſimilia delicta cum ſclopis, & aſſiſtentia ſit ſine armis prag. verba non poſſunt adaptari ad hunc caſum, & conſequenter illum comprehendere non poſſunt, quia ubi verba legis non conveniunt, ibi legis diſpoſitio locum habere non poteſt *l.*4. *§.toties, ff. de damno infecto Dom. Reg. Merl. eadem controverſ.*47.*num.*21. aut aſſiſtentes geſtabant, & ipſi arma ignea, ſive ſclopos, & tunc, aut homicidium eſt ſequutum, aut homicidium non eſt ſequutum, ſi homicidium non eſt ſequutum, ſed tantum tractatur de puniendo conatum ad homicidium, tunc aſſiſtentes non poſſunt teneri pœnis prædictarum pragmaticarum, non primæ, quia cum iſti aſſiſtentes non emiſerint ictum, nec uſi ſint armis, non poſſunt comprehendi in verbis prag. quæ emiſſionem ictuum, & uſum prædictorum armorum requirit, ubi enim ſtatuti verba deficiunt, ibi deficit ſtatuti diſpoſitio, ut ſupra etiam dictum eſt, non *prag.*3. quia ad hoc, ut locus ſit *d.prag.*3. ut ex verbis patet, neceſſe eſt, quod ſit commiſſum delictum dignum ſorjudicatione, quod idem eſt, ac dicere delictum dignum pœna mortis, cum non cadat forjudicatio niſi ubi cadit pœna mortis, quemadmodum alibi dixi, at ſola aſſiſtentia delicto non ſequuto non eſt punibilis pœna mortis, nec jure municipali, nec jure communi, non jure municipali, quia *prag.*1. unde pœna iſtius delicti attentati deducitur requirit emiſſionem ictus, ut ſupra ponderavi non jure communi, quia ſola aſſiſtentia, & præſtatio auxilii ad delictum (delicto non conſumato) non poteſt puniri pœna mortis, cum ad hoc, ut quis pro auxilio teneatur ad pœnam ordinariam neceſſaria ſit delicti conſumatio, & effectus *Marſil. in pract. criminali, §.conſtante num.*65. *Auguſt. ad Angel. de malefic. in verb. dicto maleficio ſemper adſtitit num.*14. *ad finem verſ. nam de ope. Farinac. quæſt.*124.*num.*103. *& quæſt.*103.*num.*59. *& ſequent.* & hoc regulariter, quia poſſet dari delictum, tam atrox ratione circumſtantiarum, ut etiam abſque delicti conſumatione eſſent puniendi pœna mortis, tam principalis delinquens, quam aſſiſtentes, ut ſupra innui, quemadmodum ſemel practicatum vidi cum eſſem Judex in criminali-

Digitized by Google

bus M. C. V. cum quodam Jacobo Picciullo, qui fuit pœna mortis affectus ex eo, quia ipse cum aliis appensatè armis igneis, seu archibusiis in Civitate Neapolis insequutus esset emittendo plures ictus quemdam Capitaneum satellitum, qui eum cum inquisitus esset carceri mancipare tentaverat, licet ipse Jacobus Picciullus non esset convictus, quod ipse ictum scoppitti emisisset, sed tantum de gestatione scoppitti, & assistentia in hoc insultu, & major pars votorum fundavit sententiam ultimi supplicii in hoc delicto, & fuit hæc sententia mortis (facta relatione in Collaterali Consil.) confirmata per Mag. Curiam ad quam causa fuit remissa, ut loco reclamationis de justitia provideret referente D. Carolo Lopez cum interventu duorum DD. Consiliariorum Mastril. & Mugnoz. Aut vero, ut revertar unde digressus sum non solum ictus emissus est, sed ex emissione ictus sequutum est etiam homicidium appensatum, & tunc nedum principalis per-
11 cussor, sed etiam adstantes cum archibusiis appensatè poterunt pœna mortis puniri, ac etiam forjudicari cum abbreviatione dierum quindecim servata forma *d. prag.* 3. de pœna mortis non est dubium, quia assistentes cum armis appensatè delinquenti appensatè causa efficiendi ipsum principalem delinquentem animosiorem ad delinquendum puniuntur eadem pœna, qua principalis percussor etiam si nihil aliud egerint *Thesaur. filius ad decis. Thesaur. part.* 31. *Giurb. cons.* 4. *num.* 3. & alii copiosè
12 per eum relati, quoad forjudicationem probatur, quia *d. prag.* 3. inducens abbreviationem forjudicationis complectitur omnes committentes delictum dignum forjudicatione, hoc est morte, ut dixi supra cum similibus armis, quod verbum committere est verbum commune comprehendens, tam principalem percussorem, quam assistentem *l. non dubium, C. de legib. c. mulieres de sentent. excommunicat. Salic. Roman.* & alii relati per *D. Reg. Merlin. tom.* 1. *controvers.* 47. *num.* 4. neque obstant tradita per eumdem *Dom. Merl. eadem controvers.* 47. *n.* 21. *& seq.* quia ejus dicta intelligo, ubi assistentia fuisset sine sclopis: tunc enim non posset dici assistentes commisisse delictum cum sclopis prout *prag.* loquitur, at ubi assistentes adstiterunt cum armis igneis dicentur delictum commisisse cum prædictis armis, & adimplentur verba pragmaticæ, quemadmodum nec obstant illa verba sequentia, *quelli che appensatamente delinquono con tali armi*, nam neque hæc verba (inspecta ipsorum proprietate) excludunt assistentes cum armis, delinquere enim nihil aliud est, quam peccare, ut tradit *Farinac. q.* 17. *num.* 1. & est nomen generale *gloss. in l.* 1. *C. si adversus delictum*, unde cum assistentes proculdubio peccent, dicuntur proculdubio delinquere, & cum supponamus assistentes posse puniri pœna mortis consequenter dicuntur delinquere, quia pœna non cadit nisi ubi adest delictum *l. aliud. fraus est, ff. de verb. signif.* assistentes igitur talibus armis dicuntur delinquere cum talibus armis secundum proprietatem verborum, quæ etiam in statutis odiosis, & pœnalibus attendenda est, ita ut ubi illorum proprietas verificatur, ibi, *& statuti dispositio quamvis odiosi locum habeat Aret. in l. cum lege, ff. de testam. Cald. Oldrad. Dec.* & alii relati per *Farinac. cons. crimin.* 45. *num.* 17. fateor mihi non probari decis. Reg. Audientiæ Cosentinæ prout non probata fuit à *Domino Merlino*, quam refert *Thor. tom.* 1. *in compend. decis. in verbo mandans*, ubi refert fuisse decisum, quod *d. prag.* 3. comprehendit mandantem ita ut possit forjudicari cum abbreviatione, nam mandans perpetrari homicidium cum sclopo, ipse non delinquit cum sclopo, ut considerat *Dom. Merlin. d. controv.* 47. *num.* 21. *& seq.*, nec etiam obstare puto *decis. relatam* per *eumdem Thor. in* 1. *tom. in verbo sententia*, ubi quod fuit decisum nulliter fuisse forjudicatum cum abbreviatione servata forma Reg. prag. illum, qui adstiterat tantum homicidio commisso cum ictu scoppitti ob allegata per ipsum Advocatum, quia non fit ibi mentio, ut videre est de assistentia, cum sclopo, quam suppono, & ideò possum respondere illam decisionem continere diversum factum, nec repugnare meæ opinioni, & dum Joannes Bapt. Thorus in additione ad d. decis. opinatur resolutionem illius nullitatis propositæ ad favorem assistentis forjudicati pendere ex qualitate pœnæ, an scilicet possit imponi pœna mortis, cum incertus est percussor, & tradit stante incertitudine nullum esse puniendum pœna ordinaria mortis, & consequenter non cadere forjudicationem, illius dicta non possunt applicari ad hunc casum, in quo stante homicidio
16 appensato ex veriore sententia tradidi omnes æqualiter puniendos, tam scilicet percussorem, quam assistentes, si omnes appensatè homicidio interfuerunt, habetque id locum etiam cum percussor incertus est *Farinac.* cum aliis per eum relatis ad saturitatem *quæst.* 96. *n.* 72., ubi ab ista opinione in judicando recedi non posse testatur.

17 Et hanc opinionem ut scilicet tam principalis percussor, quam appensatè assistentes cum sclopis, si homicidium fit ictu scoppitti commissum forjudicentur cum abbreviatione sæpissimè in Regis Tribunalibus servatam vidi; dixi si homicidium sit ictu scoppitti commissum, quia si delictum esset aliis armis patratum absque emissione ictuum scoppitti, licet delinquentes præmanibus sclopos haberent, proculdubio non esset locus *prag.* 3. quæ extendit dispositionem *prag.* 1. cum in *d. prag.* 1. ut supra dixi requiratur emissio ictus, & in illa fundetur rigor *prag.* 3. inducentis forjudicationem cum abbreviatione, ut ex verbis illius liquet: si ergo ictus sclopi non sit emissus, deficit qualitas fundamentalis prædictæ dispositionis, & consequenter satis notum est deficere debere ipsam di-
18 spositionem: fateor tamen quod supra traditis (posse scilicet contra assistentes procedi ad forjudicationem cum abbreviatione) objici validè posset, eam non posse locum habere, nisi constet juxta d. in conclusione prima delictum in genere, idest in illis sclopis, quos gestabant assistentes, inesse pilam aptam ad occidendum, nam cum hæc forjudicationis abbreviatio fundetur in qualitate armorum, nisi probetur quod illa arma erant apta ad nocendum per probationem delicti in genere videtur non posse practicari prædictam abbreviationem, dixi abbreviationem, quia quo ad forjudicationem cum terminis ordinariis satis est assistentiam, quæ effecit animosiorem ad delinquendum ipsum principalem percussorem esse punibilem, ut supponimus, pœna mortis, & cum etiam ubi ictus emissus est dictum sit necessariam esse probationem delicti in genere adversus eum, qui ictum emisit, tanto magis hoc erit necessarium, ubi agitur contra eum, qui adstitit tantum minusque egit.

Conclusio ad hoc, ut sit locus forjudicationi cum abbreviatione dierum quindecim necessarium est,
19 ut delictum sit appensatè commissum, ità expressè deducitur ex verbis prag. ibi, *sempre che sarà appensatamente con animo d' uccidere*, ex quo infertur, quod licet etiam in rixa possit dari casus punibilis pœna mortis, & homicidium esset sequutum ex emissione ictus juxta tradita per *Farinac. quæst.* 126. *n.* 47. & 49. non tamen esset locus forjudicationi cum abbreviatione

in-

Digitized by Google

inductæ per dictam Reg. prag., quæ cum requirat hanc qualitatem appensamenti, non verificata qualitate locum habere non potest, *Marsil. sing.* 187. *per totum Plot. Brun. & alii relati per Cabal. resol. crimin.* 125. *num.*2. *D.Reg.Merlinus controvers.*47. *num.* 12. *tom.* 1. nec prædictis obstat prag. novior edita per Excell. Dominum Comitem Montis Regii die 29. Martii 1637., qua cavetur, ut omnia delicta cum armis igneis intelligantur proditoria, & consequenter appensata, quia proditio non potest esse sine appensamento, ac proinde idem est dicere proditorium, ac appensatum cum qualitate aggravante proditionis, *Menoch.de arbitrar. casu* 361. *num.*25. *Caball. de omni genere homicidii num.* 396. quia respondeo quod, & si delicta in rixa cum armis igneis sint fictione juris proditoria vigore præd. prag. (dico fictione juris, quia delicti naturam lex tollere verè non potest. *l. eas, ff. de capit. diminut. §. fin. instit. de legit. agnat. tutel.* nec dubitari potest illud verbum positum in d.prag. *s' intendano*; denotare fictionem *l.ossa §.vult fl.de relig. & sump. funerum, l.filio quem pater ff. de lib., & posth. Soccin.in l. cum avus num.* 68. *ff. de cond., & demonstrat. Menoc.de præsump. q.*10. *lib.*1. *num.*7.) tamen cum *prag.* 3. sit pœnalis non potest intelligi nisi de delicto verè appensato. Nec potest comprehendere casum fictè appensatum, *Bart.in l.*1. *§. lex Falcidia ff. ad leg. Falcidiam, Rovit.in prag.*1.*de perseq. malefac. num.* 23., & ante eum *Menoch. de præs. lib.*1. *q. & num.* 26. imo addo quod, & si legislator ejusmodi delicta proditoria existimanda censuerit, non tamen circa genus pœnæ immutasse censendus est quo ad pœnam mortis, & ideò si delictum in rixa aliis circumstantiis attentis non est punibile pœna mortis, non punietur hac pœna vigore d. prag. ratio est, quia quotiescumque agitur de statuto correctorio, & exhorbitanti; ut est d. prag. illud semper ita interpretandum est, ut in quam minimo corrigat jus commune, & licet plura possit propter generalitatem verborum operari, tamen ita interpretari debet, ut unum tantum operetur, & non plura, *Abb.Butr. Rolan.Scaccia Osasch. & alii relati per Crass. de effect. Cleric. effect.*1. *num.* 1096. imò satis est si vel minimum operetur, maximè cum aliqua ex parte videatur contra naturalem æquitatem, ut supra dixi, *Bald. Oldr.*, & alii relati per scribentem incertum *ad consil. Farinac.* 65. *num.* 107. *& seq.* unde satis erit; si operabitur tantum exclusionem à Regio indultu, quæ ibi exprimitur, neque alium effectum operari debet; neque obstat dictio, ibi *s' intendano essere proditorii, &c. & che come tali delinquenti non possano godere indulto*, quia illa dictio, & sæpè ponitur declarativè pro ideò est *tex. in l.*1. *ff.de transact., & ibi glos. in verb. & indubitatam l.eleganter, §. fin., ubi glos. ff. de dolo malo*, & ita in hoc casu accipienda est per supradictam rationem, adde etiam ad intellectum d. prag. illam locum non habere, nisi in delictis consumatis per vulnus scilicet, vel mortem, secus si sint tantum attentata per emissionem ictus, quia statutum puniens aliquod delictum ad hoc ut locum habeat requirit delicti consumationem, *Marsil.Gram. Boss., & alii relati per Farinac.cons.* 28. *num.*4. *in fin.*

Supradicta procedunt, ubi delictum committitur cum archibusiis, quæ non sint breviora tribus palmis, ut ex *d. prag.* 3. ubi verò delictum committitur cum archibusiis, quæ sint breviora tribus palmis, tunc appensamentum non est necessarium, sed sive in rixa, sive appensatè delinquatur cum emissione ictus locus est forjudicationi cum abbreviatione, ut clarè habetur in d. prag. ita ut hæc sola sit differentia inter delictum commissum cum archibusiis longis, & brevioribus; ut in delicto commisso cum longis requiratur appensamentum, in commisso verò cum brevioribus appensamentum non requiratur, fundatur hic rigor in qualitate armorum proditoria, à quibus cavere nemo potest, & ampliatur rigor etiamsi ad defensionem, quis similibus armis usus esset ad sui defensionem, punivit enim statuens utcunque aliud punibile non sit, detestando rum armorum ipsam asportationem, nam alioquin, id quod defendendi causa, quis facit punire Principes minimè posset, cum hoc ipsum jus naturale permittat, quod tolli à Principe nequit, *l. ut vim, ff. de just., & jure, Cabal. resol.*88. ubi quod non valet statutum per quod defensionis facultas auferatur; ex quo infero, quod si quis licentiam horum armorum à superiore haberet, & his armis ad meram defensionem necessariam uteretur, locus esse prag. minimè posset, ut mea est sententia, quia iniquitatem contineret, cum licentia superioris tollat delictum asportationis, & sublato delicto asportationis defensionis gratia factum sit impunibile, omne autem statutum ita interpretandum est, ut nulla in eo iniquitas contineatur, *Salic. in l.* 1. *num.*22. *vers. 2. limita ff.de legat.*1. *Osas.decis.pedemont.*90. *n.*11. *Farinac. cons. crimin.* 27. *num.*6., ac proculdubio si aliam ea prag. reciperet interpretationem contineret iniquitatem, cum esset irrationabilis, & contra naturalem æquitatem, unde hoc modo restringenda, *idem Farinac. cons.crimin.*65. *n.*101., *& sequent., & num.*106., *& sequent., & num.*141. *Add. ad eundem Farinac. cons.*27. *lit.cap. in 2.concluf.* ex eadem ratione inferendum videtur, quod si quis prædicta arma parva minime secum asportaret, sed ab alio invasus ad sui defensionem casu illa abriperet exemplì gratia à latere alterius ea gestantis, præd. *prag.*3. dispositione non contineretur, ad rem *Caball.resol. crim.* 62. dum tradit statutum puniens asportantem vetita arma, non comprehendere eum, qui ab alio invasus illa arma ad se defendendum ex alterius domo apoteca, vel latere assumat; id quod dictum est, ut rixa non excusetur in delicto commisso cum sclopis parvis intelligo quoad principalem delinquentem; secus quo ad assistentes licet cum sclopis parvis, qui armis usi non sint, cum in rixa unusquisque teneatur de eo, quod fecit juxta *tex. in l. si in rixa ff. ad leg.corn. de sicariis*; & cum sola assistentia in delicto rixoso absque auxilio cooperativo non sit punibilis pœna mortis, *Pegu. decis.*63. *num.*8. *Farinac. & alii per eum relati quæst.*131. *nu.*31., *& sequent.* sequitur non posse ad forjudicationem pro sola assistentia deveniri, nec dicatur assistentem cum sclopo parvo dici posse delinquere cum sclopo parvo cum supradictis, & sic posse ad hunc casum accomodari verba prag. ibi: *ancora che il sparare, ò delinquere, &c.* quia interpretatione legum sint molliendæ pœnæ, non exasperandæ, *l. interpretatione ff. de pœnis*, nec sunt tam odiosa specialia multiplicanda, *vulg. l.*1. *C.de dotis promis.* ut scilicet non solum delictum rixosum principalis delinquentis puniatur pœna ordinaria contra *tex. in l.*1. *§. divus ff. ad Cornel. de sicariis, Clar. §. homicidium num.*30. *in fin. Farinac.quæst.*126.*num.*48., & passim receptam Doctorum sententiam; sed etiam simplex assistentia in d. rixoso delicto; idemque videtur dicendum, si insultus cum armis similibus parvis sit appensatus, sed delicti effectus non sit sequutus, ut pœna forjudicationis cum abbreviatione comprehendat tantum emittentem ictum, non etiam assistentes licet cum parvis sclopis, ne mul-

Digitized by Google

multiplicentur ſpecialia, ut non ſolum puniretur affectus abſque effectu in principali delinquente, ſed etiam contra aſſiſtentem contra regulam ſupradictam, quæ eſt, ut auxiliantes non teneantur pœna ordinaria effectu delicti non ſequuto.

Septima concluſio, ſi quæratur an ſtante incertitudine delinquentis poſſit ad forjudicationem deveniri
25 cum abbreviatione diſtinguendum eſt, aut adeſt omnimoda incertitudo, ut puta delictum eſt commiſſum cum ictu ſcoppitti, in delicto interveneruntduo vel plures, neſcitur quis ſclopum geſtaverit, ictumque emiſerit, cum unus tantum ictus emiſſus ſit, uec conſtat unus an plures ſclopum geſtaverint, & tunc proculdubio contra neminem poteſt procedi ad forjudicationem, dummodo nou ſit contra aliquem aliquod indicium, magis quam contra alium; non contra certam perſonam, quia ſupponimus, ut dixi, non adeſſe indicium magis contra illum, quam contra alios; non contra omnes, ne ſi omnes forjudicentur exponat ſe judex periculo forjudicationis ſententiam proferendi contra eum, qui omnino eam non meretur, cum ſatius ſit nocentem abſolvere, quam innocentem condemnare, *vulg. l. abſentem ff. de pœnis, Farinac. quæſt. 69. num. 87.* aut non adeſt omnimoda incertitudo, ut puta duo, aut tres homicidio cum ictu ſcoppitti commiſſo interfuere, neſcitur quis ictum emiſerit, conſtat tamen omnes ſclopos geſtaſſe, & tunc reſolutio hujus quæſtionis pendet ex eo, an delictum ſit tale, ut etiam aſſiſtentes cum ſclopis poſſint puniri pœna mortis vel mitiori, ſi pœna mortis, poterunt, & forjudicari, quia ſi non poterunt puniri, ut principales percuſſores pœna mortis, poterunt puniri, ut aſſiſtentes, quemadmodum ſupradictum eſt, ſi mitiori, proculdubio non poterunt forjudicari ob evitandum abſurdum ſupra conſideratum contra *d. tex. in l. abſentem ff. de pœnis*; ſi tamen tot ictus eſſent emiſſi, quot ſunt perſonæ delinquentium, qui cum ſclopis adſtiterunt, vel plures ictus quam perſonæ, conſtetque omnium ictuum delictum in genere, tunc poterit contra omnes ad forjudicationem prædictam deveniri, ſi ſcilicet delictum pœna mortis, ut ſupra, mereatur tam contra principalem delinquentem, quam contra aſſiſtentes, ratio eſt, cum is poſſit forjudicari, qui torqueri poteſt, ut alibi dictum eſt, & omnes poſſint hoc caſu torqueri ſuper emiſſionibus ictuum arg. eorum, quæ traduntur, *Farinac. quæſt. 96. num. 92.* poterunt in conſequentiam omnes forjudicari; quod ſi contra unum vel plures adſit aliquod particulare indicium poſſe illum, vel illos forjudicari ex hac eadem ratione, quia poteſt, vel poſſunt torqueri, extra controverſiam ex traditis *per Mayſil. Foller. & Ang. de maleſ. & alios relatos per Farinac. d. quæſt. 96. num. 83.*

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Probatio Corporis delicti eſt neceſſaria.*

2 *Corporis delicti probatio an requirat repetitionem Teſtium ſuper eo examinatorum.*

3 *Delictum in genere quomodo probetur per emiſſionem ictus ſcopictæ, quando vulnus non fuit ſecutum.*

4 *Delictum in genere, ubi deficit, Reus abſolvitur.*

5 *Probatio criminis in genere ſuper delicto attentato, & non conſumato liquida, & pleniſſima eſſe debet.*

6 *Inquiſitio contra Reum abſentem non valet tranſmitti, niſi plene conſtet de delicto in genere.*

7 *Indicia ad torturam ſufficiunt ad condemnandum Reum contumacem in pœnam forjudicationis.*

8 *Attenta Conſtitutione Pii V. in Urbe, quæ, & qualia eſſe debeant indiciæ pro tranſmiſſione inquiſitionis reo contumaci.*

9 *Sententia emanata legitimis non præcedentibus indiciis exequi non poteſt, & nu. 12. quod procedit etiam in crimine læſæ majeſtatis n. 10.*

11 *Indicia legitima quæ dicantur, conſiderata etiam Conſtitutione Pii V.*

12 *Contumax ſi fuerit condemnatus, & in fortiis Curiæ pervenerit, ei conſignatur copia proceſſus ad finem cognoſcendi, an ſententia fuerit emanata legitimis præcedentibus indiciis.*

13 *Indicia, quæ ſufficiunt ad tranſmittendam inquiſitionem, an ſufficiant ad torturam, & quæ ſint majoris præjudicii num. 17.*

14 *Duo indicia legitima ſufficiunt ad traſmittendam inquiſitionem, & totidem ad torquendum.*

15 *Indicium urgentiſſimum, & indubitatum valet ad condemnationem pœnæ extraordinariæ.*

Probatio ſemiplena deducitur ex unico Teſte de viſu, & Confeſſione extrajudiciali, quæ indicium conſtituit in criminalibus eodem n. 15.

16 *Judex in contumaciam præſtat fidem teſti, qui alias rejiceretur.*

17 *Inquiſitio inducit majus præjudicium, quam tortura.*

18 *Indicia quæ ſufficiunt ad interrogandum Reum, & ipſum inter reos conſtituendum, an ſint ſufficientia pro condemnatione, & quæ, & qualia ſint iſta indicia num. 19.*

20 *Indicia ad torturam debent eſſe certa, & concludenter probata.*

21 *Sententia lata ex minus legitimis indiciis, quando ſubſtineatur ſecundum opinionem Farin., & quid vigore Bullaris Conſtitutionis Pii V. num. 22. uſque ad num. 25.*

26 *Advocatus, cum agitur de annullanda ſententia ex defectu legitimorum indiciorum, quæ animadvertere debeat.*

27 *Citationis differentia inter ſententiam latam, & quæ de novo proferenda venit.*

28 *Sententia lata in contumaciam per comparitionem rei infra annum, an ſuſpendatur, vel extinguatur?*

29 *Sententia lata in contumaciam extinguitur, ſi Reus ex gratia Principis fuerit admiſſus ad novas defenſiones.*

30 *Reus, ſi infra annum ſe conſtituat, an debeat examinari, & quando.*

31 *Bandimenta Urbis, & ſtatus concordant cum Pragmatica prima de ictu ſcopictæ.*

32 *Conatus qua pœna puniatur, licet ex fucone ignis non coruſcaverit, & n. 33.*

33 *Tractatus de homicidio committendo quomodo puniatur, & quomodo intelligatur.*

34 *Statutum puniens conatum, intelligitur de conatu proximo delicto.*

35 *Homicidium attentatum, licet non conſumatum, qua pœna puniatur, n. 36. cum ſequent.*

36 *Statutum imponens pœnam mortis requirit appenſamentum, & præmeditationem.*

37 *Delictum commiſſum in rixa, an puniatur pœna ſtatutaria, an pœna impoſita de Jure communi eid. delicto, & qua pœna n. 38. & ſeq.*

39 *Judex poteſt extendere pœnam extraordinariam ex cauſa rixæ etiam ad triremes.*

40 *Arma prohibita aſportans punitur, ſi cum illis fuerit captus, & qua pœna n. 41.*

42 *Delinquens, ſeu delinquere attentans cum armis, de quibus licentiam habebat, an pœna armorum*

Digitized by Google

rum puniri debeat, vel pœna delicti, & quid ſi delictum fuerit in rixa commiſſum n. 43. uſque ad 49.

45 *Licentia aſportandi arma operatur, ut illorum aſportatio non cenſeatur prohibita.*

46 *Aſportatio armorum non punitur, quando fuerit momentanea, nec comprehenditur in ſtatuto prohibente delationem armorum.*

47 *Delictum rixoſum levius punitur.*

48 *Salvus Conductus quando per Banditum amittatur, ſi aſſecuratus cum eo delinquat.*

49 *Armorum uſus alias prohibitus cenſetur ad defenſionem permiſſus.*

50 *Homicidii attentati pœna remittitur arbitrio Judicis, & per generalia Urbis bandimenta reſervatur Illuſtriſſ. D. Gubernatori.*

51 *Homicidium attentatum cum emiſſione ictus vigore Prag. punitur pœna ordinaria, quia in odium armorum, declaratur n. 56. 57. & 58.*

Occidens unum volens dolo, & ex propoſito occidere alium pœna homicidii non punitur nu. 53. uſque ad 55.

57 *Statutum ſi requirat dolum, dolus requiritur in ſpecie, & non in genere.*

58 *Quid ſi delictum fuerit attentatum, & ictus ſclopi fuerit emiſſus in unum loco alterius.*

59 *Aſſiſtens cum armis igneis, etſi ictum non emittat, ſi ictus fuerit emiſſus comprehenditur in diſpoſitione Prag.*

60 *Statutum pœnale an comprehendat mandantem, & Auxiliatores, & n. 61.*

62 *Auxilium præſtans rumpenti Pacem, an teneatur de Pace rupta.*

63 *Auxilium delinquenti præſtans, an, & quando puniri graviùs poſſit ob qualitatem in principali exiſtentem delictum aggravantem.*

64 *Amicus mandans amico, ut ſuum amicum occidat, qui de ejus amicitia confidit, eodem modo tenetur de homic. proditorio.*

65 *Auxiliatores, & mandantes, attentis bandimentis generalibus Urbis eadem pœna puniuntur.*

66 *Bulla Pii IV. imponens pœnam mortis minori pro homicidio non comprehendit minores auxiliatores, & conſultores.*

67 *Homicidium in rixa commiſſum, quando pœna mortis puniri poſſit?*

68 *Homicidium cum armis vetitis à pluribus in rixa, unico tantum vulnere, commiſſum, ſi non conſtat quis illud intulerit, pœna ordinaria homicidii non punitur.*

69 *Quid ſi homicidium cum iiſdem armis fuerit à pluribus deliberatè patratum, & ignoretur homicida?*

RESOLUTIO I.

1 PTimum principium Authoris dubitando, & reſolvendo probationem Corporis delicti in hoc genere delinquendi, quod erat neceſſarium, quia illud aperit januam judicio criminali inquit *Scacc. in ſuo tract. de re jud. gloſſ. 14. quæſt. 7. num. 110.* & debet prius conſtare, quam tranſmittatur citatio ad informandum *Farin. dec. 85. n. 22. poſt conſ. lib. 1.* & debent teſtes repeti parte citata,
2 quando ſententia non operaretur legitimationem proceſſus *Farin. qu. 72. num. 141.* niſi tamen Notarius pro oculari inſpectione accedens ſe rogaret de illius actu, coram teſtibus, quem vocant communiter criminalitas, viſum, & repertum, ut advertit *Far. conſ. 185. num. 7.* cum licet teſtes immediatè non afficiant Reum deponendo ſuper delicto in genere, quia tamen illum offendunt in conſequentiam, debent eo citato recipi ex *l. de uno quoque, ff. de re judic. idem Farin. qu. 72. num. 141.* ubi quod ita ſemper obſervavit, & obſervari vidit, unde poſſet dubitari de eo, quod firmat *in cit. conſ. 185. lib. 2. num. 1.*

3 Corpus delicti concludit Author in hac reſolutione prima in prima concluſione, quod probatur ſi emiſſo ictu veſtigia pilæ plumbeæ, vel ferreæ ad occidendum aptæ remanſerint, & per Curiam fuerint inventa, vel ſi teſtes reperiuntur, qui viderint emittentem, prius archibuſium eadem pila oneraſſe nec poſtmodum illud exoneraſſe antequam contra inimicum exoneraret, quod ſupponitur cum delicto, & animo offendendi emiſiſſe, ita concludit *Rovit. Prag. 1. de ictu ſcoppit. n. 1. Gizzarel. dec. 25. n. 3. & Muſcat: relat. hic per Authorem*, addo *Thor. vot. 26. num. 4. 5. & 6. Novar. ſuper eadem Prag. 1. collect. 1. num. 7. Giurb. obſerv. dec. 33. num. 15. & ſeq. Marin. var. lib. 1. c. 323. Muta pragm. 4. de Armis tit. 41. num. 114. & 127.* ubi de archibuſio onuſto bombace, vel carta *Giurb. d. obſerv. 33. num. 12. & Author hic num. 2.* vel alio modo enunciato per *Giurb. obſerv. 33. num. 18. & ſeq.* & non conſtito de
4 corpore delicti Reus debet abſolvi *Giurb. loc. cit. num. 12. in fin. Marin. d. c. 323. num. 10.* ubi ita refert deciſum per Magnam Curiam.

Si alias neceſſarium exiſtimant DD. hanc criminis probationem in genere, ubi delictum ſupponitur
5 perfectum, & conſumatum probatione liquida, & pleniſſima, ut firmat *Scacc. lib. 1. de judic. cap. 83. num. 16 & 17.* magis neceſſaria videtur in hoc delicto ſolum attentato, ubi attentatum ex legibus particularibus, bandimentis, vel ſtatutis contra conſuetudinem univerſalem eſſet puniendum uti conſumatum, & perfectum prout Neapoli vigent plures ſanctiones pragmatic. & in Regno Siciliæ, ut per *Giurb.* & *Mut. loc. cit. Intrigliol. ſing. 230. lib. 1.* & in Regno Luſitaniæ *Gramm. dec. 170.* & in ſtatu Eccleſiaſtico idem ſtatuitur per bandimenta generalia Urbis ſub §. 11. & ſtatus Eccleſiaſtici ſub §. 24. diverſis tamen pœnis attentatum iſtud punientia, non tamen eodem rigore, ubi offenſio, & vulnera ex ictu emiſſo non ſequerentur, ut inibi legitur.

Hanc probationem corporis delicti requirit etiam Au-
6 thor, ubi proceditur in contumaciam, ut *num. 12.* & eſt veriſſima concluſio, ut examinat *Scacc. lib. 1. de judic. cap. 83. ex num. 6.* & præcipuæ ſub *num. 11. ſub §. quid dicendum*, ubi quod ad finem traſmittendi Inquiſitionem Reo abſenti, requiritur quod delictum in genere conſtet liquidè, & planè per ocularem inſpectionem Curiæ *Scyal. ead. prax. for jud. c. 4. num. 1. Cartar. de execut. ſent. Capt. Band. cap. fin. num. 141. & Rota citata dec. 84. num. 12.*

7 Et pro ſententia, ut ſcilicet poſſit Reus condemnari abſens requirit indicia ad torturam ſufficientia, ut *num. 2.* quod eſt in jure veriſſimum, ut per *Clar. §. fin. qu. 47. Natt. conſ. 594. n. 14. lib. 2. Ambroſ. de proceſſ. informat. lib. 5. cap. 1. num. 2. & 5. Rovit. ſuper Rubr. de ſent. for jud. num. 36. Maran. conſ. 110. num. 7. Giurb. conſ. 83. n. 4. Add. ad Gizzarel. dec. 13. num. fin. Novar. deciſ. 18. num. 2. & ſeq. Guttier. practic. quæſt. cap. 76. nu. 1. Tapp. ſuper Conſtit. Regni pœnam eorum num. 31. Farinac. qu. 11. num. 16. Becc. conſ. 11. num. 7. & 8. Scyal. prax. for jud. cap. 4. num. 2. Author hic num. 2. & reſol. 15. num. 1.*

8 Sed in Urbe attentata Bullari Conſtitutione ſan. mem. Pii Papæ V. datum Romæ ſub idibus Septembris anno ejus VI. in ordine Conſtit. 137. *fol. 213. in Bull. vet.* requirente legitima indicia ad traſmittendam inquiſitionem ſufficientia, ibi, *ſi tamen legitimis præcedentibus indiciis ad inquirendum promulgatæ fuerint*; aliter ſervari teſtatur *Farin. cit. qu. 11.*

Digitized by Google

*qu.*11.*num.*16.*vers.prima tamen Ploti opinio*, prout tenere refert *Flam. Cartar.de cap.ban. cap.fin. n.*58. *& pluribus seqq.* advertens multipliciter ad dictam Constitutionem Bullarem. Primò, quod indicia debent esse legitima, ideſt à jure approbata. Secundò, quod indicia legitima non erunt illa, quæ sufficerent ad inquirendum, ideſt ad assumendam informationem, sed debent esse multo fortiora, & sufficientia ad transmittendam inquisitionem ex dictis per eum *quæst.*1.*num.*7.*&* 48. Et tertio, quod quando sententia erit prolata ex minus legitimis probationibus, Judex vel pœnam commutabit, vel Reum torquebit, ut *num.*17. & tamen quod si tortus Banditus substinebit in tormentis, non ex eo, quod reperitur banditus se reputare non poterit beatum, ut inquit *Gram.decis.*96.*num.*3.sed adhuc eadem beatitudine fruetur,si se potuerit continere, quia eodem modo erit absolvendus, ut *num.*18. aliis omissis alia his similia connectit.*num.*79.quæ indigent applicatione.

9 Sententia non potest exequi, ubi legitimis indiciis non præcedentibus emanavit *Bart. & alii in l.item illud,ff.ad Syl.Fulgos.cons.*107.*in* 2.*&* 3.*concluſ.Mars.cons.*2.*num.*23.*Roland.à Val.cens.*94.*lib.*5.*& cons.*57.*num.*10.*ibidem Becc.cons.*167.*num.*15.*l.*3. dicens processum reddi nullum, nullumque judicium ex defectu substantiæ *Grat.cons.*97.*lib.*1.*& cons.*74.*lib.*2.*num.*3. & adeo est recepta ista com-
10 munis conclusio,ut habeat etiam locum in crimine læsæ Majestatis *Gloss. & DD. in l. si quis alicui, C.ad l.Jul.Majest. Clar. § fin.quæst.*64.*sub num.*11.*& qu.*20.*num.*3.*vers.merito igitur inquisitio taliter formata cum omnibus inde secutis est nulla Rol. à Val.cons.*64.*in princ.lib.*2.*cons.*17.*in princ. lib.*3.*& cons.*57.*num.*12.*lib.*4.*Cartar. de execut. sent. cap. hand. cap. fin. num.*59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. *&* 66. *idem Farin.quæst.*11.*num.*16.*& cons.*111.*num.*13. *Scacc.de judic.lib.*1.*cap.*97.*num.*198. ubi ponderat cum *Farin. & Cartar.* verba illa: *legitimis tamen præcedentibus indiciis*, quæ important conditionem.

11 Indicia legitima inquit *Cartar.d.cap.fin.num.*68. quod dicuntur indicia à jure approbata, quod advertit etiam *Farin.cit.qu.*11.*num.*16.*vers.adverte primo, & Scacc.lib.*1.*de judic.cap.*84.*num.*8.addens legitimum etiam dici illud indicium, quod per DD. pro legitimo est approbatum; usque adhuc nulla occurrit difficultas,nec potest occurrere,quia de jure est conclusio certissima, quod in criminalibus probationes præcedere debent necessario sententiam, ut pars substantialis idem *Scacc. de judic. lib.*1. *cap.*9.*sub num.*198. *§.secundo respondeo, vers. At in casu nostro*, plenè *Gabriel.com.coucluſ. tit.de sent.concluſ.*9. *num.*13. *Cavalc. de brach.Reg.par.*4. *num.*73. *in fin. Farin.cons.*5.*num.*106. *Guaz.def.*35. *cap.*4.*num.*2.*in fin. Cart.dec.*62.*num.*22. & ideo legitima indicia per Bullarem Constitutionem sufficientia, præcedere debent necessario, uti pars substantialis sententiæ.

12 Dubium stat in cognoscendo quænam, & qualia sint ista legitima indicia, ut, ad praxim dispositionem Bullarem deducendo, & communem illam conclusionem, annullari possit sententia, & nulla probari, talibus indiciis non præcedentibus. Inter alias enim defensiones, quæ Bandito in contumaciam condemnato competerent, si in fortiis Curiæ pervenerit, est illa, ut ei consignetur copia processus, nedum acta contumacialia, (quæ solum traduntur in Regno forjudicatis) ad finem videndi,an legitimis præcedentibus indiciis sententia fuerit emanata, ut præter alios, firmant *Farinac. qu.*11. *sub num.*47. *&* *Scacc.eodem lib.*1.*cap.*97.*num.*201. & extat ordinatum per san.mem.Pauli V. *in reformat. Trib.Urb.sub tit. de Judicibus Criminalibus, §.Reis in contumaciam condemnatis*. Undè necessaria est cognitio istorum indiciorum, quæ substinere, vel irritare habent sententiam, ut advertit *Cartar. d.cap.*98. *&* *Farin.qu.*11.*num.*16. *vers.adverte primo.*

Periculosissima, & necessaria inspectio, & magis pe-
13 riculosa, quia *Far.alleg. qu.*11. *sub num.*16. *vers. prima tamen Ploti opinio*,apertè voluit ista indicia, non esse ea, & ejusmodi virtutis, quæ requiruntur ad inferendam torturam, prout observat communis ex *Natt. cons.*594. *num.*14. ubi quod saltem requiruntur indicia ad torturam sufficientia, & ex *aliis supra allegat. sub §. & pro sententia*, sed debiliora, *ut idem repit. sub §.adverte* 2. *& sub num.*78. *& quæst.*1.*num.*47. quod etiam sentit *Scacc.lib.*1. *cap.*84.*num.*6. *in fin.* deducens hoc ex authoritate, & doctrina *Cart.de cap.band. cap.fin. num.*138. ubi ait cum Julio Claro requiri legitima indicia,quamvis *Natt. & Becc.* requirant indicia sufficientia ad torturam, supponens pro tortura, & ad finem torquendi graviora requiri, quam ad finem transmittendi Inquisitionem,quia tortura gravior est utriusque manus abscissione, ut eum videre est *cit.q.*84. *sub num.*5.*vers.tertium, quæ faciunt*, itaut totaliter ista conclusio desumatur, & substineatur authoritate *Julii Clari qu.*20.*num.*3. Certè non reperitur materia in jure nostro magis confusa, quam ista; firmatur sine controversia, quod sententia debet pronunciari legitimis præcedentibus indiciis, etsi legitima indicia non præcedant, sententia irritatur, & exequi non potest: Quæ autem sint, & debeant esse ista legitima indicia, nec *Clar.* nec *Cartar.* nec *Farin.* nec *Scacc.* nec alius demonstrare potuerit alio modo, nisi concludendo, quod non sunt necessaria talis virtutis, ut ex eis reus posset torqueri, prout alii volunt, inquit *Clar.*& eum alii sequuntur *cit.quæst.*20.*num.*3.*vers.sed quæ sint ista legitima indicia*, & propterea *Sigismundus Scacc.* hac degustata confusione concludit sub *cap.* 97. *num.*198. *sub §.secundo respondeo, & §.fin.* quod si nulla procedunt indicia, sententia erit nulla, si vero aliqua præcedunt, sed dubitatur & impugnantur uti non legitima, & sufficientia, potius de injustitia, quàm de nullitate redargui posset, nec est consideratio spernenda; Mea tamen opinio, licèt unius Pygmæi inter tot Gigantes erit,credo minus dubia, & minus incerta, si infirmitatem non recipiet ex subjecto & ex corrupto usu paulatim à solito recedendi, et postea à præterito stylo longævus per miliaria. Erit inquam mea opinio, ut indicia ad torturam sufficientia requirantur, cum hodie non possit dici cum *Claro cit. quæst.*20. *num.*3. *ut aliqui volunt*, ibi secundum aliquos, sed secundum communem prout firmat *Author hic num.*2. et latius comprobavimus supra *in §. & pro sententia forjudic.* et videtur conformis Constitutioni Bullari, non repugnans, cum requirat indicia legitima, et sic duo saltem ex *l.inter illam,& ibi gloss.verb.si duo,ff.de verb.signif.l.ubi numerus, ff.de Test.l.libertas, ff.de manum. test. §.post annos cum aliis coacervat. per Glos.in c.pluralis locutio de reg.jur.in* 6.*in terminis Capyc.Latr.dec.*163.*num.*43. et à jure ap-
14 probata, quæ etiam sufficiunt ad torturam, cum ad torturam inferendam, duo saltem indicia requirantur ex pluribus *Far.q.*37.*num.*43. *&* *Guaz.*
15 *def.*30.*cap.*4.*num.*12. præscindendo de indicio urgentissimo, & indubitato, quod etiam sufficeret ad condemnationem in pœnam extraordinariam, & de non plena probatione, quæ deducitur ex unico teste de visu, & confessione extrajudiciali, quæ

semi-

Digitized by Google

ſemiplenam in jure conſtituunt probationem, & in criminalibus faciunt indicium. Iſta enim non ſunt indicia legitima, ſed probationes ſemiplenæ, quæ faciunt indicium, vel pro indicio recipiuntur, quamvis *Guazz. def.35.cap.14.num.9.* velit nec per unicum teſtem omni exceptione majorem ſatisfieri ſtatuto requirenti indicia ad plenam probationem, & admittenda eſt, quia minus deviat à regulis juris, ut advertit *Cartar. de cap. band. cap. fin. ſub*
16 *num.138.&* 139. Præſertim, quia in contumaciam Judex procedens ſæpè fidem perhibet teſtibus, qui de jure vel penitùs inhabiles, vel idonei in Criminalibus non eſſent, ſi eorum defectus per Reum præſentem opponi, & detegi poſſent, & tamen tortura inferri non poteſt, niſi legitima præcedant indicia, & legitimè probata, ut probat *Clar. cit. quæſt.64.num.15. Guaz. def.30.cap.4.num.7. Farin.*
17 *qu.37.num.18. Cartar.dec.88.num.41.* Nec eſt vera concluſio, quod ubi agitur, & tractatur de tranſmittendo inquiſitionem abſenti, de minori agetur præjudicio, quam ſi ageretur de tortura infligenda, ut præſupponit *Scacc. cit. cap.84. ſub num.4.* Quia immò gravius eſt præjudicium, et graviſſimum ubi tranſmittitur inquiſitio abſenti, cum ex ea neceſſariò naſcatur, & fundetur ſententia, ut advertit *Franc.deciſ.329.num.6.* & apertis literis *Far. cit. qu.37. in fin.* ibi: *Et quia inquiſitio quandoque poteſt eſſe magis præjudicialis, quam tortura, in caſu, ſcilicet in quo Reus abſens permittit ſe in contumaciam condemnari, &c.* In quo caſu præcisè loquitur Conſtitutio Bullaris, dùm agit de exequenda ſententia in contumaciam prolata. Ideo graviora, & urgentiora indicia ſunt neceſſaria.

Niſi dicamus condemnationem ſuccedere, & juſtifi-
18 cari ex contumacia, quæ ex forma ſtatuti operatur effectum confeſſionis fictæ, quod eſt ipſa veritas, & ex iſta inſpectione ſubſtineri poſſet concluſio, ea ſufficere indicia, quæ ad interrogandum Reum pro delicto, eumque inter reos conſtituendum, ſunt neceſſaria de quibus plenè habetur per *Far. conſ.110. num.12.* ubi quod debent legitima præcedere indicia, antequam reus examinetur alias peccaret Judex mortaliter ex *Navar. in Manual. c.25.num.35.& Sarm.ſelect.interpret. l.3.c.13.n.4. verſ.quinimo*, & iſta legitima indicia dicit *num.13.* debere eſſe perfecta, & talia, ut illis nihil rationabile objici poſſit *ex eod. Nav. de Indit. nu.68. & ſeq. & in puncto Jul. Clar. §. fin. qu.20. in princ. & in verſ. ad inquirendum*, dicit, quod indicia ad interrogandum Reum, non debent eſſe minora iis, quæ ſunt neceſſaria ad ei inquiſitionem tranſmittendam, & in ſuo caſu *Farin.* refert viſis allegatis noluiſſe Judicem interrogare reum, & inter reos eum conſtituere, idem confirmat *conſil.184. num.58. &*
quæſt.81. num.15. Cartar. de interrogan. Reis lib. pr. cap.2.num.5.& 6. Guaz. def.20.cap.7.num.4. Sanfel.
19 *deciſ.263.num.1.& 2.* quæ autem ſint iſta judicia perfecta, manifeſta, & talia, &c. ut docet *Navar. loc. ſup. cit.* neque ex *Farin.* neque ex *Guazz.* neque *Scacc.* diſcere potui, ut aliis indicarem, ſed ſolùm quod iſta debent eſſe graviora iis, quæ ſunt neceſſaria ad inquiſitionem tranſmittendam, ità *declaravit Scacc. de judic. lib.1. cap.84. num.9. verſ.& caveas*, & ſtatim ſequuti ſunt eum *Farin. conſ.114. num.10. Guaz. def.20.c.7.num.5.& Sanfel. dec.263. num.3.* & ità ſe habet iſta res, ut quando volumus oſtendere, & probare, quod non adſunt indicia ſufficientia ad interrogandum Reum, allegamus quod non adſunt indicia ſufficientia ad tranſmittendam inquiſitionem, ut faciunt *Sanfel. & Farin. locis ſupra allegatis*; quando vero probare volumus, quod non adſunt indicia ad tranſmittendam inquiſitionem dicimus non adeſſe talia ex quibus poſſit Reus interrogari de delicto, & inter reos conſtitui, prout facit *Guaz. def.20.cap.7.n.5.* Verùm, quia, & iſta, & illa arbitrio Judicis menſuranda relinquunt omnes, ut videre eſt apud *Clar. cit.q.20. verſ. ad inquirendum, Scacc. cit. cap.97. ex n.198.* ubi latè, & *Farin. qu.11. n.16. & q.1.num.48.* Crederem utiliter concludi poſſe ad noſtrum propoſitum, & ad finem deducendi, & probandi nullitatem ex defectu indiciorum, ubi de ſententiæ exequutione tractatur, quod niſi legitima indicia præceſſerint, ſententiæ nullitas appareat fundata, ex verbis præfatæ conſtitutionis, & traditis per *Scacc. cit. cap.97. n.198. in princip. & verſ. ſecundo reſpondeo.* Si verò dubitatur, & impugnatur probatio horum indiciorum legitimorum, quæ de jure, & virtute Conſtitutionis Bullaris ſunt neceſſaria, hoc pertinet ad juſtitiam, vel injuſtitiam ſententiæ, iſtudque arbitrio Judicis relinquitur, ut diſtinguit Magiſtraliter *Bald. in ſuo*
20 *conſ.515.num.4.& 5.lib.5.* dicens quod indicia ad torturam debent eſſe certa, & concludenter probata, & quod arbitrium Judicis non datur ſuper qualitate probationum, ſed ſuper qualitate teſtium, & ità intelligi & admitti poteſt opinio *Scacc. cit. cap.97.num.198. verſ. ſi præcedentibus, ſed non legitimis.*

At aliud etiam eſt advertendum in hac materia, quod
21 ſcilicet dùm ſententia ex defectu legitimorum indiciorum eſt nulla, non videtur ſubſtineri dictum *Far. qu.11. num.17.* quod ubi ſententia apparebit lata ex minus legitimis probationibus, ſeu indiciis, Judex vel pœnam commutabit, vel torquebit, vel abſolvet ex arbitrio. Data enim nullitate ſententiæ, proceſſus remanet illegitimus, et teſtes examinati, nihil probant, niſi denuò repetantur citato Reo, & ſi reperiantur mortui Fiſcus remanet ſine probationibus *Ant. Gomez ad l.76. Taur. num.11.& 13. Merlin. Pignat.cent.1. cap.42.n.10. Far. conſ.205. num.22.* Si igitur teſtes examinati ſunt repetendi, & non repetiti nihil probant, Reus non poterit nec torqueri, nec condemnari in aliquam pœnam, ſed debet audiri in ſuis defenſionibus, & legitimari proceſſus ex traditis per *Gomez. Farin. & Merl. locis ſupra allegatis*, & per *Cavalc. de brach. Reg. par.3.num.44.* ubi in terminis noſtris dicit, quod ſi ſententia reperiatur lata non præcedentibus legitimis indiciis, & Reus deveniat in fortiis Curiæ, debet audiri adverſus ſententiam.

22 Poteſt ſubſtineri dictum *Farin.* ubi Reus admiſſus ad novas defenſiones, nihil adverſus ſententiam probaret, vel non evacuaret indicia, tunc enim licet adſint legitima indicia, ſi Judex non eſt tutus in conſcientia, quod Reus ſit verè delinquens tunc commutabit ſententiam, vel torquebit Reum ad ſuum arbitrium, ita intelligit *Boſſ. Clar. Cart. & Farin. Caball. caſ.116. num.24.& 25.* & ita cum effectu tenet *Clar. qu.65. num.11.* ubi quod illa indicia minus legitima inſufficientia pro tortura inferenda, ſufficient poſtea cum contumacia, & bando. At ubi ſententia eſt nulla ex defectu indiciorum legitimorum, vel ex alio capite, quia de jure nullum prorſus parit effectum, & habetur etſi non emanaſſet *l.4.§. condemnatum, ff. de re judic. Farin. qu.11. num.74.78.& 80. Bertaz. conſ.462. num.11. 12.13.14. Fontan. deciſ.174. num.13. Thomat. dec.20. num.22. Surd. deciſ.51. num.14.* planè *Giurb. obſerv. deciſ.23. num.19.& obſerv.45. num.7.& 8* Debet tunc fieri proceſſus ex integro, et ſecundum ejus merita ad torturam, abſolutionem, vel condemnationem procedi, ſententia nullo modò conſiderata *Bajard. d. quæſt.94. num.64. Merl.& alii locis ſupra citatis.*

Digitized by Google

Dixi ſubſtineri, et intelligi hoc *d.Farin.q.*11.*n.*17. in reo admiſſo ad novas defenſiones cum *Clar.Cavale.*
23 *Cabal.et Cart.et eod.Farin.* quia ita ſe declarat ſub *num.*78. intelligens illa indicia minus legitima, & minus legitimas probationes pro indiciis non ſufficientibus ad torturam, ſed pro ſufficientibus ad tranſmittendam inquiſitionem, ſed iterùm involvens materiam. Nam aut adſunt legitima indicia pro inquiſitione tranſmittenda, prout modò ſe declarat ſub *num.*78. admittendo ſuam opinionem, quod indicia leviora ſufficiunt ad tranſmittendam inquiſitionem, quam ad torquendum, & ſententia vigore conſtitutionum Bullarium ſubſtinetur, & eſt exequenda, ut advertit *Bajard. qu.*94.*num.*42. & plenius *num.*65. nec exiſto capite eſt admittendus ad novas defenſiones de juſtitia, niſi Reus ſe conſtituat infra annum ex *Bajard. cit. qu.*94. *n.*65. & 66. impugnans in hoc *Far.q.*11.*n.*68. ubi voluit Reum tali tempore comparentem admitti ad novas per eumdem Judicem, cum ipſe neget, ſed neceſſariò eſſe admittendum per Principem affirmet *cit. num.*66. & quando admittitur ad novas, quia comparet infra annum, tunc verificari poſſent dicta per *Clar.Cartar. & Boſſ.* quos refert *Far.qu.*11. *n.*16.17. & 78. Aut non adſunt legitima indicia, nec præcedunt inquiſitionem tranſmittendam, et ſententiam, & tunc ſententia eſt nulla, nec poteſt exequi in pœnam quamcumque extraordinariam, nec ad torturam, ſed debet Reus ex integro audiri, examinari, et proceſſus legitimari, & ſententia juxta merita cauſæ proferri de novo, nulla prorſus ratione habita, nec de contumacia, nec de ſententia præcedenti, uti nulliter emanata, contra formam Bullarium Conſtitutionum in terminis advertit *Scacc.d.cap.*97.*ſub num.*160.*verſ.ſed utraque videtur falſa.*

Iſta confuſio oritur tota, ex auctoritate *Clar.* cujus
24 dicta non poſſunt totaliter attendi ſtantibus Conſtitutionibus noſtris Bullaribus, & ità dices neceſſariò ſi eum perleges accuratè, & eodem tempore in pluribus quæſtionibus. Nam *qu.* 94. *n.*12. *in fin.* dicit Senatum admittere condemnatum in contumaciam ad novas, etiam ipſo non petente, idem confirmat *Drogh.in addit. ad qu.*96. *verſ.licet poſt admiſſionem.*

Dicit ultra *qu.*44.*n.*6. & refert obſervantiam Senatus decapitandi Reum admiſſum ad novas defenſiones, ſi nihil deducat ad ſui defenſionem, ſed ſolùm alleget nihil eſſe contra eum in proceſſu, & ideò debere abſolvi, quod nihilominus ſententia exequetur, ut de Vayano condemnato reſpondit Prætori Cremonæ, quod dictum refert *Far.cit.q.*11. *n.*100. & tamen *q.*96.*n.*4. dicit quod ſi admiſſus ad novas defenſiones, neget delictum, & nihil probet ſententia non exequetur, ſi ex debilibus indiciis præceſſerit, et ibi etiam dicit, quod Senatus non admittit Reum ad novas, niſi ipſo petente.

Ulterius *qu.*94. *n.*12. dicit Senatum admittere etiam abſentem ad novas defenſiones, cum clauſula dummodo infra decem ſe conſtituat, quod in Urbe nullo modò vidi obſervatum.

Et *qu.*94.*n.*12. quod Senatus indiſtinctè admittit condemnatum ad novas, ubi non præcedunt indicia adeo urgentia, ut reus veriſimiliter ſe tueri non poſſit, niſi producendo falſos teſtes: Unde cum in Urbe iſta non obſerventur, ſed ubi ſententia apparet emanata legitimis præcedentibus indiciis, neceſſariò eſt exequenda ex Conſtitutionibus Pontificiis: Nil mirum ſi iſta indicia debet eſſe plena, & legitima, quæ ſecurum reddant Judicem reum delictum illud commiſſiſſe.

Et ideo concludo ex his omnibus, quod aut indicia
25 legitima de quibus per Bullarem Conſtitutionem *Pii* IV. 129. debent intelligi de indiciis ad torturam ſufficientibus, juxta communem cum iis præcedentibus, ſententia neceſſariò fit exequenda, & ideò majus afferat præjudicium, quam tortura, ut ipſemet fatetur *Farin.qu.*37. *in fin.* cujus verba neceſſariò ſunt notanda; & ſuppoſita iſta neceſſitate, interpretatio eſt conformis menti Senatus Mediolani, & *Julii Clar.* ut eum videre eſt *qu.*94. *n.*12. ubi quod Senatus paſſim concedit iſtam admiſſionem ad novas, & denegat ſolùm ubi adeò urgentia indicia præcedunt, ut Reus veriſimiliter ſe defendere non poſſit, niſi per falſos teſtes, & confirmat *Bajard. ad qu.*94.*num.*66.*verſ.cum ſit gratia Juſtitiæ, quod denegari non debet, niſi indicia eſſent urgentia.* Aut ſi de eis tantùm volumus eſſe contenti ad ſubſtinendam condemnationem, quæ ſufficerent ad eundem Reum interrogandum præſentem, & conſtituendum inter reos, & quando ex talibus indiciis rei condemnati deveniunt in fortiis Curiæ, Judex ſententiam non debet exequi, ſed referre Principi ſtatum cauſæ, & ab eo expectare reſponſum. An exequi, vel non exequi ſententiam debeat, juxta obſervantiam Mediolani, ſed ità Bullarem Conſtitutionem intelligendo, non evitatur conſideratio *Far.qu.*37.*n.*201. de graviſſimo præjudicio ſententiæ contumacialis, quæ facillimè in contumaciam exequi poſſet per Inimicos, & alios Banditos, qui ſperarent ità remiſſionem, vel alios, qui ſperarent præmium, quod etiam conſiderat *Franc.deciſ.*329. *num.*6. & *Add.ad Foller. verb.vel eos verbaliter citari faciat num.*2. & de multiplicatione banditorum in maximum quietis publicæ detrimentum, & ideo ſecurius dicendum videtur indicia legitima præcedere debere neceſſario, probationem verò arbitrio Judicis eſſe remiſſam, juxta declarationem poſitam ſupra *num.*20.

Et animadvertat Advocatus ad duo in hac materia
26 ubi ſupponit defectum legitimorum indiciorum, & ex eo annullare ſententiam. Primum, ut habeat alium Judicem, non eum, qui condemnavit, cum *Farin.qu.*11.*n.*35.*verſ.ſed ſi rei defenſor.* Secundum, ut in commiſſione admiſſionis ad novas, procuret evitare clauſulam apponi ſolitam, ſine præjudicio indiciorum ex contumacia reſultantium, inſtando ut apponatur verbum prout de jure, cum ubi non præcedant indicia legitima, legitimè contumacia non contrahitur ex *Farinac. Guazz. & Scacc. loc. ſup.cit.*

27 Adverte inſuper, quia aliud eſt ſententiam in contumaciam latam exequi, aliud novam proferre. Primo enim caſu citatur reus ad videndum exequi ſententiam. Secundo vero citatur ad ſententiam, etſi non eſt tutus Judex in conſcientia, & vult reum condemnare in extraordinariam, poterit in eodem termino, & in eadem citatione ad videndum exequi ſententiam oppoſitis non obſtantibus, ſeu non obſtantibus quibuſcumque ſententiam antiquam moderare, & in extraordinariam commutare quando ſcilicet adeſſent legitima indicia, ſed reus in ejus defenſionibus illa debilitaſſe, juxta ſententiam *Scac.cit.n.*160.

28 Eſſet hic tractandum neceſſariò dubium illud, an comparendo Reus intra annum ſententiam in contumaciam latam ſuſpendat, vel extinguat, quæ eſt utiliſſima; Ex iſta enim pendet inſpectio, an reus ad novas admiſſus debeat examinari, & examinato, ac reſpondenti dari poſtmodum defenſiones, an verò debeant capitula ſuæ inquiſitionis ei conſignari, & non interrogatus, de delicto in ſuis defenſionibus audiri. Verùm quia eſſet tractatus, non ſimplex adnotatio, additio, & obſervatio, quàm

deſti-

Digitized by Google

destinavi facere ad Authorem, omitto quæstionem peragere, dico quod *Farin.* opinatur comparitionem, & admissionem ad novas, suspendere sententiæ exequutionem, non eam extinguere, ut eum videre est *quæst.* 11. *num.* 100. ejusdem opinionis est *Scacc. de Judic. lib.* 1. *cap.* 97. *n.* 159. & *Cabal. cas.* 100. *post num.* 4. & 27. *Rota* verò contrariam opinionem sectatur, ut videre est post *cons. Far. in* 1. *vol. dec.* 97. *dec.* 360. *par.* 1. *divers. num.* 5. & 8. & *dec.* 68. *ibid.* & post 2. *vol. cons. dec.* 313. *num.* 6. & istam opinionem æquiorem fatetur *Cartar. dec. Mediol.* 79. *num.* 32. *in fin.* & 33.

29 Tollitur tamen hæc difficultas, ubi admissio ad novas concedenda esset per Principem, ut contra *Farinac. quæst.* 11. *num.* 68. comparente infra annum concludit *Bajard. cit. qu.* 94. *num.* 66. tunc enim inspicienda est gratia ipsa, & commissio à Principe obtenta an extinguat, vel suspendat sententiam, ut advertit *Cabal. cit. cas.* 110. *num.* 31. & *seq.* & *idem Farin. in addit. ad qu.* 11. *sub num.* 103. *vers. eodem num.* 103. & est optima observatio, quia in commissione semper apponitur clausula, ut ad statum in quo erat antequam sententia contumacialis proferretur, reponat, &c. ut videre est ex formula commissionis, quam refert *Marches. de commiss. appell. in caus. crim. par.* 1. §. 1. *fol. mihi* 1289. *col.* 1. & 2. & quod gratia solet concedi sine præjudicio indiciorum ex contumacia resultantium, ut *num.* 22. *et* 28. *fol.* 1174. *et num.* 30. quod talis gratia remittit pœnam omnem corporalem in quàm Reus per sententiam in contumaciam reperiretur tunc condemnatus, ex quo infertur, quod admissio ad novas extinguit sententiam non suspendit, si à Principe obtineatur, & ità etiam sensit *Cavalc. de brach. Reg. par.* 3. *num.* 45. *et* 46. ubi propterea summè laudat Principem, qui causa cognita, & habita relatione de meritis causæ, hanc admissionem ad novas concedit, quod intellige de capto infra annum, & de comparente, vel capto post annum in Statu Ecclesiastico attentis Constitutionibus Bullaribus, de quibus *Bajard. quæst.* 94. *num.* 57. *et seq. et num.* 66. *et cap.* 96. *n.* 4. admissio enim quæ conceditur comparenti infra annum, sivè à Judice, sivè à Principe est de mera Justitia, & ab eisdem Constitutionibus Bullaribus procedit.

30 An autem Reus infra annum se constituens debeat examinari, non reperi pœnes *Farin.* neque pœnes *Guaz. Cartar. et Scacc.* solum ex dictis ipsorum potest deduci, nam dicunt si neget delictum, & nihil probet, vel si neget, & probet, ut videre est *Scac. cit. cap.* 97. *num.* 159. & *Cabal. cit. cas.* 100. *n.* 7. si enim supponunt delictum negatum, necessariò deducitur fuisse reum de delicto interrogatum, expressiùs habetur per *Farin. cons.* 5. *in narrativa casus*, ubi supponitur reus sponte infra annum constitutus, examinatus, & ad largam positus: crederem utiliter examinari, cum Judex securus non est sententiam exequi posse ex defectu probationum, ubi verò speraret sententiam exequi, & esset tutus in conscientia, stante urgentia indiciorum, tunc eum non utiliter examinaret, quia negando delictum, ficta confessio elideretur, ut de vera, quod est durius, advertit *Cavalc. de brach. Reg. par.* 3. *n.* 40. & de ficta *Flamin. Cartar. de cap. band. cap.* 2. *num.* 58.

Multum me divertit calamus, & occasio indiciorum legitimorum, quæ requirit Constitutio Bullaris pro exequutione sententiæ in contumaciam latæ revertor igitur ad Authorem.

Qui considerat hic in secunda conclusione, quod ver-
31 ba Pragmaticæ arguunt emissionem ictus ad nocendum, ibi: *ad nocendum emissus*, & concordant bandimenta Urbis, & Status, dùm in eis dicitur *Chi sparerà contro alcuno*: & statim, *se ne seguirà offesa*, *&c.* de quibus meminit *Farin.* 124. *num.* 22. *in fin.*

Quamvis verò puniatur conatus pœna triremium,
52 etiam si ignis ex fucone non corruscaverit, ut dicitur in bandimentis: *Ancorchè l'Archibugio non pigliasse foco*: evitat disputationem, quam tangit hic Author sub *num.* 3. dicens decisionem relatam per *Ricc.* & per *Rovit.* de taliter delinquente, esse intelligendam de pœna extraordinaria triremium, non ordinaria, & ex dicta pragmatica ordinata, quia ità loquitur decisio, & quia tunc non dicitur reus devenire ad actum proximum mortis, ut advertit *Giurb. observat.* 33. *num.* 16. Verùm in casu relato per *Marin. alleg. c.* 223. refertur absolutum inquisitum de eadem imputatione, sed credendum est, ità successisse ex defectu probationis corporis delicti, nam, licèt non esset casus Regiæ Pragmaticæ, quia ictus non erat emissus, attamen erat delictum attentatum, quod etiam de jure esset puniendum, ut habetur latissimè per *Farin. qu.* 124. *par.* 1. *per tot.* & in specie sub *num.* 24. ubi advertit de jure, quod in crimine homicidii, attentatum, licèt ad actum proximum non perductum, punitur eadem pœna per *tex. in l. is, qui cum telo, ff. ad l. Cornel. de Sicar.* sub *num.* 47. 48. & 49. ubi quod etiam solus tractatu-
33 de homicidio committendo, absque alia cooperatione extrinseca, punietur pœna extraordinaria, saltem non corporali, quod certum existimarem, ubi iste tractatus, & ordinatio alteri fuerit participata, & cum illo præordinata, secus si nulli alteri ex traditis per *Afflictum super Constit. Regni Asperitatem num.* 2. *relat. per Bajard. in §. læsæ Majestatis nn.* 26. ubi in casu fortiori concludit, quod minitans velle occidere, etiamsi minatus fuisset occidere Principem, nulla tenetur pœna, si cum alio hoc non dixerit, & communicaverit, remaneret enim aliàs in puris terminis cogitationis, de qua nemo reportat pœnam ad *tex. in l. cogitationis, ff. de pœn.* nec ad aliquem actum delicti dicetur devenire ad mentem *gloss. in l. si quis non dicam rapere verb. attentare, C. de Episcop. & Cleric.* Hinc non videtur subsistere opinio *Dom. de Marin. cap.* 323. *n.* 2. & 3. quod attentatum non puniatur, nili aliqua sequatur offensio, quæ ex se sit delictum, licèt quoad intentum, & voluntatem non sit perfectum, & consumatum, quia etiam de jure communi, punitur affectus ad aliquem actum extrinsecum perductus, & præsertim in homicidio, ut in nostra materia statutaria punctualis est decisio relata per *Ricc.* & per *Rovit. & nostrum Authorem sub num.* 3. de punito in pœnam triremium ex solo tentato homicidio, absque ictus emissione propter rigorem Regiæ Pragmaticæ, & successivè ablque quo deveniret delin-
34 quens ad actum proximum, ut observat *Giurba observat.* 43. *num.* 16. *vers. Respondetur secundo*, cum Statutum punies conatum, licèt non de omni conatu esset intelligendum, sed de conatu proximo delicto, ut declarat *Farin. eadem qu.* 124. *num.* 143. nisi ultro procederet aliter se declarando, ut advertit *Salic. in l. is, qui cum telo num.* 5. *ff. ad l. Cornel. de sicar.* relat. per *Farin. cit. q.* 124. *num.* 144. attamen ubi ad actum proximum non deveniret conatus, adhuc est puniendus aliqua pœna, sed mitiori pro modo conatus *Menoch. de arbit. cas.* 360. *num.* 22. *in fin.*

35 De materia autem quando effectus puniatur non sequuto effectu, & an eadem pœna ultra relat. per *Farin. cit. qu.* 124. *par.* 1. & 2. & præsertim per *Salic. in d. l. is, qui cum ex n.* 6. vide *Bald. cons.* 294. *lib.* 1. *Peguer. decis.* 43. *num.* 2. *Giovag. con.* 29. *lib.* 1. *per tot.*

Digitized by Google

*Giurb.conſ.*46. *num.*36. & 37. & *obſerv.*33. *num.*1. ubi quod in levibus attentatum non punitur de jure, quod voluit etiam *Guazz. def.*33.*cap.*24.*num.*8. & *Farin.qu.*124.*n.*53. Vide etiam *Covar.in Clem.ſi furioſus de homicid.par.*2. *de irregularitate ſub n.*4. & *num.*5.6.& 7. *fol.*565.

Concludit tertio hic Author, quod debet eſſe ap-
36 penſatum ex illis verbis Regiæ Pragmaticæ: *cupiunt, &c.* quod animi deliberationem, & appenſamentum denotat, ex tradit. per *Gizzarell.deciſ.*25. *num.*10.& *Maſtril.deciſ.*155.*num.*12. iſta concluſio videtur indubitata apud omnes, quod ſtatutum imponens pœnam mortis pro delicto, requirat appenſamentum, & præmeditationem, ut videre eſt *Marſil.conſ.*4.*ex num.*25.& *in tract.de bandit.verb. mortui num.*144.& *in fin.l.de minore num.*32. *ff.de quæſtionibus. Bald. in l.*1. *num.*14. *ff.de legib. Prob. in cap.pro humani num.*11.*de homicid. Farin.conſ.*2. *num.*19. *conſ.*35.*num.*7. & *quæſt.*87.*num.*25. *Clar. §.fin. qu.*84.*num.*1. *Didac. Secur.de luer.marit. & uxor.num.*172. *verſ.adde ad idem Bertaz.conſ.*208. *num.*4. *Surd.conſ.*33.*num.*31. *Burg. de modo proced. ex abrupto qu.*19.*num.*84.& in iſtis terminis *Muta ad pragm. Sicil.tit.*41.*num.*114.& 130. *Ricc. prax. Cur.Archiep.deciſ.*589.*num.*6.*Maſtril.cit.deciſ.*135. *num.*12.*Giurb.conſ.*63.*num.*1.& 2.

Diſficultas eſt pulchra, an ſtante iſto ſtatuto delin-
37 quens in rixa puniri debeat habita conſideratione ad pœnam ſtatutariam, an verò ad pœnam impoſitam delicto de jure communi; Tangit hanc difficultatem Author hic ſummatim *nu.*6. & reſolvit paucis verbis puniri delinquentem debere ad menſuram pœnæ juris communis, quia eſt caſus à ſtatuto omiſſus, & ideo decidendus ſecundum regulas juris communis, quod ex pluribus confirmat *De Marin.allegat.*23.*num.*2.

38 Reſolutio dubietatis dependet à videre, an caſus rixæ cenſeatur caſus in Statuto omiſſus. Hoc enim ſuppoſito pro vero, intrat concluſio juris, de qua in *d. l.* comodiſſimè, ut remaneat ſub diſpoſitione juris juxta allegationem *Marin.* 23. *num.* 2. *Franc. deciſ.*516.*in fin. Bajard.ad Clar. qu.*94. *n.*66. *prope finem verſ. ſed remanet in diſp. juris communis Salg. ad Laber. creditor. par.*2. *cap.*29. *num.*79. *Caren. reſol.*196. *num.*5. *Scac.de Judic. l. p. cap.* 32. *num.*17. *in fin. Baron.de citationibus quæſt.*36.*n.*12. Sanè ubi ſtatutum expreſsè non requirit præmeditationem & appenſamentum, caſus rixoſus non poteſt dici omiſſus, ſed excuſatione dignus, ut pœna ſtatuti ordinaria, & determinata non teneatur delinquens juxta communem interpretationem, de qua latè diximus ſupra ſub §. *concludit tertiò*, cum eodem modo videamus excuſari homicidium de jure, ſi occidat in rixa ex plenè traditis per *Giurb.conſil.*2. *num.* 36., & *conſ.*63. *n.*13. *Peguer.deciſ.*14. *num.*14. *deciſ.*78. *num.* 19. *Farin. qu.*126. *num.*47.& 48. *Caball. de omni genere homicidii num.*125. & 126., & iterum *nu.* 380. & 381., & *ſeq. Merlin.Pignat. cent.pr. cap.*66. *num.*17., & *ſeq. per tot.* pœna enim mortis requirit dolum, & ideo ubi deliberare non poteſt homo, quia non eſt in ſua plenitudine poteſtatis propter rixæ calorem, non poteſt dici in dolo, & tali dolo, quod pœnam mortis requirat, ut concludunt *DD. ſupra alleg.* Ita in caſu præſenti excuſatur à pœna ſtatuti ictum emittens, etiam animo occidendi, ſi ex rixa præcedat animus, non ſi ex anteriori præmeditatione, ſed non ideo poteſt dici caſus à ſtatuto omiſſus, ut ſecundum regulas juris communis ſit decidendus; Dici poſſet caſus amiſſus à ſtatuto, ubi ſtatutum expreſsè requireret appenſamentum, ut in caſu *pragmaticæ* 3. *de ictu ſcoppitti* longè poſt pragmaticam primam emanatæ, tunc enim ut verba expreſſa ſtatuti aliquid operentur ad tradit. per *Cabal.caſ.*125.*num.*1. *Gratian.in addit.ad cap.*537. *num.*22., & *Farinac. qu.*145. *num.*167. & *ſequent.* ſubſtineri poſſet in caſu rixoſo nihil determinaſſe, ſeu voluiſſe determinare, & reliquiſſe determinandum ſecundum regulas juris ex regula, quod in ſtatutis, & bandimentis omne quod non eſt expreſſum, cenſetur omiſſum; ut poſt *Alex. Bald.*, & *Decium* notat *Tuſchus concluſ.*2. *litt.B. nu.*8. *Guazzin.def.*29. *cap.*2. *num.* 23. *verſ.* nullo modo *de Marin. cit. allegat.* 23. *num.*2. At ubi ſtatutum ſimpliciter loqueretur, & per interpretationem intelligeretur de caſu appenſato, & præmeditato, utique caſus rixæ dici non poſſet à ſtatuto omiſſus, & ideo pœna caſus rixoſi tunc ad menſuram pœnæ à ſtatuto determinatæ eſſet metienda, & commenſuranda, non à pœna juris communis. Iſta inſpectio, & conſideratio licèt vera exiſtimetur, & rationabilis, attamen non prodeſt reo in hoc delicto attentati homicidii. Siquidem de jure præciſa conſuetudine univerſali non puniendi affectum, eadem pœna, qua puniretur delictum conſumatum, homicidium attentatum puniretur pœnal. Corneliæ, ut probatur in *l. is, qui cum telo* pluries allegata, cujus rigor voluntatem, & animum punit, non exitum maleficii, *l.Divus* 14. *ff.ad l. Cornel. de ſicar. ibi in maleficiis voluntas ſpectatur, non exitus*, & in eandem *l. is qui cum telo C. eodem cum deductis* latè per *Farinac.cit.q.*124.*n.*23.& 24.

Et ideo verius puto Judicem poſſe extraordinariam
pœnam ex cauſa rixæ reo delinquenti imponen-
39 dam in hoc genere delicti extendere etiam ad triremes attenta qualitate rixæ, loci, & perſonarum, quando ſtatutum, vel bandimentum puniret illum pœna mortis, ſi caſus fuiſſet præmeditatus, et appenſatus, idque ſecurius attenta armorum delatione, cujus pœna licèt non exigatur, nec incurratur ex æquitate ubique ſervata quoquo modo loquatur ſtatutum illorum delationem prohibens; nili aſportans cum armis fuerit captus, & ad carceres adductus, ut volunt *Sanfel. deciſ.*43. *num.*1. *Farin.qu.*108. *num.*132. & *ſeq. Caval.de brach.reg. p.*1.*num.*217. *Guazz.def.*5. *cap.*1.*in fin.*, & *def.*4.*c.*8. *per tot. Giurb.obſer. deciſ.*45. *num.*21. *Bertaz. conſ.* 461.*num.*11. *de Marin.tom.*1.*var.cap.*116.*num.*1.& 2. *Capyc.latr.deciſ.*78. *num.*1. *Ricc. deciſ.*56.*par.*3. & 257.*par.*2. *Rovit. pragm.prima de armis num.* 7.

41 puniretur tamen pœna armorum, quando ſola non probaretur aſportatio, ſed cum aſportatione delictum, ut obſervat *Sanfel. deciſ.* 43. *nu.*2. & 3. loquens de inſultu cum armis, & *Capyc.latr. deciſ.* 78. *nu.*2. quando enim aſportationis armorum pœna eſſet major, & gravior delicto patrato cum illis, non utraque pœna juxta veriorem opinionem puniretur delinquens, ſed graviori, vel delicti, vel aſportationis, cum utraque confundatur, et gravior unius delicti pœna, alterius leviorem abſorbeat *ex Bart. in l. numquam plura num.* 4. *ff. de privat.delict. gloſ. in l. qui de crimine verb. plurima C.de accuſat.* cum aliis per *Farinac. qu.*22.*num.*22. & 23., & *q.*108. *num.*166. *Capyc.latr.deciſ.*78.*n.*2., & *per tot. Andr.Lagan.addit.ad Rovit. pragm.*4. & 8. *de armis Cabal.caſ.*100. *num.*12. 13. & 14. *Cartar.de pœn.Innocent.art.*2. *num.*101. *Giurb. conſ.*26. *num.*1. *conſ.*82. *num.*41. ut gravius puniatur delinquens, *Cabal. d.caſ.*100. *num.*13., & 14. *Cartar. d. num.*101.

An autem de licentia habenda ſit ratio, ſi reus ar-
mis abutetur, & cum eis delinqueret, ſeu delin-
42 quere attentaret contra formam ſtatuti, itaut tunc pœna delicti, non pœna armorum puniti debeat

de-

Digitized by Google

delinquens, ſtante licentia, negat *Guaz. def.* 29. *cap.*2. *num.*19. *verſ. & in hoc propoſito*. ubi advertit habentes licentiam, & privilegium aſportandi arma, ne cum eis delinquant, quia amitterent dictum privilegium, ac de armorum delatione punirentur, allegans *Marſ. practic. crimin. §. pro complemento num.*9. *& ſequen. Bajard. q.*82.*nu.*75. *Afflict. ſuper conſtit. intentionis poſt. num.*51. *de illic. portat. armorum*, ubi ampliat etiam ad eos, qui cum effectu non delinquerunt, ſed detulerunt ad malum finem, & pro delinquendo cum illis ex *Farin. q.*108. *num.* 131. ſed ubi delictum non appenſatè procederet, ſed in rixa, & ad provocationem, non videtur ſubſtineri iſta concluſio, & proindè exiſtimo ejus fundamentum debere examinari, moventur *Guazz. Far.*, & *Bajard. ex authoritate Marſil. in d. §. pro complemento num.*7. ſed verius *num.*9. ubi in puncto voluit, quod habens licentiam, et permiſſionem arma portandi, tamen ſi ea abutatur aliquem percutiendo, ſeu vulnerando puniendus ſit de delatione armorum, *argumento l. 2. in fin. C. de privil. ſchol. lib.*12., & *l. p. C. ubi Senatores, vel Clariſſimi*, quia etiam privilegium meretur amittere, qui ſibi conceſſa abutitur poteſtate, *l. Judices, C. de Judic.*, & quia in dubio intelligitur conceſſum ſine alterius injuria, iſtud eſt fundamentum, *Marſil. arguit ex l.*2. *in fin. C. de privil. Schol. lib.*12. ubi admonentur Provinciæ Rectores, ut ita obſervent privilegia ſcholaribus, ne ſub prætextu conceſſi privilegii, vel flagitiorum creſcat auctoritas, vel publica vacillet utilitas, & ex *l.* 1. *Cod. ubi Senatores, vel Clariſſimi*, ubi voluit Imperator privilegia fori non prodeſſe delinquentibus; quin eo non obſtante conveniri non debeant coram
43 Judice loci, ubi delinquerent privilegiati, quæ jura ex duplici cauſa applicari non poſſunt ad delictum in rixa patratum. Primò quia delictum in rixa leve reputatur, *Farinac. qu.* 18. *num.*93., & 94. *Giurb. conſ.* 82. *num.* 33. *in fin.*, & in levibus non datur abuſio privilegii in caſu fortiori. *Vinc. de Franc. deciſ.*258. *num.*2., & *deciſ.*443. *n.*1.

Secundò, quia aliud eſt privilegium amittere, aliud eſt pœnæ ſubjici illius delicti, quod atrox facit
44 ſtatutum hodiernis temporibus ex qualitate pœnæ, *Hieron. de Mont. qu.*16. *num.*14. Unde doctrina *Marſil.* poteſt eſſe vera de illo tempore, quando pœna armorum non erat corporalis, ut deſumitur ex eodem *Marſil. verb. pro complemento num.*44. ubi ex doctrina *Bart. in l. levia* 2. *col. verſ. vel ponunt exemplum ff. de accuſat.*, & *in l. Divus la ſecundæ ff. de cuſtodia reorum in* 3. *q.* oſtendit aſportationem armorum eſſe delictum leve, in quo non requiritur proceſſus.

Tertiò, quia licentia aſportandi arma efficit, ut illorum aſportatio non cenſeatur prohibita, ideo pœ-
45 na delicti, non pœna armorum debet puniri delinquens eo modo ac puniretur prohibitione ſepoſita, *Decian. tract. crim. lib.*8. *cap.*3. *num.*63. Idque comprobatur à fortiori, nam volunt DD., quod
46 ſi quis arma acceperit de Domo propria, vel aliena ad effectum inſultandi, vulnerandi, aut occidendi ſuum adverſarium, & ſtatim redierit ad domum, illa momentanea aſportatio, non comprehenditur in banno prohibitorio, ut videre eſt *Burſ. conſil.* 141. *num.*16. *& ſeq.*, & *num.* 42. & 45. *lib.*2., & *conſil.*331. *num.*37. *lib.*3. *Bertaz. conſ.*217., & *conſ.* 219. *Far. qu.*108. *num.*43., & *Guazz. def.*29. *cap.*2. *num.*17. Si ergo modica illa aſportatio etiam ad finem delinquendi non eſt prohibita, nec comprehenditur in ſtatuto prohibente arma aſportari, utique tanto minus comprehendere debet eum, qui aſportat cum licentia, licet cum ipſis delinquat, dum licentia operatur prohibitionis exclusionem.

47 Tertiò, quia delinquens in rixa calore iracundiæ excuſatur, *Giurb. cit. conſil.*82. *num.*33. *Rauden. conſ.*27. *num.*31. *Theſ. deciſ.*176. *num.*4. Ergò fortiùs excuſari debet à pœna armorum, quod alia ex cauſa non prohibetur, niſi ut cauſam non præbeant delinquendi, *auth. multo magis C. de ſacroſ. Eccleſ.* potiſſimum attenta licentia, quæ tollit prohibitionem ex *Dec. loc. cit.*

Quintò, quia volunt DD. in caſu fortioris privilegium ſalviconductus non amitti per banditum, ſi
48 aſſecuratus denuò delinquat, niſi deliquerit appenſatè, ut videre eſt. *Dec. in l. cum proponas la ſecunda ſub num.*6. *in fin. verſ. et ex prædictis, C. de pact. Blanc. pract. crimin. § datis defenſionibus num.* 54. *et ſequen. Menoch. de arbit. caſ.*327. *nu.*11. *Nel. de bandit.*2. *par.*2. *tempor. q.*16. *ad fin. poſt verſ. concludit ergò Cabal. caſ.*118. *num.*7. 8., *et* 9. *Paſchal. de pat. pot. par.* 4. *cap.*3. *num.* 18., ubi quod in Regno per *pragm. primam de guidat.* ſufficit, quod banditus aſſecuratus pendente ſecuritate committat delictum non leve, ſed verè punibile ad hoc ut beneficio guidatici privetur. Author noſter *reſ.*9. *nu.*2. quinimò plures, nec minus contenti ſunt de delicto appenſatè commiſſo, ſed requirunt, ut ea voluntate, & animo ſalvusconductus ſit obtentus, ut poſſet delinquens ſub ejus clipeo delictum committere, quia tunc dicetur abuti ſalvoconductu, & hujus opinionis eſt *Cabal. cit. caſ.*118. *num.*9. ergò à fortiori habens licentiam aſportandi arma, ſi cum eis delinquat in rixa, vel etiam appenſatè, ut opinatur *Caball.* dummodo cum eo animo licentiam non obtinuerit, pœna aſportationis puniri non poterit, ſed pœna delicti, & amiſſionis licentiæ, ità voluit in terminis *Decian. tract. crimin. lib.* 8. *cap.*3. *num.*62. *Cavalcan. de brach. reg. par.*4. *ſub nu.* 148. *verſ. et pro complemento*, ubi refert contra dictum *Marſil.* Mantuæ ſervari *Cabal.*, qui toto pectore ſequitur *Decian. cit. caſ.*63. *nu.*9.10., *et* 11. quem ſequi etiam videtur *Farin. in addit. ad quæſt.* 108. *ſub num.*131. *in fin.* dum ſequitur *Cabal.* noviter viſum *Thor. vot.*96. *num.*66. *tom. pr. Author hic ſub n.* 21., & hanc eandem opinionem, uti veram, & confirmatam per alios DD. loquentes de ſalvoconductu conceſſo bandito, non amittendo per delictum non appenſatè commiſſum, libentiſſimè ſequor, & ſequendam ab aliis ſpero, non obſtante Auctoritate *Marſil.* uti reprobata per *Cavalc.* per *Decian.*, & per *Cabal.*, quos non vidit nec *Guazz.* nec *Farin.* nec alii, qui ex authoritate *Marſil.* moventur cum opinio Doctoris reprobata non ſit ſequenda, *Rub. in annotat. ad deciſ. Rot.*636. *num.*31. vel igitur opinio *Marſil.* nunquam eſt vera, quoad aliam pœnam, quàm ammiſſionis licentiæ, ut voluit *Decian. cit. lib.*8. *cap.*4. *num.*62., & *Cabal. cit. caſ.*63. *num.* 9. *& ſeq.* vel ſaltem ſubſtineri non poteſt, ubi delictum non eſt appenſatum ex dictis, nec eſt neceſſarium, ut ad defenſam ſuccedat, ut volunt *DD. relat. per Giurb. conſil.*84. *num.*17. quia ad defenſam, ubi aliquis utitur armis alias prohi-
49 bitis, nulla eſt neceſſaria licentia, *Cabal. caſ.*88 *num.*1. *& per totum*, & *caſ* 92. *etiam ex num.* 1 *& caſ.* 45. *in princip.* ubi quod tàm pro defenſione propria, quàm aliorum uſus armorum permittitur, *Rovit. pragm.*4. *de armis num.* 3. *Farin. quæſt* 108. *nu.* 68. comprobat noſtram concluſionem *Author in* 6. *concluſ. ſub num.*20. ubi quod ſi ſtatutum puniat armorum aſportationem, etiamſi ad neceſſariam defenſionem illis utatur aſportans, non comprehendet eum, qui cum licentia aſportaret, & eis uteretur ad defenſam, quia, inquit, licentia tollit prohibitionem, & homicidium ad defenſam

Digitized by Google

sam est impunibile, alias saperet iniquitatem.

50 Quartò, concludit hanc pœnam attentati homicidii cum ictu archibusii imponi non debere, nisi homini facinoroso *ex decis. Gizzarel. 25. nu. 10.* ita temperans rigorem Regiæ pragmat. Verùm ista conclusio revocari etiam potest ad terminos juris communis, cum de jure habeat facultatem Judex etiam à pœnis statutariis ex causa recedere, ut advertit *Farin. qu. 124. num. 74.*, & 149. ubi in specie loquitur de statuto puniente conatum *Andr. Gaill. de pace publica lib. 1. cap. 14. nu. 16. Capiblanc. de Author. Baron. Pragm. 6. nu. 75.*, & in *bandimentis generalibus Urbis* ista authoritas augendi, & minuendi pœnam expresse Illustrissimo D. Urbis Gubernatori reservatur, ut videre est in præfatione, & ideò justa concurrente causa, vel quia persona alias non deliquerit, & sit bonæ famæ, *ex Gramm. decis. 27. num. 7.* vel quia gravis præcesserat offensa, ut alibi dicemus cum *eodem Authore resol. 16. num. 16.* dubitari non debet hoc arbitrium de Jure Judicanti esse tributum.

Advertit Author sub *eadem 4. conclus. sub nu. 9.* quod ista pœna mortis in hoc attentato homicidio fuit inducta in odium qualitatis armorum, & ideò si occurreret casus, quod volens occidere Titium, ictum emittat contra Sempronium, debeat puniri pœna mortis, quia ictum emisit appensate, in quo fiat delictum à Regia Pragmatica punitum ta-

52 li pœna, quicquid alias dubitetur de illa quæstione. An volens unum occidere, & per errorem occidat alium, debeat puniri pœna mortis, vel arbitraria, de qua latè habetur per *Farinac. quæst. 125. par. 3. per tot.* Ista illatio non est adeo facilis, & secura, ut cum ea pertransire debeat Judex sine examine, sed videtur examinanda necessariò, quia duo prima facie videntur repugnare. Primò quod hodie recepta videtur opinio, *Thes. decis. 243. n. 4.* concludentis pro pœna extraordinaria, ut videre est *Caball. cas. 31. ex num. 11. vers. sunt tamen alii, Paschal. de pat. pot. par. 3. cap. 6. num. 35. Jacob. Thominc. decis. 38. per tot. Cartar. decis. 50. num. 14.*, & *seq. 38. 54. Ciriac. contr. 259. num. 1.* ubi pro mitiori refert decisum cum *Cabal.* & *Thes. Scial. prax. for. jud. cap. 3. num. 94. Spad. conf. 107. num. 1. et per totum*, ità refert *Ursel.* servare S. Consultam in *suis concl. legal. litt. A. verb. Assassinium num. 15.*, & ità testari possum fuisse etiam observatum in Tribunali Urbis Gubernatoris de tempore Illustrissimi Dom. mei Baranzoni, ubi fuit minorata pœna mortis comminata in contumaciam contra N., & alios ex eo, quod apparebat ex eodem monitorio homicidium in personam occisi successisse per errorem, quod est aliquid plus, cum licèt contumaci eadem pœna debeatur, quæ deberetur, si reus esset præsens, *ex Far. consil. 249. num. 9. conf. 214. num. 9. Giurb. conf. 87. num. 18.*, & disponit novissimè *Reformatio san. mem. Pauli Quinti sub tit. de Judic. crimin. Urbis* §. 10. Attamen ubi dubia esset quæstio, contumacia provocaret ad rigorem. Et ita pariter obtinui in una Viterbien. etiam in con-

53 tumaciam contra D.N. qui inquirebatur, & vocabatur pro osculo violento in personam cujusdam nobilis Puellæ ob causam matrimonii cum ea contrahendi, quod vigore *Bandimentorum generalium Status Ecclesiastici sub §. 7.* veniebat puniendus pœna mortis, quia enim deosculatio ex errore processit in personam alterius Puellæ nuptui traditæ, &c. Consulta in mitiorem sententiam inclinavit, & mitiori pœna eundem puniendum esse voluit ex eisdem juribus, & rationibus, quæ pro defensione homicidii commissi per errorem afferebantur.

Secundum, quod durum videtur, ut ista conclusio recipiatur in delicto consumato, & rejiciatur in delicto solum attentato.

Et sanè in quæstione principali non est dubium, quod in ea firmanda pro Reo aliquid inveniatur amari,

54 cum semper erit verum, quod homicidium appensatè successerit, & animo præmeditato committendi homicidium, licet non in personam occisi, quod nihil videtur facere ad differentiam pœnæ, dùm nihil facit differre homicidii qualitatem, si talis, vel alter, iste, & non ille occidatur, ut considerat *Bart. in l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœnis, num. 6. in fin.*, & *alii DD.*, qui cum *Bartolo* concludunt favore fisci, & videtur *text. fere express. in l. falsus creditor, §. qui alienum vers. Nihil enim ff. de furt.* ibi: *Nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cujus sit ignoret*: lato calamo hanc opinionem defendit novissimè *Rub. de valid. legal. c. 39. per tot. cap. 38. ex nu. 69.* Attamen quia in benigniorem sententiam (uti semper in casu dubio est faciendum) inclinarunt DD. magis communiter, & in praxi, & Judicio admiserunt hanc opinionem æquiorem pro pœna extraordinaria amplius con-

55 traria opinio non est sequenda, nisi in casu arduo, & circumstantiis gravato & qualificato, ut advertit *Cab. cit. cas. 31. num. 15.* Volunt enim DD. magis communiter requiri dolum in specie, idest circa eam personam, quæ occidi meditabatur, cum alio ex errore occiso, nulla circa eum supponi possit præmeditatio, & appensamentum, nec malus animus, & is qui occidi meditabatur, occisus non remansit, & facit pro ista opinione, *tex. in l. si quis cum haberet, ff. quæ in fraud. credit.* ibi: *utrumque*

56 *in eandem personam exigimus consilium, & eventum*.

Si ergo firmatur conclusio favore Rei in delicto consumato, securius videtur firmari in delicto attentato, quod ex generali consuetudine puniretur mitiùs, & hanc conclusionem existimo veriorem, ubi genus armorum, eorumque asportatio ex se pœnam mortis non mereretur, & ubi statutum expresse requireret appensamentum, ut ex *pragm. 3. de ictu*

57 *sclopit.* Et ratio est; quia ubi statutum expresse requirit dolum, dolus ille requiritur in specie, non in genere, ut statuti pœna habeat locum, *Jas. in l. si pater sub num. 9. in fin. C. de hæred. instit.*, quem ad nostrum propositum adducit, *Pet. Caball. cas. 31. num. 14. Boss. tit. de homicid. sub num. 74. circa med. vers. sed stante statuto. Macerat. var. resol. l. 2. c. 126. num. 10.* & 11. ubi quod statutum requirit dolum in specie, *Moron. resp. 8. num. 42.* & 43. *Giurb. conf. 31. num. 18.*, & 19. etsi diceretur statutum odio ha-

58 buisse genus armorum, cum quo delinquitur; Respond. ex qualitate pœnæ impositæ pro asportatione desumi id non posse, cum ex eadem Regia pragmatica tertia in alio genere armorum igneo tormenti parvuli seù archibusetti, appensamentum nullo modo requisivit legislator, ut advertit *Author hic num. 10.* cum pro sola asportatione talis armorum generis pœna mortis sit imposita. Unde cum pro asportatione archibusii non sit imposita pœna mortis, utique pro homicidio attentato solum cum armis prædictis, non possumus dicere odio armorum simpliciter pœnam mortis impositam, sed odio delicti appensatè committendi cum tali armorum genere, quæ appensamenti qualitas non cadit in specie contra insultatum, cum ex errore ictus emitteretur contra alium, ut diximus. Ideò pœna statuti requirentis dolum in specie, ut volunt *Jason. Boss. Marescot. Moron.*, & *Giurb.* statim *alleg.* locum habere non potest, nec facit quod ictus emissio semper erit appensata, sive respectu unius, sive alterius, & ideo verificatur dispositio

Re-

Digitized by Google

Regiæ pragmaticæ, quia si vera esset hæc ratio, utique à fortiori homicidium per errorem commissum puniri deberet pœna ordinaria, sed homicidium commissum per errorem ex magis communi, & in praxi recepta sententia, dici non potest appensatum, nec uti tale puniendum ex quo respectu occisi nulla cadit premeditatio, nec appensamentum, ergo tanto minus appensatè dici poterit ictus emissus per errorem in materia statutaria, & ad verificationem Regiæ pragmaticæ, in qua dolus, & appensamentum requiritur in specie, ut diximus *n.* 57. Vel igitur casus iste non est comprehensus in statuto disponente de ictu appensatè emisso, vel saltem ex isto errore justam haberet causam Judex rigorosam statuti pœnam temperare, *ex Gaill. Capiblanc.*, & *Farinac. allegat. in princip.* hujus quartæ conclusionis, ad exemplum homicidii ex errore commissi.

59 Quintò concludit Author, quod assistens cum armis igneis, licèt ictum non emiserit, si tamen ictus emissus sit, in dispositione Regiæ pragmaticæ comprehenditur *ex Merlin. Pignat. cent.* 1. *c.* 49. *per tot.* ubi magistraliter hanc quæstionem resolvit, & authoritate rerum judicatarum confirmat.

60 An autem statutum pœnale comprehendat Mandantem, & Auxiliatores, illa est distinctio communiter recepta in judicando, & consulendo, quod si statutum loquitur in personam, si quis occiderit, si quis vulneraverit &c. & tunc si pœna augetur per statutum facienti, non comprehendet Mandantem, & auxiliatores, ut plenè reperies pœnes *Farinacc. quæst.* 131. *num.* 51., & *qu.* 135. *num.* 142., & *quæst.* 124. *num.* 105. penes *Merlin. cit. cap.* 47. *num.* 5., & per *tot. Sanfel. decis.* 36. *num.* 5. ubi de auxiliatore ad furtum magnæ quantitatis *Thor. in suo compend. decis. Regni tom.* 1. *fol.* 329. *verb. Mandatarius.*

An verò qualitas inhærens principali delinquenti afficiat, vel prosit auxiliatoribus, & mandantibus, vel è contra, videas *Decian. tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 33. *num.* 8. & *seq.* ubi quod si qualitas cohæreat personæ, personam non egreditur, sive afficiat, sive prosit, & ideo major committens, seu mandans minori, ut occidat, ipse ordinaria, minor extraordinaria punietur, aliter non disponente statuto circa minorem ætatem, si verò cohæreat delicto, & qualitas mandanti sit cognita, tunc afficiet eum, & est approbata distinctio, ut per *Merlin.*

62 *cit. cap.* 47. *n.* 19., & 20. & in specie, an mandans seu auxiliator teneatur de pace rupta, vide *Farin. cit. qu.* 131. *num.* 45. *Cabal. cas.* 198. *nu.* 30., & *Guaz.*

63 *def.* 33. *cap.* 10. *num.* 18. Et an qualitas proditionis, quæ inest principali delinquenti, afficiat etiam socium criminis, & è contra, an qualitas in socio consideretur, ubi principali deficeret, vide *Cabal. de omni genere homicid. n.* 412. & 413.

64 Hinc mandans amico Titii, ut eum occidat, licet mandans sit inimicus, quia tamen committit animo occidendi, de quo confidit, & debet confidere, occidere mandans dicetur particeps proditionis, & eodem modo tenebitur de homicidio proditorio.

65 Ista inspectio attentis Constitutionibus Bullaribus est utilissima, ut videre est *Guazz. def.* 33. *capit.*

66 10. *num.* 3. ubi quod Bulla Pii IV. contra minores homicidas, non comprehendit minores auxiliatores, consultores, & aliter in homicidio complices, & participes cum *Cartar.*, & *Farin. locis per eum citatis*, & *Far. qu.* 92. *nu.* 188. licet ut verum fatear potiùs interpretationem prædictam admisit observantia ex nimio rigore illarum Constitutionum, quam attenta distinctione de statuto loquente in rem, vel in personam, cum verius sit Constitutiones præfatas Pii IV. & V. loqui in rem ibi: *Nec minoribus minor ætas in homicidiis prosit, &c.*

Sextò concludit, quod ut sit locus dispositioni istarum pragmaticarum, delictum debet esse appensatum, de quo diximus in quarta conclusione,

67 addo solum quod Author hic sequitur *Far. qu.* 126. *num.* 47. & 49. ubi quod homicidium in rixa commissum punitur quandoque pœna mortis, ubi occisor fuerit author rixæ, & verè habuerit animum occidendi sic dissentientes DD. opiniones concordando, & hinc arguit, quod licèt tale homicidium puniri valeat pœna mortis, tamen attenta dispositione Regiæ pragmaticæ requirentis appensamentum, talis pœna inferri non posset auctori rixæ animo occidendi ictum scopitti emittenti. Verùm adhuc opinio *Farin.* est nimis rigorosa, ubi author rixæ, rixam non moviſſet animo occidendi, sed aliter verbis, vel factis offendendi, & deindè ira percitus rixæ calore animus occidendi supervenit, tunc enim aliqualiter est excusandus; ex quo non est in plena deliberatione ex dictis per *Giurb. cons.* 63. *num.* 13., & 14. & ità etiam in authore rixæ tenet *Peguer. decis.* 63. *num.* 4. ibi tamen apud nos non vidi servari, nec ipse consulerem, quod pro homicidio commisso in rixa, quis puniretur pœna ordinaria homicidii, & in hanc etiam opinionem inclinat *Cabal. de omni gen. homicidii num.* 113. & 114. ubi voluit authorem rixæ teneri de homicidio pœna ordinaria, ubi initium facti voluntariè tendebat re ipsa ad id quod sequutum fuit, quod propriè verificatur in eo, qui movet talem rixam, factumque tentat, quod sine homicidio probabiliter expleri non potest alias pœna ordinaria juste posset temperari, ut etiam tenet *Author ref.* 2. *nu.* 41. *cum Pegu. cit. dec.* 63. *n.* 4. ad quod vide etiam *Guaz. def.* 33. *c.* 22. *sub num.* 8.

Quoad septimam conclusionem, ubi Author distin-

68 guendo declarat in quo casu, non obstante incertitudine delinquentis cum armis igneis deveniri possit ad forjudicationem, & successivè ad condemnationem pœnæ capitalis, de qua in eadem Regia pragmatica, existimarem distinguendum casum rixæ, à casu deliberationis, & appensamenti. Siquidem delinquens cum certo armorum genere, de quo in ead. Reg. pragm. etsi in rixa delinquat, adhuc pœna mortis punitur, ut ostendit *Auth. sub num.* 20., & in isto casu, quando incertitudo evitet condemnationem pœnæ ordinariæ, distinguit Author in ista septima conclusione cum *Farin. qu.* 90. *num.* 92., quibus addo *Cabal. cas.* 192. *num.* 12. 13. & *seq. cas.* 198. *per tot. Guaz. def.* 33. *cap.* 22. *per totum*, & præcipuè *num.* 9. *Giurb. cons.* 2. *ex num.* 1. *usque ad* 11. præcipuè *num.* 2. *vers.* 4. *eorum denique fuit opinio*, ubi quod omnes tenentur pœna extraordinaria, videas Jul. Clar. *§. homicidium, vers. alia est defensio num.* 29. & 30., & vide *num.* 40. *in fine*, ubi quod in contumaciam omnes condemnantur in pœnam homicidii ex declaratione Senatus, etsi compareant, postmodum vel torquentur, vel condemnantur in pœnam pecuniariam, & sequitur *Far. quæst.* 96. *num.* 61. & 62., quod tamen non videtur observandum quoad pœnam ordinariam, quia potest facilè exequi in contumaciam, & ità puniri mortis pœna innocens pro nocente contra *tex. in l. absentem, ff. de pœn.* nisi omnes homicidio cooperassent, sed ignoratur solum, quis vulnus intulerit, & occiderit, in quibus terminis loquitur *Clar.* nunquam tamen in pœnam ordinariam, ut ipsemet fatetur *num.* 29. Hoc securius observandum videtur, ubi ex dispositione statuti pro homicidio attentato, non consumato pœna mortis

69 esset imponenda, ut in casu Reg. pragm. Si verò

su-

Digitized by Google

sumus in casu delicti appensati, sed ex qualitate armorum puniendi capitaliter, tunc si certus est delinquens cum armis vetitis, ipse teneri videtur pœna ordinaria, cæteri, non nisi eidem delicto, taliter committendo à principio consenserint, vel omnes essent eodem genere armorum muniti, ut homicidio assisterent committendo, ut concludit Author hic *num.*10., *& Merlin.Pignat.cent.p.c.*47. *num.*20. alias tenerentur eadem pœna de jure, non eadem lege, ut advertit idem *Merl. Pignat. d.cent. cap.*47.*per totum*, *& Decian. tract. crimin. lib.* 9. *cap.*33. *ex num.* 8. inspecta maximè statuti dispositione, an in personam loquatur, an in rem, de quo per *Farin.quæst.*131.*num.*44. *& seq. Merlin.citato cap.*47.*ex num.*4., *& Sanfel. dec.*36. *n.*5. *Thor. compend.decis.Regni tom.* 1.*verb. sententia forjudicationis fol.* 303. Cæterum ubi incertus esset delinquens, & ictum emittens, unicus tamen esset ictus emissus, nec ex processu liqueret, quis armatus esset tali genere armorum ex pluribus inquisitis, propter incertitudinem in homicidio solum attentato, à rigorosa pœna bandimentali esset recedendum, *ex tradit. per Thor. in suo compend.dec.verb. sententia forjudicationis fol.*503. *tom.*1. ubi quod ex isto capite fuit annullata sententia forjudicationis per M.C. & accedunt ad confirmationem DD.relati per *Gua22.def.*33. *cap.*22. *num.*1. *vers.tamen Advocatus*, qui licèt in eorum opinione superentur per *DD. relat.per Giurb.cons.*2. *num.*11. ubi tamen incertitudo versatur respectu qualitatis extrinsecæ, quæ indiceret pœnam mortis, tutissima videtur eorum opinio, quia non delictum ipsum (uti omnes consentiunt) pœnam mortis induxit, sed genus armorum, quo delictum fuit commissum ex dispositione Reg. pragm., quæ ipsum delinquentem comprehendit, non cæteros auxiliatores, *ex Merlin. & Thor. loco supra citato*, qui delinquens cum sit incertus, impedit incertitudo, ne pœna ordinaria aliquis teneatur, prout de homicidio in rixa, vel ubi de ejus appensamento non constat, ex innumeris concludit *Giurba cit. consil.* 2. *vers. quarta eorum denique*.

SUMMARIUM.

1 *Minor secundum unam opinionem potest forjudicari.*

2 *Secundum aliam non potest forjudicari.*

3 *Conciliantur opiniones fœdere distinctionis*, & num.9.

4 *Forjudicatio non potest inferri, nisi ex delicto merente pœnam mortis naturalis,& aliàs iniquum esset procedere ad forjudicationem*, & num.23.

5 *Sola contumacia non potest operari forjudicationem.*

6 *Contumacia efficit, ut quis de delicto pro quo contumax reputatur habeatur pro convicto, & confesso.*

7 *Confessio, vel convictio ficta absurdum est, ut plus operetur ad minoris condemnationem, quam vera confessio, vel convictio delicti.*

8 *Pœna delicto est commensuranda.*

9 *Delicti circumstantiæ possunt operari, ut minor possit forjudicari non obstante minori ætate.*

10 *Forjudicatio fundatur in delicto capitali mortis, & contumacia.*

11 *Minor potest contrahere contumaciam.*

12 *Minor reputatur major in delictis dolo commissis præter quoad pœnæ diminutionem.*

13 *Contumacia est dolus præsumptus.*

14 *Contumacia est delictum in omittendo.*

15 *Minor excusatur à dolo præsumpto, & à delicto in omittendo.*

16 *Minor propter delictum, quod consistit in committendo, et verum dolum annexum habet, forjudicatur, et delictum est causa potissima forjudicationis.*

17 *Statutum generaliter loquens comprehendit minores in delictis dolo commissis.*

18 *Minor in Regno extra controversiam habetur pro majore, ubi ita suadent circumstantiæ delicti.*

19 *Intellectus ad* text. in l.clarum, C.de auctoritate præstanda.

20 *Arbitrium imponendi pœnam ordinariam minori non habet locum nisi minor compleverit decimum quartum annum, quod etiam respexit bulla Pii IV.*

21 *Intellectus ad* prag.1. *de minoribus, et* num.54. & seq.

22 *Tempus delicti inspicitur in ætate delinquentis.*

23 *Minores etiam pro homicidio deliberatè commisso mitius puniuntur ob defectum ætatis.*

24 *Delicta, quoad atrocitatem sunt in triplici differentia., nam alia sunt atrocia, alia atrociora, alia atrocissima.*

25 *Judex in delictis atrocibus, vel atrocioribus de necessitate tenetur pœnam temperare, secus in atrocissimis licet aliqui voluerint idem in atrocissimis.*

26 *Homicidium licet deliberatum nisi transeat in aliam enormitatis speciem, licet atrox, vel atrocius dici possit, non tamen est atrocissimum.*

27 *Delicta atrocissima sunt illa, pro quibus lex non fuit contenta simplici genere mortis, sed acerbiorem mortis modum imposuit.*

28 *Minor delinquendo in homicidio dicitur delinquere impetu juventutis, et sanguinis nimis ebullientis, et ex imperfecta operatione rationis circa ea à quibus crescente ætate præsumptio est, quod se abstinebit.*

29 *Homicidium deficiente deliberatione, ne dum atrocissimi criminis nomen non meretur, sed nec etiam atrocioris.*

30 *Homicidium in rixa commissum extraordinaria tantum pœna punitur, etiam si homicida fuerit rixæ auctor.*

31 *Animus deliberatus committendi homicidium, ut præsumatur gravis, et capitalis requiritur inimicitia, nec sufficit non capitalis.*

32 *Juvenis adolescens potius de voluptatibus capiendis, quam de litibus cogitare præsumendus est.*

33 *Vassalli inobedientia suscitat Baroni Domino iram, et indignationem.*

34 *Præsumendum non est patrem senem, et prudentem incitare filium unicum ad patrandum delicta.*

35 *Advocatus nullam inimicitiam præsumitur contrahere cum eo, contra quem præstat patrocinium.*

36 *Nemo præsumitur velle palam, et publicè delinquere, si occultè potest delictum patrare.*

37 *Deliberatio ex conjecturis præsumitur, et tollitur.*

38 *Divitiæ inducunt conjecturam exclusivam appensamenti in delictis, quia unusquisque timet illarum amissionem.*

39 *Deliberationis præsumptio in delictis tollitur ex eo, quod quis alio tutiore modo potuisset delictum committere.*

40 *Armorum genus cum quo delictum est commissum, præbet indicium, an animo deliberato sit patratum, vel ne?*

41 *Vulnerum pluralitas licet arguat animum occidendi, non tamen deliberationem probat.*

42 *Judicis animus pronior ad benignitatem erga minorem esse debet.*

43 *Ætatis miseratio non ex capite, seù cervellina esse debet, sed legalis.*

44 *Delictorum pluralitas gravius reddit facinus, delictum enim gravius est, ubi damnum est gravius ibid.*

45 *Plu-*

Digitized by Google

45 *Pluralitas non facit delictum esse atrociſsimum.*
46 *Delicta plura uno eodemque impetu commiſſa ſpeciem non mutant, et pro unico reputantur.*
47 *Homicidia duo eodem tempore, et in eadem rixa committens, pro uno homicidio tenetur.*
48 *Statuti qualitates requiſita, ubi deſunt deficit ejus diſpoſitio.*
49 *Nobilitas de jure habetur in conſideratione, quoad diminutionem pœnæ.*
50 *Delinquere non conſuetus mitius puniri debet, ſic et non rixoſus.*
51 *Delinquendi conſuetudinem abhorrent jura.*
52 *Delictorum reiteratio non inducitur, niſi ſint diſtincta re, et tempore.*
53 Prag.1. *de minoribus non loquitur de quacumque delicti atrocitate, ſed tantum de atrociſsimis, et eſt conformis juri communi.*
54 *Arbitrium Judicis uſque ad mortem extendi poteſt ob circumſtantias delicto cohærentes contra minorem etiam de jure, et quo modo Prag. Regni adhuc non ſit fruſtratoria.*
55 *Statutum, quod à jure communi recipit intelligentiam, et ſecundum jus commune aliquem operatur effectum, ad ipſum jus commune omninò reduci debet, et ſecundum illud interpretandum.*
56 *Statutum indiſtinctè ſecundum jus commune interpretandum, etiam ſi nihil addat.*
57 *Statuti verba dubia, et ambigua interpretanda ſunt ſecundum jus commune, præſertim in pœnalibus.*
58 Prag.1. *de minoribus loquitur de minoribus delinquentibus ex animo, ideſt ex propoſito.*
59 *Delicta ſclopo commiſſa proditoria cenſentur in Regno ob jus municipale ſic diſponens.*
60 *Delicti natura, quæ immutabilis eſt inſpici debet, non diſpoſitio ſtatutaria, quoad atrocitatem.*
61 *Qualitas gravans delictum ex diſpoſitione ſtatuaria minorem afficere non poteſt, quando ſaltim mitius puniri non debeat.*
62 *Conſtitutio Regni minorum jura, quæ coarctat tempus majoris ætatis inducta de jure civili tanquam exorbitans eſt ſtrictè interpretanda.*
63 *Annus cœptus in odioſis non habetur pro completo.*
64 *Follerii dictum, quod ad forjudicationem minoris procedatur cum clauſula, quod eo comparente habeatur ea ratio, &c. reprobatur, et* num.68.
65 *Forjudicationem ad impediendam minor ætas opponi poteſt contra Follerium.*
66 *Conſanguinei ad impediendam forjudicationem poſſunt opponere omnes exceptiones, quæ non tendunt ad criminis excluſionem, ſed ſunt ſeorſum à crimine, ut minor ætas.*
67 *Joannes Andreas de Curte Reg. Conſiliar. et poſtea Præſes Sac. Conſil. laudatur.*
68 *Ætas probatur per librum Baptiſmi, et fidem Parochi.*
69 Farinac. in conſ.121. *declaratur.*

ARGUMENTUM

An minor poſſit forjudicari.

RESOLUTIO II.

1 AN poſſit minor forjudicari, ſive capitaliter banniri, eſt inter DD. controverſum, quod poſſit exiſtimaverunt *Foller. in verb. forjudicentur num.7. Cartar. de exequut. ſentent. capit. bannit. cap. fin. num.224.* ubi quod eo poſtea capto habenda ſit ratio, quæ de Jure, minoris ætatis, & teſtatur *Foller.* ita paſſim ſervari in M.C. in eandem ſententiam inclinat *Fachin. lib.9. controverſ. juris cap.41. & alii per ſupradictum relati*: quod non poſſit verius cenſuerunt *Maſtrill. deciſ. Sicul.161.* ubi praxim à *Foller.* traditam non ſatis probat *Paſchal. de virib. patriæ poteſtat. cap.10. par.2. num.22.* in editione noviſſima *Bertazzol. conſ. crimin.380. num.3. & ſeq. Farinac. quæſt.11. num.3.* & alii plurimi per eos relati; mihi ea ſemper placuit opinio, quam etiam vidi in Regiis Tribunali-
3 bus ſervari; quod aut delictum tale eſt, ut pro eo non poſſit imponi pœna mortis minori præſenti, ſi confeſſus aut convictus de eo eſſet, & tunc à forjudicatione contra minorem abſtinendum eſt, ratio eſt cui contradici non poteſt, nam forjudicatio non
4 poteſt ſequi niſi ex delicto, quod mereatur pœnam mortis naturalis, idque extra controverſiam eſt modernis temporibus, ut teſtatur *Gizzarell. deciſ.13. Rovit. in prag. ad Rubric. de ſentent. forjudicat. n.36. Reg. Tapp. lib.5. de jure Reg. in cap ſive quis ſit forbannitus num. fin.* quicquid olim ſervaretur vigore *tex. in cap. Reg. ſive quis ſit forbannitus*; ſi igitur deli-
5 ctum capax mortis non eſt, certe iniquum eſt, ut ad forjudicationem procedatur, nec poteſt oppoſi-
6 tum operari contumacia banni, ſive forjudicationis, nam dicta contumacia efficit, ut contumax habeatur pro confeſſo, & convicto de eo delicto pro quo quis uti contumax forjudicatur, ut eſt *tex. in Conſtit. Reg. pœnam eorum, & omnes ſcribentes*
7 *tradunt præſertim Gizzarell. deciſ.13. num.3.* & abſurdum ſanè eſſet, ut hæc ficta confeſſio, & convictio plus operaretur ad minoris condemnationem, quam vera confeſſio, vel convictio delicti, id quod accideret ſi minor ad mortem in ſententia contumaciali forjudicationis condemnaretur ob delictum, quod ſi præſens eſſet ipſe, & contra eum plene probatum eſſet non ſufficeret ad mortis condemnationem contra omnes juris regulas, quæ ſuadent pœnam delicto commenſurandam, ut conſideratum teſtatur *Gizzarell. in d. deciſ.13. in reſolutione artic.* ob quodnam delictum poſſet ad forjudicationem procedi? & ante eum ratiocinati ſunt *Jo: Anton. de Negris in dicto cap. ſive quis ſit forbannitus num.25. Et Sebaſtian. de Neap. num.11. & ſeq.* ad rem tradunt *Farinac. qu.11. num.33. Reg. Tapp. loco cit. Cabal. reſol.256. num.6. Giurb. conſ. crim.83. n.18.* & ita intelligendus eſt *Maſtril. in d. deciſ.161.* conſideratis rationibus, quas adducit ibidem *n.12. & ſequent.*
9 Aut vero delictum eſt tale, ut pro eo ſi minor in fortiis eſſet, & illud plenè probaretur poſſet imponi pœna mortis, quia nempè habet circumſtantias, quas ad pœnæ ordinariæ impoſitionem conſiderat *Reg. Prag. de minoribus*, & tunc utique ad forjudicationem contra minorem non obſtante ætate minori procedi poterit.
10 Ratio, quæ movet, illa eſt quoniam forjudicatio ſervata forma *Conſtit. Regni pœnam eorum* fundatur in duobus, nempè in delicto, quod hodie mortis pœna dignum eſſe debet, & in contumacia, modo adſint indicia ad torturam, ut infra *cap. ſeq.* dicam tradit *Dom. Reg. Merlinus cap.63. num.2. & ſeq.* ſed minor poteſt committere crimen dignum pœna mortis, poteſt contrahere contumaciam ergo poteſt forjudicari, quod poſſit committere crimen dignum pœna mortis eſt extra controverſiam *vigore Reg. Prag.1. de minoribus*, quod poſſit contrahere contumaciam probat *text. in l. ſi minor, ff. de bonis*
11 *auctorit. Jud. poſſid. l. minor etiam quaſi contumax, ff. de minor. 25. ann. l. ſi finita, §. ſi forte, ff. de damno infect. Fachin. d. cap.41. Doctores relati per Farinac. quæſt.11. n.3. verſ. contrarium*, neque obſtat, quod

Digitized by Google

citata jura loquantur in cauſis civilibus, quia idem affirmandum eſt in delictis, in quibus ſi dolo commiſſa ſint, ut ſupponimus, minores pro majoribus reputantur, nec à majoribus differunt niſi quoad diminutionem pœnæ in qua minoribus ſubvenitur *l.1. C.ſi adverſus delictum, l.ſi ex cauſa, §.nunc videndum,& l.auxilium, §.in delictis, ff.de minor* 25. *ann. Fachin. d. cap.*41. *verſ. hæc poſterior ſententia;*

13 nec dicatur, quod contumacia, niſi ſcilicet quis expreſsè dicat ſe nolle comparere eſt dolus præ-

14 ſumptus, & quatenus delictum dici poſſit, eſt delictum in omittendo, quodque minor à dolo præ-

15 ſumpto, & à delicto in omittendo excuſandus eſt ad tradita latè per *Farinac. d.quæſt.*11.*num.*27. *&* 28.*& Fachin.d.controv.*41.*in argumentis partis negativæ*; quia reſpondetur minorem in caſu, quo contra eum ad forjudicationem ob delicti atrocita-

16 tem, & circumſtantias deveniri poteſt, forjudicari ob delictum, quod conſiſtit in committendo, & verum dolum annexum habet, ipſumque delictum cauſam eſſe potiſſimam forjudicationis, licet concurrere debeat contumacia,quæ efficit,ut de delicto habeatur pro confeſſo, & convicto vigore ſtatuti,

17 quod generaliter loquens comprehendit etiam minores, ex quo pro majoribus habentur in delictis dolo commiſſis, ut ſupradictum eſt. Hæc eſt vera reſponſio, quam breviter perſtrinxi ex ſcriptis per *Farinac.d.qu.*11.*num.*3.*ver.contrarium, & Fachin. d.controverſ.*41. quæ quidem reſponſio nullam patitur controverſiam in *Reg. vigore alleg. prag.*1. *de minoribus*, quæ ut infra dicetur,auferendo omnem dubitationem licere declarat Judicantibus pœnam ordinariam imponere minoribus delinquentibus; ita ut ſublata diminutione pœnæ, ſi criminis qualitates expoſcant, ut ſupponimus in terminis quæſtionis, minores indiſtinctè pro majoribus habean-

18 tur nec in aliquo prodeſſe illis poſſit minor etas. Quemadmodum nec obſtat, quod minor non poteſt confiteri delictum abſque curatoris interventu, juxta *tex.in l.clarum, C.de auctor.præſtan.* & conſequenter forjudicatio minoris nulla eſt ſaltim in caſu ubi non intervenit curator, quia reſpondetur *alleg. text. in l.clam* procedere (ut ex ejus verbis liquet) ubi minor præſens eſt in judicio ad hoc ut curatoris conſilio reſponſa faciat, nec ex ſua imperitia aliquid dicat, vel taceat cum detrimento, at ſecus eſt, ubi contumax eſt, & abſens condemnatur *Fach. d.controverſ.*41. *in fin. Farinac.qu.*11.*num.*6. *Guazzin.defenſ.*32.*cap.*32.*n.*6. ratioque in promptu eſt, quia in capitalibus cauſis, tam de jure communi, quam municipali judicialis inquiſiti abſentis defenſio non permittitur *l. penult. §.ad crimen, ff.de public. judiciis Rit.* 269. *& ibi notat. Caravit. num.*8. non ergo fruſtatoriè curator, qui minorem abſentem defendere non poteſt,minori abſenti dandus eſt.

20 Hoc rurſus intelligendum eſt, dummodo minor ſit adultus, & major quarto decimo anno, ſecus ſi minor non ſit adultus,ſed infra quartum decimum annum *Claud. Bertaz. in addit. ad Bertaz. patrem conſ.*428. *Farin. d.qu.*11.*num.*30. *verſ.contrarium*, & ad rem facit,quia arbitrium imponendi pœnam mortis minori propter criminis atrocitatem locum habere non poteſt niſi in minore, qui jam quartum decimum annum exceſſerit *Foller. ad Marant. diſtinct.*1.*par.*4.*num.*35.*in fin.Caball.reſol.*134.*num.*9. *Joſeph Ludovic.deciſ.lucen.*17.*num.*68.*& ſeq.Gomez tom.*3.*variar.reſol.cap de delictis num.*57. *cum ſeq. Farinac. quæſt.* 92. *num.*108. *& num.*265. id quod conſideravit *Bulla Pii IV.* relata per *Farinac. de quæſt.*11.*num.*30.*verſ.quid aut.* dum diſpoſuit minorem ætatem non prodeſſe in homicidiis minori, qui complevit decimum quartum annum, propter quam Bullam recepta eſt opinio in Urbe, & Statu Eccleſiaſtico, quod minor poſſit ob homicidium forjudicari ſi complevit decimum quartum annum ad idem *Farinac. conſil.*121. & ita intelligenda eſt *prag.*1.*de minoribus*, quæ non correxit jus commu-

21 ne, ſed ex duabus opinionibus antea controverſis elegit opinionem contra minorem,ut ſcilicet Judex poſſit arbitrari ex circumſtantiis contra minorem pœnam ordinariam, ut fundavi in ſequentibus allegationibus,quas ſcripſi pro minore ad evitandam ſententiam forjudicationis, & hic inſerui.

Ad forjudicationem contra Paulum Magnacervum,

22 uti minorem tempore delicti, licet majorem poſtea effectum (inſpicitur enim tempus delicti, ut eſt *tex.in l.*1.*ff.de pœn.* & expreſſe docet *Menoch.de arb. caſu* 329. *num.fin.*) procedi minimè poſſe ex infra dicendis liquere facilè poteſt, quia exploratiſſimi juris eſt hodiernis temporibus ad forjudicationem

23 procedi non poſſe, niſi delictum tale ſit, ut eo legitimè probato ſi reus præſens eſſet pœna mortis foret puniendus *teſt. Gizzar.deciſ.*13. *& Dom. Reg. Rovit.ad rub.prag.de ſent.forjudicat.num.*36.ſed delictum de quo Paulus Magnacervus inquiritur tale non eſt,ut ſi is in manibus Curiæ reperiretur poſſet ad mortem damnari (obſtante minori ætate) ergo forjudicari minimè poteſt.

Aſſero crimen non eſſe tale, quia non agitur niſi de homicidio in quo eſto, quod deliberatio intereceſ-

24 ſiſſet; minores viginti quinque annis, vel in Regno XVIII. annis mitius puniendos colligitur ex *Bald.in l.& ſi ſeverior num.*10. *C.ex quibus cauſ.infam.irrog. Menoch.de arbit.caſ.*329.*num.*15. *Farin.* qui alios copioſiſſimè allegat, & hanc opinionem communiter receptam teſtatur *quæſt.*92. *num.*113. *Theſaur Junior ad Theſaurum deciſ.*161. ubi innuit de homicidio ex propoſito, & ratio eſt, quia cum delicta ſint in triplici differentia, quo ad atrocita-

25 tem pertinet; quædam enim ſunt atrocia quædam atrociora, quædam atrociſſima, ut diſtinguit *Farinac.quæſt.*18.*Blanch.in §.viſis indiciis num.*66.

26 *fol. mihi* 49. Judex in delictis atrocibus, vel atrocioribus de neceſſitate tenetur pœnam temperare, niſi ſimus in atrociſſimis, ut voluit *Gloſſ. in l. ferè in omnibus, in gloſ.in principio verſ.ſi criminaliter, & verſ.aut eſt atrox tantum, & verſ.aut atrociſsima, ff. de reg.jur.* quæ *Gloſſ.* quoad delicta atrocia, vel atrociora eſt indubitate recepta, ut videre eſt ex copioſiſſimè allegat. per *Farinac. qu.*92. *num.*103. *& ſeq.* & præſertim *num.*163. *&* 165. quibus in locis colligitur non defuiſſe magni nominis Doctores, qui etiam in atrociſſimis minorum delictis recedendum à pœna ordinaria putarint, & teſtatur tempore Clementis Octavi juris peritiſſimi Pontificis fuiſſe parricidam Cincium minorem (& ſic in crimine atrociſſimo) pœna ordinaria liberatum cum cæteri majores ejuſdem criminis rei fuerint malleo confoſſi, adſtipulatur *Theſaur.Jun. in addit. ad Theſaur. deciſ.*161. ubi extra caſus atrociſſimos ſemper à ſenatu minoribus 25.annis etiam in atrocioribus pœnam ordinariam mitigatam teſtatur.

27 Homicidium verò licet deliberatum niſi tranſeat in aliam enormitatis ſpeciem licet atrox, vel atrocius dici poſſit, non tamen eſt atrociſſimum, ut colligitur ex ſupra allegatis apertiſſimè, & faciunt dicta per *Clar. in §.*1. *num.*3. ubi quod atro-

28 ciſſima delicta ſunt ea, pro quibus lex non fuit contenta ſimplici genere mortis, ſed acerbiorem mortis modum impoſuit, & *Clar.* ita diſtinguentem commendat *Theſaur. deciſ.*161. *num.*8. & citat *Farinac. d. quæſt.*18. & ſane omnia exempla delictorum atrociſſimorum de quibus meminere Doctores,

Digitized by Google

ctores, ut sunt parricidia, assassinia, & cætera id genus sunt longè graviora, quam simplex homicidium licet voluntarium, & deliberatum, & minor delinquendo in homicidio dicitur delinquere im-
29 petu juventutis, & sanguinis nimis ebullientis, & ex imperfecta operatione rationis circa ea à quibus crescente ætate præsumptio est, quod se abstinebit, ut *Farinac. d.qu.92.num.181. Ruginel.pract.quæst. cap.35.num.1. vers.5. Sforzia Oddus qu.80. cart.9. num.89.& seq.*

Hæc procedunt esto, quod de deliberatione, sive appensamento constaret, jam verò cum de deliberatione, seù appensamento contra prædictum Paulum minimè constet, quin immò valde urgentes deliberationis exclusivæ conjecturæ concurrant nullus
30 contra eum relinquitur dubitandi locus, cum prædicti Pauli delictum deficiente deliberatione ne dum atrocissimi nomen non mereatur, sed nec in secundo atrocitatis gradu constitui possit, ut ex *Claro* colligitur in *allegato §.1.* quin immò nec in
31 majore homicidium in rixa alia, quam extraordinaria pœna puniendum tradit *Cabal. ref.103.n.12. Pegu.dec.63.* ubi hoc ampliat, esto quod homicida in rixa fuerit auctor rixæ; Dico concurrere con-
32 jecturas deliberationis exclusivas. Primo, quia ad occidendi animum deliberatum præsumendum gravis, & capitalis requiritur inimicitia, nec sufficit non capitalis *Farinac.* qui de veriori, & communiori testatur *qu.39.num.100.* ubi expressè tradit verius esse, quod dato, quod de occisione constet contra occisorem, non præsumitur deliberatio, nisi vigeat capitalis inimicitia, quod autem nulla inter occisos, & Paulum vigeret capitalis inimicitia ex ipso Regii Fisci processu constat, ut enim in citatione ad capitula insinuatur, una adducitur inimicitia nempè consultatio quædam prestita Universitati Sancti Potiti in quadam lite, quam Scipio Pauli pater cum dicta Universitate habebat valdè levis profecto, & frivola inimicitiæ causa est. Quisnam sani capitis, & mediocris prudentiæ vir persuadere sibi poterit curam de litibus tantum valuisse in adolescentulo, quem potius præsumendum
33 voluptatibus vacare, quam de litibus cogitare *test. Divo Gregorio Nis. in vita Sancti Gregorii Thaumaturgi*, ut ad cædem hominis hac ex causa proruperit? Quanto justior, & magis veritati consentanea est præsumptio facti, quod re vera ita se habuit? Quod scilicet cum prædicti occisi fato obviam facti essent prædicto Paulo, vidisset que Paulus, eos absque venia Baronis patris arma deferre, jussissetque eos, uti vassallos arma apud se deponere, noluerunt illi jussui parere; hinc que orta est
34 subita indignatio, & inopinata cædes, nec de mandato patris quicquam somniare fas sibi putet pars adversa, tum quia non probatur, ut patet ex eo, quia per Magnam Curiam contra ipsum non est
35 processum, tum quia nullo modo præsumendum, quod pater ea ætare, ea prudentia, pater unici filii successoris plurium feudorum destinati, unicum filium domus suæ, unicam spem, ac subsidium, tam temerè perdere voluisset, ad rem *Bertazzol. conf.85.num.14.& Alban.conf.46.num.5.* præsertim ex tam levi, ut supra diximus causa, nam esto, quod in prædicta lite occisus prædictæ Terræ, sive
36 potius Presbyter ejus patruus patrocinium ex professo præstitisset, ex ejusmodi patrocinio nulla orta præsumitur inter litigantem, & Advocatum partis adversæ inimicitia *Hond.conf.107.num.33.*

Secundo, quia si Paulus de perpetrandis homicidiis ante deliberasset, non utique ipse de persona prædictis homicidiis interveniisset, cum facillimo negotio potuisset ea famulis quorum copia illi erat, vel aliis demandare, & dato, quod de persona vo-
37 luisset ea exequi, non ita palam, & publice, ac de die exequutus ea fuisset, ita ut convinci à pluribus potuisset subjiciendo se, tam evidenti periculo, ac pœnæ amissionis trium fœudorum in quibus patris certus, & unicus est successor, ac pœnæ etiam capitalis forsan subeundæ, non denique illud homicidii tempus expectasset, quo occisi sclopis armati incedebant, quibus de facili poterant ipsum Paulum occidere, sed potius aliud tempus magis opportunum captasset, quo inermes reperirentur, ac
38 tutò occidi possent; cum enim deliberatio ex conjecturis præsumatur, vel tollatur *Caball. de omni genere homicid. num.387.* sunt hæc omnia ad deliberationis exclusionem potissima *Bertazz. conf.85.*
39 *num.13. vers.7. conjectur.* Ubi divitias esse conjecturam exclusivam appensamenti docet, quia scilicet unusquisq; illarum timet amissionem *Blanch. in sua prax. crim. in §.2. parf. defensionis erit fol. mihi 143.num.36. vers.6. sciendum*, ubi expressè tradit, quod indicium deliberationis tollitur, quando quis alias commodè potuit occidere eum, quem
40 imputatur occidisse, quia non est præsumendum, quod quis voluerit vitam suam in periculo ponere, quando eum potuit in aliquo loco commodè interficere absque periculo.

Tertio est, ad favorem Pauli potissima conjectura
41 armorum qualitas, quibus homicidia sunt commissa, nempè scloporum cum corda, quæ arma sunt ad venationem potius, quam ad cædem hominum capta, & cum non ambigatur, nec verisimile sit defuisse prædicto Paulo arma ad homicidia aptiora, non est præsumendum arma minus apta gestata si de homicidiis cogitasset, sed ad venationis usum ab eo nullo modo de homicidiis cogitante gestata, pro ut re vera fuit, præsumentur *Blanc. in alleg. §.num.38.*

Neque his obstabit vulnerum pluralitas, quæ in homicidiis interceserunt, quia pluralitas vulnerum
42 arguit quidem animum occidendi, qui etiam in rixa adesse potest, cæterum animum deliberatum non probat *Farinac. qu.126.num.188. Muta dec.27. num.1. Menoch. cas.361.num.33.* ex quibus omnibus necessario concludendum est, vel (ut verius est) factum omnino deliberatione carere, vel saltim utcunque deliberationis suspicione carere non videatur, negari non potest, quin factum deliberationis non adumbretur multis in contrarium conjecturis; deest ergo in facto summus ille atrocitatis gradus, qui misericordiæ januas contra minorem judicantibus præcludat redditur enim saltim anceps animus Judicis, qui saltim ubi res non li-
43 queat, pronior erga minorem ad benignitatem esse debet *Rol. conf.79.num.8.& 9. lib.3.* ubi dicit, quod hæc miseratio ætatis non cervellina, sed legalis est
45 *Thesaur. decis.161. num.7.* ubi monet Judicem in minorem clementiam magis sequatur, quam juris rigorem.

Neque obstare potest, quod non de uno, sed de duobus agitur homicidiis, quia respondetur: quælibet delictorum pluralitas gravius reddit facinus ex
45 regula, quia majus est delictum ubi damnum est gravius datum *l. aut facta, §. quantitas, ff. de pœnis*, non tamen reddit atrocissimum, nec pluralitas
46 operari potest, ut si delicta de sui natura singula per se considerata respectu minoris non sunt sufficientia ad mortem irrogandam, propter eam pœna mortis irrogari possit, quia cum sint uno eodemque
47 impetu commissa speciem non mutant, ac pro unico reputantur, ut pulcrè docet *Marcus Antonius Blanch. in sua prax. crim. in §. visis indiciis num.113.*
48 *fol. mihi 53.* ubi dicit, quod committens in eadem

rixa, vel in eodem instanti duo homicidia eandem patitur pœnam, ac si unum homicidium commisisset, nec compræhenderetur in lege banni, quod bannitus pro duobus homicidiis non habeat beneficium se redimendi. Quibus sic firmatis non obstat, quod supradicta de jure communi procedere possunt, at secus de jure Regni municipali, quo jure nempè per *prag.1. de minoribus*, jam stabilitum est posse Judicem reo minori pœnam mortis imponere inspecta qualitate personæ, reite ratione delictorum, & atrocitate delicti, quia respondetur, quod
49 in casu nostro deficiunt omnes qualitates à prag. requisitæ ad hujus arbitrii extensionem, & ideo ejus dispositioni locus esse non potest argumento *text. in l.peculium, §.quadri de leg.2. Giurb.cons. crim.63.num.12. Farin.cons.91.num.1.*

Deficiunt inquam qualitates, quia si attendamus
50 qualitatem personæ inquisitæ, & reiterationem delictorum contra Fiscum potius concurrunt, quam Fiscum adjuvant; nam persona nobilis est, cum nobilitas de jure habeatur in consideratione, quoad diminutionem pœnæ *text.in l.padius, §.1. ff.de incend.ruin.& naufrag. l.aut damnum, §.in ministerium, ff.de pœnis, l.sacrilegii pœna, §.1. ff.ad l.Jul.*
51 *pecul.cum concordant.*, & quod magis refert, non est consueta delinquere, immo de nullo unquam delicto inquisita; quod valde jura considerarunt ad mitius puniendum *tex.in l.non omnes in princ. ff.de re milit.text.in l.desertorem, §.is, qui ad hostes, ff.eod. tex.in c.eos, qui 1.qu.7. Panorm. & Barbat.in c.nisi specialis de offic.delegat. Alex. in cons.120.n.8.lib.7. Gram.voto 23.num.22.& 23. Tiraq.de pœn.temper. cau.51.per tot. Bertaz.cons.306.num.8.lib.2. Honded. cons.104.num.7.& 44.* ubi in terminis, quod minori homicidæ pœna est temperanda, si alias non est rixosus, vel malæ conditionis, & famæ.

Deficit reiteratio delictorum, nam quod plura homi-
52 cidia uno impetu commissa non inducant reiterationem delictorum, jam supra innui, legislator enim detestatur delinquendi inveteratam consuetudinem, quam jura abhorrent *tex.in l.3.C.de Epis.*
53 *aud.* nec inducitur reiteratio delictorum, nisi ea sint distincta re, & tempore *Cabal.resol.99.num.49. Giurb. c.93. num.6.* cum aliis per eos copiosè allegatis.

Deficit postremo atrocitas delicti à prag. requisita,
54 quia *prag. 1.* non de quacunque delicti atrocitate loquitur, sed tantum de atrocissimis delictis, & in iis arbitrium mortis in minores permittit, in quorum numero non est homicidium, ut supra probavimus, & quod prag. de atrocissimis, tantum sit intelligenda liquet. Nam prag.omnino conformis est juri communi, ut ex ejus præfatione colligitur, ubi legislator expresè præmittit, quod de jure perspicuum est, quod ipse sancire intendit; ad tollendas tamen dubietates, juris communis dispositionem declarat, statuitque ut attentis circumstantiis, de quibus in prag. sit in arbitrio judicantium pœnam mortis minori imponere; Cum ergo jam fundatum sit de jure communi nonnisi in atrocissimis arbitrium mortis in minores permittendum, nullum proculdubio negotium ipsa prag. facessit, quæ si ad delicta non atrocissima extenderetur, quod in ea traditur, non esset de jure perspicuum, sed maximè à jure alienum, & ab omnibus ferè qui de jure scripserunt rejectum, ac confutatum: & confirmatur, quia circumscripta prag.
55 arbitrarium est Judici adversus minorem ex circumstantiis in delicto concurrentibus arbitrium usque ad mortem extendere, *Cabal. resol. 124. sub num.8. Joseph Ludov.in decis.Lucens.17. num.82. & seq. Pasch. de virib.patr.potest.in c.10.p.2.nu.22. In edit.noviss.* qui addit hanc de jure opinionem, quod scilicet arbitrarium sit Judici in minorem attentis circumstantiis pœnam usq;ad mortem extendere, & procedere in Regno absque ulla difficultate propter pragmaticam primam de minoribus: non ergo quicquam pragmatica prædicta à dispositione juris comunis recessit, sed receptam de jure conclusionem declaravit, & confirmavit, & si dices ad quid ergo prag. deservit? Respondeo ad nihil aliud, ad tollendas difficultates aliquorum adhuc contra communem Doctorum opinionem sentientium, ut ex ipsa prag. colligitur, & apertè tradit *Petra ad Gramat. decis.23. num.* 12. ubi enumerat Doctores sentientes in atrocissimis de necessitatè esse pœnam temperandam inspecto jure communi, quæ necessitas ut ipse docet per pragmaticam sublata est, & hoc satis est ut prag.non dicatur frustratoria, prout in simili tradit *Dominus Rov.in prag.1. ubi de delicto quis conveniri debeat.* Nec de hujus prag. intellectu dubitari fas est cum correctio legum sit evitanda, & ubicunque statutum si intelligatur secun-
56 dum jus commune aliquem operatur effectum ad jus commune omnino reducendum est, & secun-
57 dum illud interpretandum, *Marsi. in l. à patre, vel marito num.40. ff.de quæst.* Q animo quod indistinctè statutum semper sit secundum jus commune interpretandum, etiamsi nihil adderet verius ostendit *Gomez.in c.homicid.num.56.tom.3.variar.resol.*
58 & esto quod statuti verba essent dubia, & ambigua, & duplicem haberent intellectum, is est sumendus intellectus, qui est conformis juris communis dispositioni, ut docet *Dominus Reg. Rovit. in prag.1.de findicat.num.20.* præsertim in pœnalibus, quæ tanquam odiosa sunt restringenda vulg. jurib. hinc *de Franch. decis.* 236. dum sententiam Sac.Cons. in minorem parricidam mortis justificare conatur parricidium esse crimen atrocissimum, & multa alia adducit, nempe qualitatem in eo crimine etiam proditoriam, quia veneno commissum erat, & tam geminatam attentionem id quod innuit, & advertit *Thesaur. decis.161. num.5.*

Ex alia quoque ratione locum habere *prag.1.* non po-
59 test in casu nostro, quia illa loquitur de minoribus delinquentibus ex animo, idest ex proposito, & suprà probatum est prædicta homicidia non ex animo, sed ex rixa processisse, quod enim in rixa contigit dicitur potius ex impetu, & præter animum, quam ex animo procedere ad rem, *Pegu. decis.14.num.15.*

Nec rursus urgeat fiscus, quod delictum propter qua-
60 litatem armorum est proditorium in Regno propter jus municipale ita dictans, quod delicta sclopis commissa proditoria censeantur, & consequen-
61 ter forsan atrocissima. Quia respondeo, quod inspicienda est quoad atrocitatem, vel levitatem ipsa delicti natura, quæ immutabilis est, non dispositio statutaria, ut advertit *Farinac.q.18.num.86.*
62 Respondetur secundò, quod hæc qualitas gravans jure statutario inducta, minorem afficere non potest, quin saltim non mitius puniatur. *Alex. cons. 160.num.8.lib.7. Bonacos. in comm.opin.crimin.p.1. fol. 114.* quem refert, & sequitur *Farinac. qu. 24. num.152.*

Non obstat, quod prædictus Paulus trium tantum mensium spatio distet à complemento 18.annorum. Quia respondetur, quod cum de jure ætas tam quoad delicta, quam quoad contractus sit 25. annorum *tot.tit. ff. de minor. 25.an.* Constit. Regni minorum jura tanquam correctoria, & exorbitans est strictè interpretanda, *tex. in l. constitutionibus. ff.ad municipal. l. quicquid adstringendæ de verbor. obligat.*
64 & in odiosis annus cœptus non habetur pro comple-

Digitized by Google

pleto, *Odd. de reſtit. in integr. p. 1. q. 2. art. 8. Paſch. de viribus patr. poteſt. p. 1. c. 9. num. 33.*

Non obſtat denique doctrina *Foller. in verſ. forjudicentur num. 7.* ubi tradit, quod ad forjudicationem minoris proceditur cum clauſula, quod eo comparente habeatur ea ratio, quæ de jure. Quia reſpondetur, quod opinio Foller. eſt contra communem Doctorum opinionem, ut ex ſupra adductis colligitur, & propterea nimis dura viſa fuit *Maſtrillo deciſ. ficul. 161.*, & *Paſchal. in allegat. tractatu c. 10. p. 7. num. 22. in editione noviſſima* ob irreparabile periculum occiſionis, quæ interim minori ante capturam contingere poteſt, cujus auctoritati multum eſt deferendum cum moderniorem praxim magis callere præſumatur, quam Foller. & fuit diù verſatus in judicando in Mag. Cur. criminali.

Labitur ſane (ſit tanti viri pace dictum) Foller. dum
60 exiſtimat non licere ad impediendam forjudicationem minorem ætatem opponere forſan ex eo, quia non eſt una de tribus exceptionibus, *quas Ritus* 269. ex parte inquiſiti abſentis allegare permittit, labitur inquam. Nam dictus Ritus locum habet in prima citatione inquiſiti, at vero in citatione ad forjudicandum, in quo conſanguinei in-
67 quiſiti ad defenſionem vocantur locum non habet; poſſunt enim prædicti conſanguinei opponere omnes exceptiones, quæ non tendunt ad criminis excluſionem, ſed ſunt ſeorſum à crimine, prout minor ætas, Clericatus, & ſimilia, ut pulchrè declarat *Franch. dec. 329. per tot.*, & *deciſ. 673. nu. 12.*

Reſpondeo etiam, quod Follerii opinio poterat quo-
68 quo modo ſubſtineri temporibus ſuis, quibus ut ipſe teſtatur, poterat procedi ad forjudicationem etiam ubi delictum infra mortem veniebat puniendum *in dicto verb. forjudicentur nu. 1.* at ſecus hodiernis temporibus, quibus ut ſupra diximus ex *Rovit.*, & *Gizzarell.* non poteſt procedi ad pœnam forjudicationis, niſi pro delicto pœnam mortis merente, nam ſatis abſurdum eſſet, ut minor ob fictam confeſſionem ad mortem damnaretur pro eo delicto, quod ſi verè confiteretur præſens ad mortem damnari non poſſet, ut rectè advertit *Maſtrill. dicta dec. 161.* ex quibus omnibus (ut reor.) abundè probatum eſt non poſſe contra dictum Paulum procedi ad forjudicationem, & in hanc ſententiam proculdubio ſpero ituros æquiſſimos Judices, quam S.C. approbavit annullando ſententiam forjudicationis contra minorem per Magnam Curiam latam ad relationem eximii illius viri, *Jo: Andreas de Curte* tunc Reg. Conſil., & poſtmodum
68 S. C. Præſidis meritiſſimi teſt. *Jo: Vinc. de Anna ſingul. 279.* quicquid in contrarium obmurmuret pars adverſa, quæ rei veritatem mille modis cum rev. ſubvertere conatur; ſed jam Deo favente nullus ſupereſt dubitandi locus, cum rei veritas per ocularem aſpectum libri originalis, in quo deſcriptus eſt Pauli baptiſmus, pateat, eamque in ſcriptis, & voce coram Dominis Officialibus ipſe Parochus prædicti libri Conſervator, & ſcriptor atteſtatus ſit, adeo ut omnino obmuteſcendum ſit prædictæ parti adverſæ, tum ex diſpoſitione *prag. 1. de Paroc.*, quæ modum probandi ætatem per li-
69 brum, & fidem Parochi præſcribit, tum etiam ex diſpoſitione juris communis, *Viſcont. cum allegatis per eum ad Franc. deciſ. 469.* ubi tradit de jure ſtandum fidei Parochi in concernentibus ipſius officium ultra quod in caſu noſtro habemus probationem reſultantem ex libro Patris jurantis verum eſſe quod in libro ſcripſit, quæ licet forſan plenè non probaret de per ſe ſola, tamen cum faciat ſaltim ſemiplenam probationem, unita cum prædictis, quæ de per ſe ſola ſufficiunt ad plenam probationem, proculdubio pleniſſimam, & indubitatam probationem facit, ut per *Jacob. Menoch. de præſumpt. præſum. 51. lib. 2. num. 10.* ubi alios allegat.

Neque ad rem facit *conſ. Farin. 121.* à parte ponderatum, ubi deciſum eſt poſſe procedi ad bannum
70 mortis contra minorem, qui exceſſerit quartum decimum annum etiam probata per fiſcum minori ætate; Nam illa deciſ. eſt fundata in conſtitutione *Pii IV.*, quæ ſanxit majoribus quatuordecim annis minorem ætatem minimè prodeſſe poſſe, ita ut arbitrium Judici ſit ablatum pœnam propter minorem ætatem temperandi, ſi delinquens compleverit quatuordecim annos, & corrigendo diſpoſitionem juris communis, ſanxit ut in homicidiis major quatuordecim annis ſit tanquam major puniendus, ut ex diſcurſu Conſilii colligitur. Diverſa ſane eſt pragmaticæ noſtræ diſpoſitio, quæ nihil certi ſtatuit, ſed inſpectis delicti circumſtantiis arbitrium Judici permittit extendendi in minoribus pœnam uſque ad mortem, ut ſupra dictum eſt, quinimò major pars judicium in caſu illius conſilii inclinavit pro minore, ut non obſtante conſtitutione *Pii IV.* ſancientis minorem ætatem non prodeſſe majori quartodecimo anno, adhuc non poſſet in contumaciam banniri, ſed obſtitit minori obſervantia contraria plures per annos probata, quam ſervari juſſit Sanctiſſimus, ita ut deficiente in Regno obſervantia, ut ſupra diximus, illud conſilium potius pro minore ad rem faciat, quam contra eum.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Minor in contumaciam an poſſit damnari ad mortem pro eo delicto, quod, ſi in fortiis Curiæ eſſet, ſtante minori ætate, non ſufficeret, licet confeſſus, et convictus de eo fuiſſet, refertur obſervantia ſacræ Conſultæ, num. 2. et ſeqq.*

3 *Minor in delicto homicidii privilegio minoris ætatis gaudens, an gaudere debeat etiam ubi in contumaciam condemnatur.*

4 *Minori minoratur pœna in delictis atrociſſimis, et etiam in delictis reiteratis, et multiplicatis, num. 5.*

6 *Minor in quibus caſibus non obſtante minori ætate damnetur ad mortem, et num. 7.*

7 *Delicta atrociſſima ſunt illa, pro quibus lex non fuit contenta ſimplici genere mortis, ſed acerbiorem impoſuit.*

8 *Minori pro delicto atrociſſimo eſt in facultate Judicis pœnam mortis imponere, vel extraordinariam, et num. 9.*

9 *Arbitrium imponendi pœnam ordinariam minori non habet locum in impubere.*

10 *Minor ætas poteſt produci, et allegari ad defenſionem minoris moniti ad comparendum ſub pœna confeſſati criminis, et Judex extrajudicialiter certioratus de minori ætate veritatem inquirere debet, et num. 20. cum ſequentibus.*

11 *Minor ætas, ex obſervantia Sac. Conſultæ, minori abſenti prodeſt ad evitandam pœnam homicidii, quando ex proceſſu informativo conſtat, ſeu de ea aliquo modo dubitatur, et num. 20., et quæ ſint hujus obſervantiæ fundamenta, n. 12. et 15.*

13 *Minor in pœnam contumaciæ pro confeſſo, et convicto non reputatur.*

14 *Minor viginti annorum, et major 14. attenta Conſtitutione Pii IV. pro majore habetur, et punitur num. 15. contrarium ſervatur, num. 16.*

16 Con-

Digitized by Google

16 *Constitutio Pii IV. disponens homicidiis non prodesse minorem ætatem qualiter intelligenda ? referuntur plures Doctorum opiniones, n.17.et 18.*

19 *Observantia S. Consul. in condemnando minorem pœna extraordinaria non esse contrariam Constit. Pii IV. demonstratur.*

21 *Absens in publicis delictis, et pœnis corporalibus per Procuratorem non auditur.*

22 *Confessio ficta, absurdum est, ut plus operetur, quam vera confessio, vel convictio delicti, & nu.29.*

23 *Text.in l. si quis te Reum Cod.ad leg.Cornel.de Sicar. declaratur, ut minor homicida puniatur, sed mitiori pœna.*

24 *Statutum puniens minorem uti minorem intelligitur ut puniatur minor, sed mitiori pœna.*

25 *Minor ex Const. Marchiæ l.4. c. 17. si excedat annum 14.legitimam habet personam standi in judicio, & se defendendi in causis criminalibus.*

26 *Minor stante supradicta Constit. cum ex processu informativo constet de minoritate, moneri non potest, nisi præcedentibus indiciis urgentibus.*

27 *Auctoritas S. Consultæ sufficit in allegationibus causarum.*

28 *Observantia S.Consultæ puniendi minorem contumacem pœna ordinaria homicidii provenit ex dispositione juris, & statutorum prohibentium absentem defendi posse.*

29 *Pœna major non debet apponi in sententia contuciali, ea quæ delinquenti est imponenda, si esset præsens, & n.31.*

30 *Judex ex officio tenetur inquirere innocent. Rei absentis, & eo magis alio postulante.*

31 *Severitas legum temperamento benignitatis moderatur.*

32 *Lex potius patitur eludi, quam ejus causa reum injustè condemnari.*

33 *Judex ex officio inquirere debet absentis rei minorem ætatem, tanto magis ad instantiam tertii.*

34 *Pro Clerico contumace documenta Clericatus recipiuntur ad hoc, ut Clericus mitiori pœna puniatur.*

35 *Procurator potest intervenire pro reo absente ad allegandum ejus innocentiam.*

36 *Minor uti major puniendus non est.*

RESOLUTIO II.

1 TRactat in hoc loco plenè Author quæstionem illam, an minor possit bandiri, & forjudicari, & successivè in contumaciam condemnari in pœnam mortis pro eo delicto, pro quo si esset præsens, & reperiretur de delicto imputato confessus, vel convictus stante minori ætate ad mortem damnari non posset; & resolvit feliciter pro negativa concludens minorem in delictis atrocibus, & atrocioribus, ubi minor ætatis commiseratione non redditur indignus, *ad tex. in l. auxilium, §.in delictis, ff.de min., & in l. ferè in omnibus, ff. de regul. jur.* ad mortem damnari non posse, nec successivè forjudicari, & præcipuum, seu majus obstaculum in defensione illius inquisiti, nomine Pauli Magnacervi minoris reperii in *Bull. Constit. san.mem. Pii IV. relat. per Farin. quæst.11. num.20. vers. quid autem, & per Bajard. quæst.94. num.66.*, ut videre est Authorem sub *num. 20. & in fine hujus secundæ resolutionis*. Et sanè fateor veritatem, quod cum prædicta allegarem in Sacra Consulta ad favorem cujusdam minoris de tempore homicidii commissi in una Beneventana, succubui de hoc anno 1665. Verum quia defensionis fundamenta satis rationabilia apparent, nec in totum rigor illius Constitutionis repugnare videtur, spero aliàs aliter esse servandum, & magis æquam opinionem favore minoris esse amplectendam.

Habet difficultas proposita duplicem inspectionem. Altera an minor in delicto homicidii privilegio minoris ætatis gaudens, gaudeat pariter ubi in contumaciam condemnatur.

2 Altera an gaudens, ætas minor adduci possit ad sui defensam, an solum allegari permittatur, & de ea ratio habenda sit solum, ubi de ea constat ex eodem processu informativo.

3 Quoad primam inspectionem supponendum est necessariò, quod minor ætas prodest de jure minori delinquenti in omnibus delictis, præterquam in atrocissimis, ut ei ratione ætatis minoranda sit pœna, quæ si major esset ei deberetur, ità interpretati sunt DD. supra allegati, *d.l.auxilium, §.in delictis*, ibi: *nisi quatenus miseratio ætatis, &c. l. si ex causa, §. nunc videndum ff. eodem tit. l. ferè in omnibus, ff.de regul.jur., & l.1 C. si adversus delictum l.1 C.de falsa moneta, & l. aut facta §.in hujus rei, ff.de pœnis, & l.si adulterium cum incestu, ff. ad l. Jul. de adult.* ut videre est *gloss. in d. l. ferè in omnibus in princip. vers. si criminaliter, & vers. aut est atrox tantum, & innumeros relat.per Far. quæst.92.num.103. & seq., & num.163. & 165.* in specie de homicidio *num. 112. & sequ. Cabal. cas. 134.num.4. & per totum, Menoch. de arbitrar.cas. 286. num.19. Bertaz.consil.143.num.14. Fontanell. decis.121. num.14. & sequent. Guazzin. def.33. cap. 17. num. 1., & vers. & quod propter minorem ætatem, Honded.cons.104.per totum, Thor.in suo compend. decis. . . p.3 sect.2. verbo occidens, Sanfel.dec. 57.num.1. & 2. Cart.decis.73. n.6. de Marin. lib. 2. cap.169.num.2. & 8.*

4 Quinimo nedum in atrocioribus, sed in quolibet delicto atrocissimo minorandam esse pœnam minoribus delinquentibus magis communiter DD. voluerunt *ex eodem Farinac. qu.92.nu.106. & consil.66.per totum, Guaz.def.33.cap.17.nu.1.in princ. & sub §. & quod propter Marches. de commiss. appellat. in casu crimin. par.1.§.1. num.163. Paschal. de patr.pot.par.4.cap.10. num.41.42. & seq.* ubi loquitur in parricidio, prout *Farinacc. & Marches. idem Sanfel.decis.57.num10.* ubi de homicidio proditorio *Thor.tom.1.compend.decis. fol.138. verb.Curator*, ubi de minore, qui alium consocium occiderat comburendo, & de ejus carnibus comedendo, & *par.3. sect.2. verb. occidens, fol. 197.* ubi de minore suæ uxoris Lenone, qui postea eam occiderat, volens aliam desponsare, *Viv. decis.86.n.8.* ubi de minore sodomita, *Sanfel. citatn decis.57.in fin. Tusc.lit-M. verb.minor.conclus.256.n.25. & 26.* ubi quod nedum in atrocissimis, sed in reiteratis, & multiplicatis, *Cabal.cit.cas.134.num.7. Menoch. de arbitr.cas.329.num.15. & 16. ubi de parricid.latrocin.* & de aliis graviss.delict., & ita observat, Sacra Consulta, & refero observatum de anno 1648. in una Urbevetana in causa Aloysii Mazocchi, qui de nocte dormientem secum occiderat, causa eum derobandi, qui fuit condemnatus ad triremes, & interim ad fortilitium Civitatis Vetulæ detemtus donec ad ætatem maturam perveniret, in qua sine scandalo potuisset transmitti juxta observantiam, de qua per *Sanfel.cit.decis.57.n.10.*

Non desunt tamen plurimi casus per Authores, in quibus minores non obstante minori ætate, quia delictum atrocissimum commiserant, fuerunt morti traditi, ut videre est *Franch. decis.230. Marin. cit.cap.169.num.3. Ricc.decis.77.par.1.in fin.Farin. cit.qu.92.num.106. cons.66. in addit., & cons. 101. num.49. Sanfel.decis.57. num.4. Thes. dec.161.n.3.*

Fontan.

Digitized by Google

Fontan. decis. 121. in fin. Cabal. cas. 134. num. 8. Joseph. Ludovic. dec. Lucen. 17. num. 55 & 72. Guazz. def. 33. cap. 17. num. 1. vers. sed in d. qu. 91. num. 107. Caroc. de minor. in delict. excus. q. 51. n. 58.

Adeout conclusio vera, & certa sit, quæ hìc ponitur
7 per Authorem *num.* 26., quod in delictis atrocibus, & atrocioribus minori sit necessario minoranda pœna per Judicem, secus in atrocissimis, prout communiter habetur homicidium qualificatum, nempè proditorium, seu per assassinium commissum, parricidium, latrocinium, & similia, in quibus lex pœna mortis non est contenta, sed ultro procedit seviendo in mortuum, seu mortis pœnam imponendo qualificatam, *ex Clar. Farin., & Authore hic num.* 27. *&* 28. In atrocissimo inquam talis
8 necessitas non imponitur Judici, sed in sua facultate, & arbitrio erit attenta qualitate homicidii, personæ delinquentis, & aliis facti circumstantiis consideratis, vel ordinariam mortis pœnam minori imponere, vel extraordinariam, ut in exemplis relatis, & pro minoratione pœnæ etiam in atrocissimis considerarem, an minor seductus esset ab aliis, ut advertit *Guaz. def. 33. c. 17. n. 1. vers. & latè ego deduxi, &c.* & *Sanfel. dec. 57. in fin. Felicet. alleg. 36. num. 6. par. 1. Cartar. decis. 73. num. 7. 8. Thor. vot. 10. num. 16. Farinac. qu. 92. num. 108. vers. finem*, ibi, & etiam quia ad tantum facinus sit seductus à persuasionibus matris, insuper ejus ætatem, ut observat Senatus Pedemontanus *relat.* per *Ricc. decis. 77. par. 1. in fin.* ubi aliter punit minorem viginti annorum usque ad vigintiquinque aliter usque ad 20. & videtur desumi *ex dicta l. auxilium, §. in delictis*, ibi: nisi quatenus miseratio ætatis, &c. & in ejusdem delinquentis præjudicium, ultra ætatem, dum vix pubes, non debet adeo severè tractari, prout annorum 18. & 19. *ex Farin. cons. 106. nu. 11. & Guaz. dicto cap. 17. num. 1. in fin.* & impubes nullo modo possit ad mortem condemnari, ut advertit *hic Author num.* 20., & facit regula allegat. per *Oddum de restitut. in integr. par. 2. q. 80. art. 9. n. 74.* considerare immanitatem criminis commissi, & consuetudinem delinquendi, ut nos advertunt *Caball. cit. cas. 134. nu. 8. Pastal. de patr. pot. par. 2. c. 10. num. 22. Fontan. decis. 111. in fine, Sanfel. decis. 57. num. 1. & per totum*, ubi quod tria copulativè requiruntur ad hoc, ut possit Judex sententiam mortis contra minorem dicere, *Author hic sub n.* 21.

Supposito nunc, quod delictum tale non sit, quod mi-
10 norem pœnæ mortis Reum faciat, sed ratione minoris ætatis pœna ei sit minoranda, an in isto casu pro parte minoris allegari, & produci possit ætas minor ad sui defensionem, si absens pro tali delicto moneatur ad comparendum sub pœna confessati criminis.

Stylus Sacræ Consultæ refertur per *Guazzin. def. 33.*
11 *cap. 17. num. 3.* & est satis notus, ut si ex eodem processu appareat quoquo modo de minori ætate, de ea inquiri mandat ex officio, & ea comperta, minorem, sepositâ pœna ordinaria, in extraordinariam puniri, & condemnari mandat. Ubi verò ex processu informativo illa non apparet, veluti contra majorem jubet proferri sententiam, nulla de minori ætate, quæ allegatur, habita consideratione.

12 Investigare igitur oportet hujus observantiæ fundamenta, quia forsan non semper verificari possunt, vel saltem adeo non repugnant æquitati, ut omnino sit dicendum rigorem scriptum esse præferendum ex traditis per *Franc. decis. 229. n. 2. Sanfel. decis. 159. num. 2. &* 3., *& Novar. decis. 28. per totum.*

Ante *Authorem* tractat ex professo hanc quæstionem
13 *Farin. qu. 11. ex num.* 20. ubi postquam per plura fundamenta concludit de jure minorem puniri non posse absentem, nec reputari confessum, & convictum vigore contumaciæ, ut eum videre est per *tot. num. 30. sub §. quid dicendum*, aliter dicit ser-
14 vari in Statu Ecclesiastico, attenta Constitutione Pii IV., quia per eam statuitur, ut minoribus viginti annorum, dummodo excedant annum 14. minor ætas non prosit in homicidiis, duo specialia inducens contra minorem, ut scilicet non obstante ætate minori possit pro victo, & pro confesso haberi absens, & ut eadem pœna teneatur, qua tenentur majores, dummodo major sit quatuordecim annorum, & ita etiam tenere ait *Flamin. Cart. de capt. band. cap. fin. n. 230.*, & cum eodem *Cartar.* convenit *Scacc. lib. 2. cap. 2. n. 555.*

Potest ergo dici, quod fundamentum istius styli, &
15 observantiæ nitatur Constitutioni san. mem. Pii IV. juxta interpretationem *Farin. citata qu. 11. sub num. 30.* & sanè attenta interpretatione *Farin.* motus proprius est certus contra minorem inducens duo specialia, qui postea confirmatur per Pium, & Sistum V., ut advertit *Scac. & Cartar. locis allegatis*. Verùm in ista interpretatione non omnes conveniunt, qui illam Constitutionem considerarunt, nec stylus est huic interpretationi conformis. Volunt namque *Farin., & Cartar.* quod minor 14. annum excedens in homicidiis habeatur pro majore conformans se cum dispositione juris communis, qua determinatur minorem adultum in crimine homicidii pœna l. Corneliæ teneri, nec juvari beneficio ætatis, *ex l. si quis te reum, C. ad l. Cornel. de sicar.*, quam ità summat, & intelligit *Bald. ibidem*, & dicit esse communem opinionem *ex l. 1. C. si adversus delictum*, & comprobat *Vulpel. cons. 101. num. 12. Sanfel. decis. 57. num. 4. &* 5. firmans propterea *Cartar. citato num. 230.* quod si minor viginti, sed major annor. 14. fuerit in contumaciam condemnatus in pœnam vitæ, & deveniat postmodum in fortiis Curiæ contra eum exequetur sententia, non obstante minori ætate, prout etiam volunt *Honded. cons. 99. num. 48. l. 1., & Guazz. def. 33. cap. 17. sub num. 3.* hoc dictum *Farinac.* non videmus servari in praxi, quia ubi ex eodem processu, aliquo modo Sacra Consulta de minori ætate inquisiti dubitare, seu percipere posset, ex officio facit de veritate inquirere, & comperta veritate, minorem mitius puniri mandat, non pœna homicidii, quod refert servari etiam in Tribunali Urbis Gubernatoris, *Guazzin. citato cap. 17. sub nu. 3.* & videmus ità in dies observari, & præsertim vidi observatum in una Urbevetana homicidii, ex quo vocabant testes homicidam: *un Giovanetto*: noluit S.C. pœnam mortis ordinare, sed jussit Domino illius Urbis Gubernatori, ut veritatem ætatis inquireret, & ea attenta reum in pœnam triremium condemnaret. *Honded. cons. 99. ex num. 48. lib. 1.* intrinsecus intuendo Constitutionem prædictam optimis rationibus concludit, eam voluisse solum evitare restitutionem in integrum, quæ impediebat condemnationem, & effectum contumaciæ, vel eum succurrebat adversus fictam confessionem de jure, non autem quod in eum condemnando ratio minoris ætatis haberi non debeat, quia (inquit ipse) esset absurdissimum minorem verè confessum, seu convictum in condemnando mitius tractare, quam confessum fictè propter contumaciam, & propter statutum volens contumacem haberi pro confesso, & sic quod constitutio unum speciale contra minorem inducat, non duo, ut supponit *Far. loc. cit.* & ità refert observatum de anno 1583. in Civitate Perusii, & istud *cons. Hond.* approbat, & multum laudat *Farin. in sua quæst. 92. num. 189. &* 190. *Odd.*

in

Digitized by Google

in suo tract. de restitut. in integr. lib. 2. qu. 80. nu. 72. tenet indistincte, quod attentis Bullaribus Constitutionibus in Statu Ecclesiastico minoribus dolo delinquentibus ratione ætatis non succurritur, & *quæst. 81. art. 3. num. 82.* idem confirmat asserendo, quod dum rigor legis scriptus est, debet omninò servari. Verùm sub *num. 33.* aliter sentit, ibi: *Arbitror tamen, submittendo me judicio melius sentientis, quod etiam quantum attinet ad homicidium à minoribus perpetratum Judex sequi debeat regulam quam tradidi supra dicto articulo, licet simus in terris Ecclesiæ, non obstante quacumque Constitutione in contrarium, Nam verius puto mentem Sanctissimi fuisse majorem terrorem incutere adolescentibus voluisse, nè tam nefarium, & inhumanum scelus perpetrare assuescerent spe mitioris pœnæ, quam quod voluerit omnino ligare manus Judicibus, ut non possint, quando ex miseratione ætatis aliter eis faciendum videbitur etiam pœnam homicidii minoribus mollire, & commutare*, & subsequitur confirmando hanc suam opinionem pluribus rationibus, & cum *Odd. & Honded.* convenit *Farin. citata qu. 92. num. 190.*, & secundum præfatos DD. intellectus illius Constitutionis fuit tollere necessitatem juris, qua cogebatur Judex minorare pœnam delinquenti propter minorem ætatem, sed non imponere necessitatem Judici minorem illum, uti majorem condemnare. Sanè in hac dubietate, aut volumus attendere opinionem, *Farin. qu. 11. num. 30. vers. quid dicendum*, & ubi minor excedit annum sive absens condemnetur sive præsens, minor ætas ei non prodest in homicidio, benè verum est, quod si absens condemnetur, duo induceret Constitutio Bullaris specialia contra minorem, ut necessario credit *Farinac. dicto vers. quid dicendum.*

17 Sed si attendimus, quod in praxi servatur, nec *Farin.* nec *Cartar.* dicunt verum, quia minoribus præsentibus etiam in atrocissimis minoratur pœna, ut latè fuit supra demonstratum, & disponit bandimentum Urbis sub *cap. 90.* ubi generaliter minores non nisi annorum viginti pro majoribus habentur, & ubi proceditur in contumaciam, eadem regula observatur, si ex eodem processu aliquo modo de minori ætate delinquentis apparet, vel datur fumus, ut in illa Urbevetana observavit Sacra Consulta ex fumo dato in informativo *di Giovinetto*, & idem pariter observatum in Tribunali Urbis Gubernatoris, ubi de minori ætate delinquentis constabat, teste *Guaz. cit. cap. 17. sub num. 3.*

Si opinionem *Honded.* absurdam declarare oportet, quod minor ex ficta confessione magis gravetur, quàm ex vera; & graviori pœna puniatur absens, quam præsens confessus, vel convictus.

Si opinionem *Oddi* nulla distinctione considerata, de absente, & præsente, arbitrio Judicis est repositum, an ordinaria, an mitiori pœna velit minorem homicidam condemnare, & quia utramque horum DD. opinionem sequitur *Farinac. quæst. 92. n. 190.* qui prius sequendo *Cartar.* in sua *quæst. 11. sub nu. 30.* duo specialia supponebat Pius IV. voluisse introducere contra minorem in præfata sua Constitutione 176. relat. per *Bajard. d. q. 94. num. 66.* Ideò securius dicendum videtur Bullarem illam Constitutionem noluisse inducere duo specialia, ut opinabatur *Farinac.* contra regulam *tex. in l. 1.*, & ibi, *gloss. C. de dotis promiss.*, & *l. cum post §. gener. ff. de jur. dot. l. quod verò contrà*, & *l. Jus singulare, ff. de legibus Natt. consil. 613. num. 6. lib. 2. Author noster resolut. 1. num. 23. Surd. consil. 135. nu. 78. Ruin. cons. 29. num. 41. lib. 3. Rota decis. 338. num. 8 par. 3. recen. Sperel. decis. 5. num. 5.*, & *decis. 63. num. 2. & 3.* ipsemet *Farin. qu. 33. nu. 52.* Sed unicum tantum, nempe ut non obstante minori ætate, possit in contumaciam condemnari, & haberi pro confesso, quod de jure non permittebatur, præcisa dicta Constitutione, ex pluribus relatis per *Farin. qu. 11. n. 26. & seq.* vel ne possit condemnatus intra quatriennium restitutionem adversus talem sententiam petere ex aliis pluribus relatis sub *num. 32. & 33.* prout in specie voluit *Honded. cit. cons. 99. num. 48. lib. 1.* commendatus postea per *Farin. alleg. quæst. 92. num. 190.* idque ostendunt clarè illa verba Constitutionis. *Nec minor ætas viginti annorum prosit, dummodo excedant annum 14.* succedunt enim, & apposita videntur consequutivè ad præcedentia, ibi: *Quo termino sex mensium elapso, sententiæ in contumaciam latæ, crimen notorium efficiant, & tanquam in rem judicatam transierint, realiter, & personaliter exequutioni demandentur*, clarè denotans velle istam generalem dispositionem, & provisionem comprehendere etiam minores in delictis homicidii, ut post sex menses sententia contra eos lata exequi possit, & debeat, nec eis prosit minor ætas ad petendam restitutionem in integrum, quæ, præcisa hac Constitutione, minori suffragabatur, teste *Cartar. Odd.* & aliis relatis per *Farin. cit. qu. 11. num. 32.* & iste in effectu videtur sensus, & mens illius Summi Pontificis, scilicet providere, ne condemnationes, & sententiæ contra absentes latæ eliderentur ex tempore, & remanerent frustratoriæ ex pluribus subterfugiis inibi consideratis, ut advertit *Honded. cit. num. 48. & 49. & Bajard. ad Clar. qu. 94. sub num. 66.* ibi: *si quidem Constitut. prædictæ in odium banditorum editæ fuerunt ad obviandum fraudibus eorum, ut in eis expressè dicitur, & etiam in Constitut. 129. Pii V. quia malitiosè differebant ad petendam restitutionem, &c.*

18 Clarius deduci videtur ex illis verbis: *nec minor ætas viginti annorum prosit*: se referens ad dispositionem san. mem. Julii II. qua præcipiebatur, ut in homicidiis, minores viginti annorum haberentur pro majoribus, ibi: *& homicida sic delinquens, qui vigesimum annum suæ ætatis attigerit habeatur, & reputetur pro majore in omnibus præmissis delictis*; quæ fuerat confirmata per eundem Pium Quartum, ut in ejus *Constitut. LXVIII. incip. etsi cuncta*. Ubi enim succedebat minorem viginti annorum delinquere, vel absens condemnari non poterat, vel condemnatus restitutionem in integrum petendo, sententiam reddebat frustratoriam ex dictis per eundem *Bajard. Cartar. & Farin. loc. sup. cit.* Ideo providere voluit Summus Pontifex Pius IV. in illa sua Constitutione, ut minor 20. annorum excedens tamen annum 14. posset absens condemnari, & condemnatus elapsis sex mensibus restitui amplius non posset à die condemnationis faciendæ, vel à die publicationis illius Constitutionis, si condemnatio jam facta reperiretur, & sic unum speciale contra minorem 20. annis, & majorem 14. non duo, inducens, & successivè, etiam pœnam minori non condignam, ut credit *Cart.* contra *tex. in d. l. 1. C. de dotis promiss. & alia jura, & DD. sup. allegat.* & præsertim *ex Far. qu. 43. n. 2.* ubi sic ille redarguit *Marsc.* nec inducens id, quod de jure absurdissimum reputatur, ut minor pro eo delicto puniatur pœna mortis virtute fictæ confessionis, quam non pateretur præsens verè confessus, & convictus, ut pro absurdissimo reputant *Honded. cit. cons. 99. num. 52.* ubi in propriis terminis adducit *Asin. inter cons. crim. divers. cons. 110. num. 12. & 13. t. 2.* quem valde commendat *Far. qu. 92. num. 190. Bajard. qu. 99. num. 10. Gizz. dec. 13. in fin. & Author hic num. 7.* super quo adest Constitutio reformatio-

nis

nis san. mem. Pauli V. *sub tit. de jud. crim. Urb. sub §.10. vers. nec comminentur*, quam allegat ad noſtrum propoſitum *Farin. in addit. ad qu.11. ſub num.* . . .

19 Nec videtur huic declarationi, & interprætationi eſſe contraria praxis Sacræ Conſultæ, & aliorum Tribunalium, ſed immò conformis, quia ſi ex eodem proceſſu informativo appareret de minori ætate quoquo modo, reperta veritate ex officio, minorem condigna pœna, pro minori ætate condemnat, ut diximus, & videtur obſervari continuè.

20 Difficultas ſolum, & repugnantia reperitur, ubi minor ætas ex eodem proceſſu non apparet, & pro parte minoris abſentis moniti, & vocati, uti majoris, de minori ætate vult edoceri, tunc repugnat praxis, ſed non ex virtute illius Conſtitutionis Pii Quarti, nec alterius ejuſdem confirmatoriæ, ſed ſolum ſtatuti, & aliarum Conſtitutionum prohibentium abſentem defendi poſſe, ut extat ejuſdem Julii Secundi Conſtitutio relata inter Conſtitutiones Marchiæ ſub *cap.15. lib.4.* quam allegat in ſpecie, & ad hanc propriam materiam *Farin. qu.99. num.261. in fin.* dicens eam confirmatam per Pium Quartum in ſua Conſtitutione LXVIII. *incip. & ſi cuncta in Bull. vet. par.1. fol.743.* & iterum *n.266.*

21 *& per totam illam quæſtionem præcipuè ex num.1.* ubi concluſionem firmat de jure communi, ut abſens per procuratorem ſe defendere non poſſit in publicis judiciis, & pœnis capitalibus, & corporalibus, quam expreſſius comprobat *Cartar. de capt. band. in præf. num.48.49. & 50.*

Et iſto modo intellecta Conſtitutio illa convenit praxi, & obſervantiæ, quæ melior eſt, & optima interprætatio *cap. cum dilectus de conſuet. l. ſi de interprætatione, ff. de legib. Farin. quæſt.103. num.152. Menoch. conſ.341. num.5. & 23. lib.4. Rota dec.574. num.5. & ſeq. par.1. & deciſ.256. n.6. par.2. diverſ.* & interpretationum Regina *Surd. conſ.362. num.10. Caren. Civil. & Canon. reſol. cap.104. num.13.* convenit cum alia ejuſdem Pontificis Conſtitutione *incip. & ſi cuncta in ord.68.* & quavis ejuſdem confirmatoria ex illis verbis: *Nec homicidiis minor ætas viginti annorum proſit, &c.* tollit abſurdum plurium ſpecialium, quæ induxerat *Cartar.* & cum eo *Farin. alleg. quæſt 11. ſub num.30. verſ. quid dicendum*, & aliud abſurdum, imò abſurdiſſimum,

22 prout illud vocant DD. ut graviori pœna debeat puniri fictè confeſſus, quàm legitimè convictus, vel confeſſus verè, tollit etiam nimium, & ſingularem rigorem contra minorem vix factum puberem, & non plenam pubertatem aſſequentem poſt ann.14. *ex eodem Farin. qu.92. num.8. & 20. junctis num.172. & 173.* ubi quod ante 14. annum in nihilo tenetur, & ideo poſt ann.14. nimia eſſet ſeveritas teneri in totum. Evitat etiam correctionem, quæ deduceretur ex dicta Conſtitutione, ad Conſtitutionem antecedentem LXVIII. qua præcipiebatur, ut minor ætas annorum viginti in homicidiis haberetur pro majori, juxta Conſtitutionem Julii Secundi ſibi expreſsè inſertam, & enunciatam, & eam expreſsè approbat idem *Farin. quæſt.92. n.190. verſ. hoc idem conſuluit*, valdè ibi commendans

24 *Honded.* propter ſingularem doctrinam *Aſſin.* quam refert in propriis terminis ſtatuti punientis minorem, uti majorem, ut intelligatur mitiori pœna, & *qu.92. num.108.* ubi quod minori 20. annorum, & majori 14. numquam fuit pœna mortis impoſita etiam in atrociſſimis, niſi Principe conſulto, & confirmatur ex eadem Marchiæ Conſtitutione *lib.4. cap.17.* in qua diſponitur, ut major annorum 14. legitimam habeat perſonam ſtandi in judicio in cauſis criminalibus, & poſſit ſe defendere, quod eſt neceſſarium antecedens legitimæ contumaciæ, & confeſſionis fictæ ex illa ſuccedentis, cum ſi legitimam perſonam ſtandi in judicio non haberet, utique legitimè vocari, & in pœnam confeſſati criminis moneri non poſſet.

25 Quinimmo adderem, ut ſtatutum à ſtatuto recipiat interprætationem, quod ubi minor in contumaciam vocandus eſt, & minor apparent ſaltem ex eodem informativo, moneri non poſſit, niſi multum urgentia indicia contra eum præcedant, ut eadem Conſtitutio diſponit, ibi *ſi multum urgentia indicia præcedant*, tunc enim ficta confeſſio, ex ejuſdem contumacia procedens magis eſt tuta, & dolus in non comparendo magis clarus, idque potiſſimum ſi pœna mortis in contumaciam eſſet ei comminanda propter delicti atrocitatem ex dictis per *Farin. qu.37. in fine*, & per me *ſub §. periculoſiſſima circa primam reſolutionem.*

Nec facit *text. in l. ſi quis te reum, Cod. ad l. Cornel. de ſicar.* ex quo movetur *Cart. ſupra alleg.* quia communi DD. calculo recepta eſt diſpoſitio illius textus, ut minor homicida puniatur, ſed mitiori pœna, ut videre eſt *Farin. qu.92. num.123.*

Laboravi multum, ſed nihil minorem adjuvavi,

26 nihilque feci, niſi demonſtrare obſervantiam Sacræ Conſultæ procedere ex veris juris principiis, quod eſt in ſubſtantia nihil, cum ſufficiat authoritas Sacræ Conſultæ inquit *Giurb. in ſuo conſil.60. num.23. & 26.* ne dum ex ſingulari Eminentia illius Conſiſtorii, ſed ſingulari doctrina tot Eminentiſſimorum Virorum, qui ad reſolutionem juris dubii, omni ſtudio tota applicatione, ſummoque ingenio conveniunt, juſtitiæ ſolum, & virtutis amore. Sufficiebat igitur referre obſervantiam Sacræ Conſultæ diverſam ab ea, quæ enunciatur hic per *Auth. num.20. & in fin.* & per *Farin. conſ.121. num.19. per Authorem relatum.*

27 Sed ne labor iſte infructuoſus ſit minori, & aliquando ſperet ex meis laboribus ſublevamen, Addo, quod dum obſervantia prædicta puniendi minorem contumacem pœna homicidii ordinaria, non provenit ex Bullari diſpoſitione Pii Quarti in ordine 128. *Bullar. vet.* ut opinantur *Farin. & Cartar.* ſed ex diſpoſitione juris, & ſtatutorum prohibentium abſentem defendi poſſe inquiſitum de delictis capitalibus, & indubitata ſit juris concluſio,

28 quod abſens Reus graviori pœna puniri non debet, qua pro delicto imputato puniretur præſens, ut advertit *Author hic num.7. 8. & 9.* & ubique firmavit *Farinac.* ut videre eſt *conſil.14. num.4. in fine, conſ.28. num.1. conſ.11. num.9. conſ.208. num.8. & conſ.214. num.9. & qu.11. num.62. Giurba conſ.83. num.18. Cartar. de capt. band. cap. fin. num.48.* & ordinat expreſsè *ſan. mem. Pauli V. in ſua reformat. Tribunal. Urbis ſub tit. de jud. crim. §.10.* quam allegat in terminis idem *Farin. in add. ad qu.11. ſub num.* . . . & abſurdiſſimum reputant *Bajard. qu.96. num.19. Honded. conſ.99. num.52. lib.1.* & alii DD.

29 relati hic per *Authorem ſub n.7.* ut ficta confeſſio operetur id, quod non operatur vera, & plena convictio; utique exceptiones, & defenſiones admitti debent, quæ abſurdum hoc evitant, & juri ac Conſtitutionibus Bullaribus non repugnant, ſed imò ſunt conformes, ut abſens non puniatur durius, ut diximus ex *Farin. qu.99. num.253. & 267.* qui ex authoritate *Boſſ. & alior.* firmiter tenet non obſtantibus Conſtitutionibus præfatis rejici non debere Inſtructorem innocentiæ, qui extrajudicialiter, & omni fraude ceſſante, vellet Judicem de veritate facti, & innocentiæ Rei advertere, & latius *ſub num.238. 239. 240. & 241.* plenè habetur per

Digitized by Google

Bart. & Ang. in l. servum quoque §. publicè num. 3.
30 *ff. de procurat.* ubi quod Judex tenetur ex officio inquirere innocentiam Rei absentis, & magis alio postulante *Farin. quæst. 11. num. 11. qu. 39. num. 98. quæst. 99. num. 232. & seq. Scial. prax. for jud. cap. 8. num. 83.* plenè *Gram. cons. 1. num. 69. 70. 71. & 72. post dec.* ubi quod naturalis ratio id suadet, & quod Judex recusans tenetur in sindicatu, etiamsi Reus se nolit defendere *Marsil. cons. 81. num. 55. Guazz. def. 29. cap. 3. num. 16. vers. ac etiam Cabal. cas. 60. num. 13.* quia absentiam litigantium oportet Dei præsentia suppleri *Merlin. centur. 2. cap. 21. num. fin.* maximè si per talem excusatorem, seu informatorem tale proponatur ad rei defensionem, quod est extra crimen ex eodem *Farin. qu. 99. num. 211.* Si enim DD. præfati concludunt innocentiam Rei absentis à tertio allegatam probari, & inquiri debere per Judicem, ubi omni suspicione semota, hoc videret adverti, ut solemniter decisum refert *Author in sua resol. 11. per tot. & in fin.* & tamen isto casu, adhuc suspectus esse potest, ex quo Reus citatus venire non curat, & se innocentem ostendere.

Quanto securius inquiri, & probari debet minor ætas, quæ cum non probet innocentiam, sed eum
31 pœna mortis non dignum, juxta commiserationem legis, non potest ei notari, ex quo non venit præsentialiter ad se defendendum, ut innocenti opponi, & notari potest, ex *Farin. quæst. 99. num. 250.* dum ideò non venit minor, quia nocens est, sed ne condemnetur ad mortem, juxta comminationem, vel aliter extraordinariè, quod non repugnat justæ excusationi, quæ ei competit ratione minoris ætatis; Ad quid enim clamare jura, ut Reus absens duriori pœna non afficiatur, quam præsens ad quid obligare Judicem inquirentem, ut testes recipiat intenrè id quod pro Reo, & contra Reum deponunt, ut disponit *eadem Urbis reformatio sub tit. de Judicibus criminalibus, §. responsiones Reorum.* Sciens Summus ille Pontifex talis dispositionis necessita-
32 tem, & utinam observaretur, ad quid severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis temperare, ut in *l. respiciendum, ff. de pœn. §. 1.* & tantum laudare, & esse cordi Summis Principibus talem temperantiam, ut videre est in *can. veniam 35. q. 9.* ibi: *solicitos enim vos pro salute libenter audio, &c. & ibi gloss. verb. audio,* notat argumentum optimum ad juvandos Reos criminis *text. in can. omnis 45. distinct. omnis, qui justè judicat, stateram in manu gestat, & in utroque penso justitiam, & misericordiam portat, per justitiam reddit peccanti sententiam, per misericordiam peccanti temperat pœnam, in can. vera eadem distinct. 45. ibi vera justitia compassionem habet, falsa vero dedignationem,* unde *Bald.* ait in suo *cons. 264. num. 7. lib. 3.* quod Beatissimus est ille Rex, qui sedet super Cathedram æquitatis, dummodo lex nostra consentiat, alias non oportet, quod sit clementior lege, & quod Regis clementia, debet temperare rigorem legum, nam melius est sublinere, quam exquisitè punire, ut *num. 8. & Boss. in tit. de Princip. n. 33. & 34.* quod licet Principis sit facere judicium, & justitiam *can. Rex, & can. Regum 21. quæst. 5.* tamen hæc justitia debet esse dulcedine misericordiæ temperata ex *can. disciplinam 45. distinct. & Scac. de re judic. gloss. 14. qu. 21. num. 47.* quod lex patitur potius eludi, quam ut
33 per causam suam Reus injustè condemnetur, & est *tex. in l. meminerint, C. unde vi,* ibi: *ne forte injuriarum nascatur occasio unde jura nascuntur,* idem *Scacc. lib. 1. cap. 53. num. 27.* ad quid deserviret contra voluntatem condemnati appellationem admitti, ut ordinatur in *l. non tantum, ff. de appellat.* ibi: *ergo, etsi ipse acquiescat sententiæ, quid ergo si resistat, nec velit admitti ejus appellationem, &c.*
34 Si nunc minor 20. annorum delinquens, cui minoranda est pœna necessariò, non curans ad mortem condemnari, & exequi sententia id à lege permittatur, & tertius volens allegare ejus minorem ætatem, quæ pœnam mortis evitat repellatur.

Aut igitur volumus dicere, quod minori absenti, & contumaci minoranda non est pœna ordinaria homicidii, & repugnat *Affin.* repugnat *Honded.* repugnat *Farinac. alleg. qu. 92. num. 190.* repugnat Constitutio san. mem. Pauli V. supra allegata, & repugnat praxis, & interpetratio, jam recepta per S. Consultam, & in aliis Tribunalis Urbis, dum apparente minori ætate ex eodem processu minorem imponunt pœnam, repugnat ratio, & justitia, dùm ex ficta confessione magis gravaretur Reus, quam ex vera, & plena convictione, quod in jure reputatur absurdissimum. Aut verò dicimus, ætatem minorem absentem suffragari, ubi de ea constat, sed impediri ad ejus defensionem produci, propter ejus absentiam, & contumaciam, tùm de jure, tùm attentis Constitutionibus Bullaribus, & Constitutione Marchiæ supra enunciatis, & utique finis, & intentio istarum legum non est, ut absens durius puniatur, quàm præsens, sed ut eodem modo, & eisdem pœnis, & ideo ubi veritas habetur certa, nec cavillosis, ac suspectis probationibus apparens, utique admitti debet, quia super statu personæ, faciens Reum majori, vel minori pœna puniri, eodem modo, ac si vocaretur Reus, uti liber in pœnam mitiorem cum tamen esset servus, & severiori pœna esset puniendus ad *text. in l. 1. §. fin. vers. etsi servus, ff. ad l. Cornel. de falsi.* quemadmodum enim tunc admitteretur quilibet hunc Rei statum Judici advertens, ut severius puniatur, eodem modo admitti deberet ejus favore si minor demostraretur, qui uti major puniri prætenderetur ex dicta per *Farin. cit. qu. 99. num. 267.* & quemadmodum obligatio Judicis est leges consulere, ut Reo condignam pœnam comminetur, hoc, & eodem modo obligari etiam debet de ejus statu, & ætate inquirere, ut pœnam à lege determinatam, juxta Rei statum, & ætatem adaptare valeat, *Cart. de capto band. cap fin. num. 26.* etti hoc ex officio tenetur inquirere, eo magis alio id advertente ex *d. l. servum quoque, §. publicè Bart. Ang. & alii locis supra citatis,* & ex *aliis cumulatis per Authorem hic, & in*
35 *sua resol. 11.* ubi refert casum decisum pro defensione absentis, prout etiam non obstantibus Constitutionibus, & statutis prædictis recipiuntur documenta Clericatus, ut Reus Clericus compertus, uti Clericus puniatur, juxta pœnas à S. Canonibus determinatas, quod pluries observatum testari possum in Tribunali Illustris. Urbis Gubernatoris, & præsertim in causa Francisci Cæsarini, Josephi Galeotto, & Philippi Montani, quorum monitoria fuerunt reformata ex Clericatu allegato, & producto, nec existimari debet repugnans Pontificiis Constitutionibus, sed conformis, ubi admittimus absentiam non causare graviorem pœnam, sed impedire ejus defensionem. Cum enim necessitas imponatur Judici inquirendi veritatem, ut eadem pœ-
36 na puniat absentem, qua puniret præsentem, sumus in casu *Marsil. in sua praxi, §. sequitur num. 58. & seq. & cons. 90. num. 20. Roland. à Vall. cons. 47. n. 9. Menoch. de arbitr. quæst. 80. num. 95. Bart. Castren. & aliorum in dict. l. servum quoque, §. publicè, ff. de procurat.* ut id quod Judex ex se tenetur facere, eo magis alio postulante. Nec obstat *Jul. Clar. §. ult. q. 33. vers. sed quid plus est,* ubi reprobat DD. qui voluerunt absentes defendi posse, si Judici testes informati exhibeantur extrajudicialiter per Excusato-

rem,

Digitized by Google

rem, & Procuratorem, quia inquit *Menoch. cit. qu.*80.*num.*95. dicta per Clarum intelligi, ubi in promptu non posset de innocentia constare, secus si apertè, & in promptu ex *Blanc. in sua praxi crim. verb. verum quia num.*58. & *Gram. conf.*1.*num.*72. *post decis. Far. cit. qu.*99.*num.*232. & *seq. num.*250. & 253. *Mont. reg.*13.*nu.*42. *cum plurib. seqq. Scial. prax. forjudic. cap.*8.*num.*83. *Author hic per totum resol.* & *resol.*11. ubi ità refert solemniter decisum, & ità in nostris præcisis terminis Constitutionum Pontific. servari debere, refert *Cartar. de capt. band. in præfat. num.*50. & 51. remittens in totum arbitrio Judicis. Et sanè nescio videre quomodo possit stare simul ista obligatio, quam habet Judex attendendi, & inquirendi veritatem facti ejusque circumstantias, ut Reo condignam pœnam possit imponere pro mensura delicti, & nolle aures præbere cuicumque veritatem ipsam certam, & securam ostendere volenti. Admittunt DD. præfati, ut possit Judex probationes recipere ad defensam inquisiti, quando defensio certa esset, vera, & secura, dato quod probationi ex processu formato resultanti, repugnaret ex *l. si non defendatur, ff. de pœn. ex l. non tantum, ff. de appellat. c. judicantem* 30.*q.*5. & ista est propria defensio, quam statuta prohibent, in odium contumacis, & comparere recusantis. Nil mirum, quia legis intentio non est absentem durius, vel injustè condemnare, sed evitare, ne veritas Rei absentia circumveniatur, & ne turbetur ordo processus (à quo dependet justitia) & ne Reus se defendat antequam inquisitioni respondeat, quod in criminali Judicio est absurdissimum, & permitti non debet: Non ut Reus non demonstretur minor ex verissimis probationibus, quæ nihil tangunt de inquisitione formata per Judicem (præsupponendo, quod de ætate ipsius nulla habeatur in processu notitia, vel non repugnans minori ætati, quæ vellet demonstrari) sed immò ostendunt & supplent, quod Judex inquirere omittit, & tenebatur, ut Reo condignam delicto pœnam comminari posset.

Diversimodè volunt jura puniri debere majorem vi-
37 ginti annorum, diversimodè minorem, & tamen volumus dicere, quod justè procedat Judex, si nolens audire, quod Reus sit minor, uti majorem eum condemnet duriori pœna. Istud absurdum procedit, & provenit ex errore *Cartar.* & *Farinac.* qui crediderunt duo specialia induxisse Bullam Pii IV. contra minorem, ut satis apertè deducitur ex eorum dictis, *Farinac.* nempè *qu.*11. *num.*29. *vers. quid dicendum*, & *in suo consil.*121. *num.*18. & 21. & *Cartar. cap. fin. num.*230. & *seq.* Unde cum idem *Farin.* suam mutaverit sententiam *quæst.*92. *num.*190. & se correxerit viso *Honded consil.*96. *lib.*1.*num.*50. sic mutari etiam speratur hæc observantia.

SUMMARIUM.

1 FŒmina *forjudicari non potest* vid.num.seq. per totum.

2 *Qua ratione, & auctoritate sit ductus* Foll. *ad hoc affirmandum.*

Fœmina potest esse verè contumax.

Quoad hoc æquiparatur fœmina, & minor.

3 *Constitutio Regni pœnam eorum, congruit ita fœminis sicut masculis, quia quando materia æquè congruit utrisq; statutum etiam odiosum, & pœnale loquens per verba denotantia masculos comprehendit etiam fœminas* vid.num.6. *ubi contra.*

Forjudicatio fundatur in delicto capitali, & contumacia, & propterea cadit etiam in fœmina, quæ potest esse contumax, & committere delictum capitale vid.num.6.

4 *Doctores affirmantes fœminam bannitam posse occidi necessario supponunt fœminam posse capitaliter banniri.*

Cabal.resol.276.num.7. & seq. *explicatur.*

Recensetur distinctio, ut occidentes mulieres banditas impunitatem, sed non præmium consequantur.

5 Caravitæ locus in prag.1.de exulibus num.151. & seq. *asserentis fœminam non comprehendi in dicta pragmatica explicatur, & quoad mentem* Caravit. *fœmina non comprehenditur in dicta pragmatica, quia rarissimè contingit, ut fœmina delinquendo incurrat in requisita pragmaticæ, & leges adaptantur ad ea, quæ frequenter non quæ semel, aut bis accidunt.*

An leges permittentes occidi mulieres bannitas possint argui de impietate.

Opinio Auctoris.

6 *Commemoratur vera, & unica ratio considerata à statuentibus ad inducendum bannum capitale, seù forjudicationem; quæ ea tanquam unica censetur expressa in Constit. Regni pœnam eorum, quodque hæc ratio non militat in fœmina, sive consideremus impunitatem, sive præmium propositum occidentibus bannitos, cum fœmina non sit ita audax, & apta ad Reipublicæ perturbationem sicut vir facinorosus, cujus occisio hac de causa permittitur.*

7 *Quod datur casus licet rarissimus in quo fœmina possit forjudicari vigore pragmaticæ de exulibus.*

An in locis, ubi servatur, quod possit mulier capitaliter banniri possit illa impune occidi, & rescriptum ad rem Domini Reg. Zufia refertur in facto.

An Fœmina possit forjudicari.

RESOLUTIO III.

1

Uoad fœminam quoque controversum est, an possit forjudicari, nam eam non posse forjudicari tenuit *Farinac. q.*11. *num.*30. *vers.* & *idem*, & ante eum *Foller. in verb. forjudicentur num.*33. quem licet carere ratione scripserit *Danza tom.*1. *in tit. de forjudicatis num.*22. adverto per *Foller.* adductum fuisse *Paul. de Castr. in l. ubi exigitur in princ. versus finem*
6 *ff. de edendo*, cujus auctoritas facit ad dictum *Foller.* dum censet fœminam licet personaliter citatam non posse constitui in vera contumacia, quia non præsumitur hoc facere per dolum, quod si contumax fœmina esse non potest, ergo nec forjudicari, quia ex contumacia nascitur forjudicatio, & ubi non cadit contumacia non potest cadere forjudicatio, ut est *text. in constitut. pœnam eorum*, & *ibi passim scribentes*, & *præsertim Dom. Reg. Merlinus tom.*1. *controv.*61. *num.*6.

Limitat tamen *Castrens.* præfatam traditionem, ubi fœmina expressè dixisset se nolle comparere, vel Judicem contemneret, quia tunc verè contumax esset; adducit quoque *Foller. Alexandrum in l.*2. *a n.*5. *ff. si quis in jus vocatus non ierit*, ubi similiter habetur mulierem excusari à vera contumacia, adducit *Baldum in d. l.*2. *in quinto notabili*, ubi quod simplicitas quæ proculdubio fœminis inest excusat à contumacia, & *Angel. ibidem vers. si quis in jus num.*1. ubi quod contumax non mulctatur sine dolo, qui scilicet à fœmina abesse præsumitur, *Castr. ibid. num.*3. Hæc ratio debilitatur ab iis, quæ communiter tradunt Doctores posse nimirum minorem, & fœmi-

Digitized by Google

nam contrahere veram contumaciam, prout in ref. præcedenti ſupra firmatum eſt in minore, nec dubium eſt in hoc minorem, & fœminam æquiparari, ut in præcitatis locis tradunt *Caſtrenſ. & Alex.*, & *communiter Doctores, & præſertim Farinac. qu.*11. *num.*30. *verſ. & idem.*

3 In contrarium urgere videtur, quod verba conſtitutionis ſunt apta ad comprehendum tam maſculos, quam fœminas, quia etiam in odioſis, & pœnalibus maſculinum concipit fœmininum, quando materia congruit tam maſculis quam fœminis, *Caſtrenſ. in l. ſi quis id quod num.*4. *ff. de juriſd. omn. Jud. Bald. ibid. num.*2. materia autem forjudicationis, quod ita cadat in maſculis ſicut, & in fœminis videtur ſuaderi ea ratione, quia in Conſtitutione Regni pœnam eorum *junctio c. Regni ſive quis de forjudicatione*, forjudicatio non fundatur in alio, niſi in contumacia, & in delicto, quod hodie receptum eſt debere eſſe capitale, ſcilicet pœna mortis dignum, ut in ref. præcedenti dictum eſt, dummodo adſint indicia ad torturam, quæ præcedant primam citationem, *Rov. ad rubr. in prag. de ſent. forjudicat. n.*36. *Reg. Tapp. in d. conſtit. pœnam eorum num.* 31. ſi igitur fœmina poteſt eſſe contumax, ut ſupradictum eſt, ſi poteſt committere delictum capitali pœna ultimi ſupplicii dignum, ut in dies videmus fœminas laquei, vel alterius generis ultima ſupplicia ſubire, *Farinac. quæſt.*98. *cauſa* 10. *num.*13. *& ſequ. de pœnis temperandis*, ergo, & poterit forjudicari. con-

4 firmatur hæc opinio ex recepta communiter opinione, quod ſtatutum permittens poſſe bannitum impune occidi locum habeat etiam in occidente mulierem bannitam, *Bal. in l. Imperator la* 2. *in* 3. *repetit. nu.*2. ubi hoc ampliat etiam in occidente mulierem bannitam prægnantem *ff. de ſtat. hominum*, *Nell. in tract. de bannitis in* 2. *part.* 2. *temporis qu.*39. *Carrer. in tract. de homicid.* §. *ſeptimo igitur excuſatur num.*30. *Farin.*, & *alii per ipſum relati quæſt.* 103. *num.*61. quæ quidem communis opinio neceſſario ſupponit mulierem poſſe banniri, quomodo enim affirmari poteſt poſſe occidi mulierem bannitam, niſi ſupponatur mulierem poſſe banniri? ut in ſimili arguit, aſſeritque eſſe argumentum inevitabile, *Farinac. conſ. criminali* 121. *num.*5. *ad text. vulg. in l. ad rem mobilem cum ibi notatis, ff. de procurat.* nec contradicit *Cabal. in reſol.*276. *num.*7. *& ſequent.* allegatus per *Danzam in allegato tit. de forjudicatis num.*23. pro confirmatione ſuæ opinionis, nam quod firmat *Caballus*, eſt ut occidenti mulierem bannitam præmium non ſit concedendum, impunitatem non excludit, poſt enim adductas Doctorum auctoritates communiter aſſerentium eos, qui occidunt mulieres bannitas conſequi debere impunitatem vigore ſtatuti permittentis bannitum poſſe impune occidi, ſubdit hæc verba, *vix impunitatem occidentibus concederem, unde præmia omnino denegarem*, id quod, & aliis placuit, qui poſſe mulieres bannitas impunè interfici vigore ejuſmodi ſtatuti, ſed non poſſe earum occiſores præmium aſſequi exiſtimarunt *Farinac. ubi alios allegat. d. quæſt.*103. *num.*64. quemadmodum nec diſſentit *Caravit. in prag.* 1. *de exulibus nu.*151., *& ſeq.*

5 ubi in terminis illius prag. inducentis illum extraordinarium forjudicationis modum contra incedentes in comitatu bannitorum, ac delicta committentes firmat non comprehendi fœminas, quia inquit à ſæculo non eſſe auditum, quod fœminæ contumaces inquietaſſent, ſed ſi ageretur de ordinario forjudicationis modo fatetur ſibi placere opinionem *Bald.* ſupra relatam, quod ſcilicet ſtatutum loquens de impunita bannitorum occiſione comprehendat etiam fœminas quoad illarum impunitam occiſionem, id quod animadvertunt *Farinac. d. quæſt.*103. *num.*61. 62. *& 65. Cabal. d. reſolut.*276. *num.*7. tamen advertendum cenſeo *Caravit.* locum ſupra relatum forſan fœminis non favere, ſupponit enim *Caravita* ideo prag. locum non habere in fœmina, quia ſcilicet in fœmina nunquam auditum eſt concurrere requiſita pragmaticæ, quod planè etiam aſſerendum eſſet in viro, in quo pragmaticæ requiſita non concurrerent, cum nunquam ſtatuto locus eſſe poſſit, niſi adſint qualitates à ſtatuto requiſitæ, ut eſt vulgatum in jure, & notat *Caravita in eadem prag. in* 4. *notabili, & nu.*169. *in ead. pragmatica*, immo ex dictis *Caravitæ* forſan infertur, quod ſi (id quod rariſſimè contingere poteſt) reperiretur fœmina tam audax, & improba, ut ſe cætui bannitorum immisceret, & cum iis delicta committens diſcurreret per Campaneas armata more bannitorum, tunc pragmaticæ diſpoſitio etiam in fœmina locum haberet, quemadmodum enim ubi non militat ratio legis, ibi non militat legis diſpoſitio, ita e contra ubi ratio, & verba legis locum habent, legis diſpoſitio quoque locum habere debet, *vulgat*: *Juribus*, niſi dixerimus probabilius eſſe ad mentem *Caravitæ* mulierem, utcumque delinquentem juxta requiſita banni non comprehendi in illo banno, nam ineptum fuiſſet dubitare, an fœmina, in qua non concurrunt requiſita banni comprehendatur in banno, cum hoc neque in viro controverſiam ullam pati poſſit, & ratio, qua motus eſt *Caravita*, illa potuit eſſe, quia cum caſus hic, ut fœmina more bannitorum incedat, & delinquat rariſſimè contingere poſſit, non fuit comprehenſus in banno, ſed præteritus, quia lex ad ea, quæ plerumque accidunt adaptatur, quod vero ſemel aut bis accidit prætereunt legislatores, *l.* 3. *cum tribus legibus ſequen. ff. de leg.* nec retenta opinione, quod ſaltim in alia forjudicationis ſpecie ordinaria fœmina ſit forjudicationis capax, obſtare poteſt, quod impiiſſimum ſit fœminas occidere, ut perpendit *Cabal. d. reſolut.*276. *num.*9. & quod ſi lex earum occiſionem permitteret redargui poſſet de impietate contra *tex. in l.* 2. *ff. de leg.* quia reſponderetur in aliis caſibus ob publicum exemplum voluiſſe legislatores, ut fœmina occidi poſſit, exemplum *in l. patri ff. ad legem Jul. de adulter. & in conſtit. Regni, ſi maritus*, nec propterea de impietate redarguuntur.

6 Equidem ut quid ſentiam in hac controverſia aperiam, utcunque prædicta opinio tanti rigoris plena ſubſtineri poſſit, quæ etiam communior videtur, ut *ex præcit. loco Farinac.*, qui tamen *eadem quæſt.*111. *num.* 63. adducit contrarium ſentientes *Brun. à Sol.*, & *Cravet.*, tamen ſi caſus accideret a me judicandus, non poſſem adduci, ut eam in praxi admitterem, refugeret animus ita in fœminam ſævire, ut illius occiſionem paſſim cuilibet impunè judiciali auctoritate permitterem. Ratio ſanè, quæ movit ſtatuentes ad banni capitalis, ſeu forjudicationis ſententiam contra facinoroſos homines proferendam, & decernendum, ut bannitorum, ſeu forjudicatorum occiſores, & præmium nedum impunitatem conſequantur contra juris communis ſanctionem, ut dictum eſt plenè *reſol.* 16. illa, & unica fuit, quia ſcilicet ab iſto hominum genere facillimè poteſt ſequi publicæ quietis perturbatio, unde maximè expediens fuit reipublicæ illorum extirpationem inducere ac permittere, ut quovis modo de medio tollantur, ac ſceleſtis viris provincia purgetur: Hæc quidem ratio licet non expreſſa in Conſtit. *pœnam eorum* forjudicationem inducente, tanquam unica haberi debet pro expreſſa, *Bald. in l. quoties, & in l. quamvis C. de fideicom.*

Imol.

Digitized by Google

Imol. Cæpol. Decius, & alii relati per Caball. ref. 276. nu. 10. ubi in puncto hoc considerat, quamvis igitur justitia sententiæ forjudicationis fundatur in delicto, & contumacia, ratio tamen, quæ movit ad inducendum hunc procedendi modum contra absentes non ita militat in fœminis sicut in viris, ut expendit *idem Cabal. ibid. num.* 11. immò omnino cessat in fœminis, quarum sexus adeo fragilis, & imbecillis est adeo ab armorum tractatione, & violentiis alienus, ut quidvis potius ab eis præter publicæ quietis turbationem metui possit, sitque potius providendum legislatori, quemadmodum ab illis injurias arceat, quam quemadmodum illarum in alios injurias cohibeat, *ad tex. in l. assiduis C. qui potior. in pignor. habeant. cum concordantib.* cessante igitur ratione statuti in fœminis cessare debet, & illius dispositio, *vulg. cap. cum cessante in princ. de appellat. cum concordant. & cum Constit. Regni pœnam eorum,* utatur verbis denotantibus masculinum, & agatur de materia, quæ non æquè competit fœminis sicut masculis non debet extendi ad fœmininum sexum, *Cæphal. l. 1. vers. 2. fallit ff. de verb. signif.* sit igitur, ut ad mentem Imperatorum in *l. quisquis §. ad filias in fine C. ad l. Jul. majest.* concludamus, mitior circa eas sententia, quas pro infirmitate sexus minus aufuras esse confidimus.

7 Sane si qua mulier reperiretur, quæ, ut quandoque audio accidisse, supra sexum in atrociora flagitia erumperet, & more publicorum grassatorum secundum banni verba delinqueret, hanc minimè dubitarem banni remediis ac pœnis coercere, neque obstarent allegata jura, *l. 3. cum trib. sequent. ff. de leg.* quia casus hic non præteritus, sed expressè in verbis, & ratione banni comprehensus, ut mea est sententia, diceretur.

8 Quemadmodum etiam in illis locis, ubi servatur opinio, quod fœmina possit capitaliter banniri, seu forjudicari, servanda proculdubio esset illius occisoribus impunitas, quia cum id facerent legis, & Judicis auctoritate, pœnam mereri minimè possent ad *tex. in l. Gracchus, C. de adult.*, & mensibus prope elapsis cum a quibusdam satellitibus insscia Reg. Audientia esset à quadam Ecclesia Aquilæ quidam nobilis Aquilanus extractus, & illi objiceretur ad excludendam Ecclesiæ immunitatem, qua frui postulabat, quod quandam suam famulam proditoriè interfecerat in Territorio Ecclesiastico capitaliter ibidem bannitam, Dominus Didacus Bernardus Zusia meritissimus Reg. primarius, doctrina, morum suavitate, ac integritate insignis, rescripsit ex mente totius Collateralis Consilii, eum esse in Ecclesiam reponendum, ex quo minimè deliquerat in occidendo, licet proditoriè dictam fœminam capitaliter bannitam, & ex capitali banno effectam publicam hostem illius territorii, in quo fuerat bannita juxta communiter receptam opinionem, quam attestantur *Farinac. qu.* 103. *n.* 107., & sequitur *Caball. de omni genere homicid. n.* 59. *cum aliis per eos relatis.*

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Fœmina forjudicari, & successivè in contumaciam ad mortem condemnaci an possit, vid. nu. seq., & per totum.*

2 *Statutum, quod contumax habeatur pro confesso, minorem, mulierem, & rusticum non comprehendit; contrarium num.* 3. *&* 6.

3 *Statutum generaliter loquens comprehendit fœminas, & minores.*

4 *Statutum permittens impune occidi banditos, an permittat impune occidi fœminam banditam? & num.* 9. *usque ad fin.*

5 *Mulieres regulariter mitius puniuntur de jure.*

8 *Fœminam banditam occidens an gaudeat præmio per bandimenta concesso?*

9 *Statutum seu bandum, quod taleam, & præmium occidenti banditum offert severius est statuto, & bando, quod permittit solum occidi, & non punit occisorem.*

11 *Banditus ubi potest impune occidi, efficitur hostis illius loci, a quo banditur.*

12 *Fœmina bandita, & in contumaciam condemnata, Rempublicam inquietare non potest.*

13 *Statuti ratio, quæ non militat in muliere sicut in masculo, facit cessare statuti dispositionem.*

14 *Masculinum non comprehendit fœmininum in statutis, quando eadem ratio, congruentia, & aptitudo non reperitur in fœmina.*

15 *Fœminæ banditæ captura, & non occisio permitti debet.*

16 *Statutum pœnale correctorium juris communis, fœminas non includit.*

17 *Fœmina bandita Banditum occidens, gaudet immunitate, & præmio per statuta concessis.*

18 *Banditus impune non occiditur, nisi lex municipalis id expressè permittat.*

RESOLUTIO III.

TRactat Author in ista tertia resolutione quæstionem in Regno à DD. controversam, An fœmina possit forjudicari; Nos ut illam magis conspicuam reddamus, & magis placitam, unicam istam quæstionem triplicabimus, & in triplicem convertemus. Prima erit, An fœmina possit absens condemnari. Secunda, An condemnata pro delicto capitali in pœnam mortis possit impunè offendi, attenta forma statutorum. Tertia, An occidens gaudeat præmio, & talea per bandimenta, seu statuta concessis occidentibus Banditos.

1 Circa primam quæstionem Author hic refert *Foller. in sua praxi verb. forjudicentur num.* 33. volentem fœminam eodem modo, ac minorem banditi, & forjudicari non posse, allegat *Foller. Castrens. in l. ubi exigitur in fin. princ. ff. de edend.*, & *dicta per Angel. Bald., & Alexand. in l. 2. col.* 1. *ff. si quis in jus vocatus non ierit, & Marsil. in sua praxi, §. postquam num.* 60. reddunt rationem DD. prædicti, quia contumacia est pœna, vel effectus doli præsumpti, à quo fœmina, minor, & rusticus excusantur, *ex Marsil. loco citato* adducit etiam *Philip. de Perusio in cap. Nicolao col. ultim. de appellat.*, & comprobat istam conclusionem auctoritate *Bart. in l. minor. la prima, ff. de minoribus,* ubi inter cætera dicit, quod contumacia dicitur dolus præsumptus, & non verus, & ideò minor mulier, & rusticus juvantur, &

2 quod propterea stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso, tale statutum non intelligitur de minore, muliere, & rustico. Unde non irrationabiliter Author notat *Danzam tom.* 1. *tit. de forjudic. num.* 32. dum ibi supponit *Foller.* loqui sine authoritate, quia *DD. prædicti*, & *Marsil.*, qui eos sequitur, clarè volunt sub tali statuto mulierem, & minorem non comprehendi, *Cartar. de capt. band. cap. final. num.* 229. *Farin. in sua qu.* 11. *num.* 30. *vers. & idem admittit,* istam comparationem de minore, & muliere, prout facit *Rol. consil.* 47. *num.* 42. *lib.* 2., & ideò pro muliere faciunt omnes DD. relati per eum *num.* 277.

Verùm

Verùm quia plures DD. illam impugnant reſpectu minoris, quos ipſe *Farin. allegat. eadem qu.* 11. *nu.* 30. *verſ. contraria*, & præſertim, quando minor eſſet in vero dolo ex dictis per eum *num.* 30. *verſ.* in aliis locis, & verius ſit ſtatutum generaliter loquens comprehendere etiam minores *ex tex. in cap. conſtitutus de in integr. reſtit.* ut de ſtatutis punientibus delicta, quod comprehendat etiam fœminam voluit idem *Farin. qu.* 92. *num.* 152. *& qu.* .... *& eadem qu.* 11. *num.* 30. *verſ. & licet etiam*, dummodo ſtatutum non contineat odium irrationabile, ut dixit *Bald. in l. quicumque, C. de ſerv. fugit.* per *Dinum*, & *Bart. in l.* 1. *ff. de verb. ſignif.*, & latiùs dicam alibi (ſi Deus permittet, & propriè ſub bandimentis generalibus in præfat. *ſub §. limita tamen concluſionem*) ſed cum minoratione pœnæ, ut idem *Farin.* concludit *qu.* 92. *num.* 152., & in praxi iſta diſputatio ceſſat, tum quia videmus in dies fœminas in contumaciam condemnari in Statu Eccleſiaſtico, ubi abſentes condemnantur indiſtinctè ad pœnas delicto condignas, & in Regno, ubi rei ſolum pœna mortis digni forjudicantur, etiam abſentes vidi fœminas forjudicari, quæ eſt propria diſputatio Authoris, de qua in ſecunda inſpectione, & DD. hanc concluſionem tenent pro indubitata, dum diſputant, An poſſit fœmina bandita offendi impunè, & An occidens gaudeat præmio, ut videre eſt pœnes *Farinac. qu.* 103. *num.* 71. *& ſequen., & Caball. caſ.* 276. *per totum*. Ideo quæſtionem iſtam longiùs protrahere non decrevi, quia eſſet fruſtratoria, cum etſi mulier in pœnis regulariter tractetur clementius, ut eſt videre *tex. in l. ſi quiſquis, §. ad fœminas, ad l. Jul. Majeſt.* ibi: *mitiùs tamen circa eas debet eſſe ſententia, quas pro infirmitate ſexus minus auſuras eſſe confidimus, & l. ſacrilegii pœnam in princ. ff. ad Jul. pecul.* ibi: *debebit Proconſul pro qualitate perſonæ, proque rei conditione, & temporis, & ætatis, ſexus, vel ſecurius, vel clementius ſtatuere*, & de Jure Canonico *in cap. ſicut dignum*, & ibi *gloſſ. verb. ſexus in can. indignanter* 22. *q.* 6. *auth. ſed hodie, C. de adulter.*, & ideo in ſtatuto pœnali, vel non comprehenduntur, quia forſan materia non eſt indifferens, & utrique ſexui conveniens, vel odium irrationabile continet, *ex Bal. in l. multis, ff. de ſtatu homin.*, & in *l. quicumque, C. de ſer. fugit. Bartol. in l.* 1. *in fin. ff. de pecul. Cavalc. de brach. reg. par.* 4. *num.* 450. vel cum minoratione pœnæ, ubi pœna juris communis pro aliquo delicto impoſita, per ſtatutum, imponeretur ſeverior ex *Far. qu.* 98. *num.* 1. *& ſeq. Caſſan. ſuper conſuet. Burgund. tit. de project., & appart. §.* 7. *col.* 647. *Novell. ad defenſ. ſub num.* 82. *verſ. mulieres*, qui ex auctoritate *Senecæ* edocuit fœminas in delictis clementiùs eſſe tractandas, dicens Seneca, quod natura id edocuit, *Gail. de pace publ. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 36. 37., & 38. *Thor. vot.* 71. *num.* 6. *Paſcal. de pat. pot. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 28. *verſ. & licet, Carocc. deciſ.* 6. *num.* 14. *& ſeq.*, & præcipuè *num.* 23. *Merl. Pignat. cent.* 2. *cap.* 26. *num.* 24. *verſ. his tamen non obſtantibus, Add. ad Foller. verb. audiantur excuſatores num.* 105. *Odd. de reſtit. in integr. q.* 10. *num.* 12. *Gagliard. de delict. tit. de homicid. fol. mihi* 163. *verſ. Idem, ſi fœmina committat hom. Marſ. Ital. de Immun. Eccleſ. §.* 1. *c.* 5. *n.* 157., & 164.

6 At tamen in ſtatuto præcipiente, quod Reus ad Judicium vocatus pro aliquo delicto, ſi non compareat ejus contumacia inducat criminis confeſſionem, & uti confeſſus poſſit condemnari, quia ad favorem Reipublicæ fuit inductum, ne ex tempore remanerent delicta impunita, placuit opinio contra *Marſ. Bald. Ang.*, & *Bartol.* per eundem relatos, comprehendendi etiam fœminas, & minores, & iſta opinio hodie eſt recepta in praxi ex *tradit. per Farin. cit. q.* 11. *num.* 30. *qu.* 103. *num.* 61., & *ſequen.*, & *Cabal. caſ.* 276. *per totum.*

8 Author tamen in materia forjudicationis, qua abſens declaratur forjudicatus, & ſic condemnatus in contumaciam efficitur hoſtis publicus, & impunè occidi permittitur, *ex Conſtit. Regni incip. pœnam eorum, de qua per Authorem hic n.* .... *per Merlin. Pignat. cent.* 1. *cap.* 60. *in princ.*, & *Giurba conſil.* 3. *num.* 15., in aliam ſententiam inclinat, ut ſcilicet fœmina forjudicari non poſſit, ut eum videre eſt ex *num.* 6. reddens rationem, quia finis legislatoris talem forjudicationis pœnam inducens, de qua in *Conſtitutione Regni pœnam eorum*, fœminam imbecillem tanti doli, & temeritatis incapacem comprehendere noluit, niſi adeo rigoroſa, & exoſa eſſet reddita per delictum patratum, ut occiſio nedum permitti, ſed percipi etiam eſſet neceſſe cum promiſſione præmii.

9 Sanè dubium non eſt, ſeverius eſſe bandum, & ſtatutum, quod taleam offert, & præmium occidenti banditum, quàm ſtatutum, quod permittit ſolum occidi, non puniendo occiſorem, *ex Farin. qu.* 103. *num.* 2. *&* 3.

10 Et ideo exiſtimo nec forjudicari poſſe attentis Conſtitutionibus, & Pragmaticis Regni, nec impunè occidi attentis ſtatutis permittentibus occiſionem banditorum impunè. Ad id affirmandum moveor, quia ſtatuta prædicta repugnant juri naturali, & civili, ut per *Marſil. in praxi, §. aggredior. num.* 10. *in fin.*, & 11. *l. non eſt ſingulis, ff. de reg. jur. Bartol. in l. ut vim, num.* 1. *ff. de juſtit. & jur. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum, num.* 12. *&* 14. *de Conſtit. Clar. §. homicidium, num.* 52. *Caravit. ſuper Pragmat.* 1. *num.* 91. *tit. de exulibus Ceſſ. de juſt.*, & *jur. lib.* 5. *qu.* 1. *artic.* 3. *Catal. de indul. cap.* 13. *nu.* 25. *Cavalc. deciſion.* 41. *num.* 13. *par.* 5. *Cabal. caſ.* 61. *n.* 4. *Giurba conſil.* 3. *num.* 13. *Cartar. deciſ.* 1. *num.* 140. *&* 162., *& Mutius Car. in ſuo tract. aliud de jure, aliud de conſuetudine lib.* 2. *cap.* 1. & vix ſubſtineri poſſunt favore Reipublicæ, & ob publicam ſalutem ex *tradit. per Rimin. Jun. in c. quæ Eccleſiarum n.* 168. *de Conſtit. Caball. de omni genere homicid. num.* 57. *& caſ.* 228. *nu.* 38., & per *Giurbam citato conſ.* 3. *n.* 15.

11 ſed ubi poteſt banditus impunè occidi, hoſtis efficitur Reipublicæ, à qua banditur, *Menoch. conſil.* 1066. *num.* 2. *& lib.* 5. *præſumpt.* 45. *num.* 8. *Cabal. caſ.* 220. *num.* 39. *caſ.* 222. *num.* 11. *Pacian. conſil.* 61. *num.* 5. *Sacc. de Judic. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 1843. *verſ. comprobatur, Giurb. conſ.* 3. *num.* 7., & ei indicitur bellum *Luc. de Pen. in l.* 1. *num.* 33. *& ſeq. C. de ruſtican. Jo. Grand. de bell. exul. qu.* 1. *quid ſit bellum, num.* 8. *Angel. conſ.* 67. *num.* 1. *&* 3. *Cabal. caſ.* 276. *num.* 1. 5. *&* 11. *Author hic num.* 6. *Clar. §. homicidium, num.* 57. ut tali modo extirpari poſſint banditi, *Cuman. & Aret. in l.* 2. *ff. de cond. & demonſtrat. Angel. de Malef. gloſſ. quod fama publica præcedente qu.* 3. *n.* 74. *Alex. ad Bartol. in l. nulla num.* 4. *C. de delatorib. l.* 10. *Gall. conſ.* 50. *n.* 15. *Giurb. conſ.* 3. *num.* 5. *in fine*, qui publicam quietem perturbant cum occiſionibus, & derobationibus, cum ſpoliati per fiſcum ſuis bonis, neceſſariò ex alienis vivere habeant, ut animadvertit *Caball. caſ.* 276. *n.* 9. *&* 10. *Author hic n.* 6. *Merlin. Pignat. cent.* 1. *c.* 53. *num.* 16. *Giurb. conſil.* 80. *n.* 16. *&* 17. *conſ.* 3. *num.* 13.

12 At ex muliere bandita, & in contumaciam condemnata, perturbari reſpublica non poteſt, nec à ſæculo eſt auditum, quod more latronum fœminæ aggrediantur Viatores, latrocinia committant, & alia, quæ in odium banditorum conſiderantur, ut advertit hic *Author ſub num.* 6. *cum Caball. cit. caſ.* 276. *num.* 10., & antè eum *Bajard. ad Clar. §. homicidium, num.* 226.

13 Ideo

Digitized by Google

13 Ideo ceſſante ratione ſtatuti, juſtè dici poteſt in eo fœminam non eſſe comprehenſam, ità in terminis voluerunt *Aym.conſil.9.num.77.* ubi quod indignatur Princeps fœminis indicere bellum, & hoſtes declarare, quod expreſsè deſumitur *ex l. quiſquis, §. ad fœminas, ff. ad l.Jul. Majeſt.* ibi quas pro fragilitate ſexus minus auſuras eſſe confidimus, *Author hic ſub num. 6. in fin. Brun. à ſol. qu. legal. qu.26. num.43. verſ. in hoc adverte, Caravit. ſuper pragmat.1. de exul.num.151.& ſeq. Dec.in cap. Dilecti, num.44. extra de Conſtit.* Ubi enim eadem ra-
14 tio, congruentia, & aptitudo non reperitur in fœmina, tunc maſculinum non comprehendi fœminum in ſtatutis, *Bartol. in l.1. in fin. ff. de pecul. Bald.in l.in multis, ff.de ſtat.homin.*, & ideo inquit *Plot.in l. ſi quando, num.826. C. unde vi*, quod ſtatutum loquens de Banditis, non comprehendit fœminam banditam, & ſequitur *Cavalc. de brach. reg.p.4.num.450.*, & generale eſt, ut ſtatuta, quantumvis generalia reſtringantur ex veriſimili mente ſtatuentium, habita ratione perſonarum loci, & temporis, *gloſſ.in l. tale pactum, § fin.* & ibi: *Bald. in notab. Jaſon.Caſtr.& alii, ff.de pact. Alex. conſ.46. n.2. lib.2. Roman.con:105. col.1.in fine, verſ.2. quia ſemper, Alderan. Maſcard. de gener.ſtat. interpetr. concluſ.2.num.260. Cartar.deciſ.1.num.175.* fœmina poteſt capi, & ideo non debet occidi, *Farinac. qu.32. num.48. Mut. deciſ. Regni Siciliæ 7. Author reſol.23. num.7.& 8.* Poteſt eſſe prægnans, & ideo ejus occiſio non debet permitti, quia iſta poſſibilitas eſt conſideranda, *Viv.opin.770.num.19.Bajard. §.homicid. num. 224.* fœmina non ſe comiſcet cum aliis Banditis per Campaneam occidendo, derobando, & publicam quietem perturbando, ideo captura ipſius, non occiſio permiſſa cenſeri debet, nec ideo comprehenſa in ſtatuto permittente banditos impunè occidi poſſe, *Jaſ.in l. ſi quis id quod, ff. de Juriſd.omnium Judicum*, ubi quod fœminæ non includuntur in ſtatuto pœnali ſimul, & correctorio juris communis ad hoc *gloſ.ſingul.in Clem. ut is qui verb.ex eiſdem de ætat. & qualit. Abb.ibid.& Butr. in cap.fin.in prima, & in 12. fallen. de conſuet. Lud. Roman., & Alex.locis per eum allegat. facit, tex.in l.ea quæ raro, ff.de regul.jur.* ubi quod lex ad ea non adaptatur, quæ accidunt de raro, *l. nam ad ea, ff. de legib., & l. ea ibidem*, & ut ita credi debeat neceſſariò, ſufficit dicere, quod Princeps fœminas reputare noluit hoſtes, ſed pro ſexus fragilitate minus auſuras eſſe confidit, *d.l. quiſquis, §. ad fœminas, Cravett. citato conſil.6.n.77.*, & eis movere bellum dedignatur *Paris de Puteo in ſuo tract.de re mil. verſ. an mulier num.1. & 2.* cum hoſtes declarare, & indicere bellum ſint idem, *l.qui nos 234.de verb. ſignif.* Et cum opinio *Cravett. Brun. à Sole, & Cavalc.* ſit magis æqua, relinqui poteſt opinio *Bald. in l.final. C. ſi contrà Jus, vel utilit.public.*, quæ nimis rigoroſa apparet, & contra mentem legis ad *tex.in d.l.nam ad ea, ff. de legibus*, & ſtatuentium, qui ſaluti Reipublicæ, & ejus tranquillitati, & quieti, permittendo Banditos occidi poſſe, voluerunt conſulere.

17 Benè eſt verum, quod ſi mulier bandita occideret Banditum, gauderet impunitate, & præmio, quia occiſus eſſet Reipublicæ inimicus, cum quo bellum erat indictum, ut advertit *Caravit. ſuper pragm.1.de exul.num.151.& ſeq.relat.per Farinac. qu.103. num.65.* idque videbimus *ex Conſtitutione Regni pœnam eorum*, forjudicationem non tàm in pœnam delicti proceſſiſſe, ſed perſeverationis in contumacia per annum, ut advertit *Merlin. Pignat.cent.1.cap.63. num.1. & ſeq.*, & deſumitur *ex Conſtitutione Marchiæ lib.4.cap.28. verſic. & ut hos certè*, ubi poſt eorum contumaciam ſex menſium, promittit præmium, & impunitatem capientibus, non autem occidentibus, ut inibi eſt videre.

18 Hinc deducitur, quod non ex eo, quod quis eſt Banditus impunè occidi poteſt, *l.relegati, & l.capitalium, §. in exulibus, ff. de pœn. Peregr. de jur. fiſc. lib.3. tit.7. num.1.* niſi lex municipalis id ſta-
19 tuat ultro, *Giurb. conſil. 3. num.19. in fin.* Et ideo fœmina poteſt bandiri, & in contumaciam condemnari, quia favor Reipublicæ ita requirit; & etiam poteſt præcipi, quod forjudicetur, & impunè occidatur, ſi qualitas delicti, & perſeverantia in contumacia forjudicationem ſuaderet, ut advertit Author ſub *num.6.* ſed ſpeciali lege, & Principis ordinatione, non autem uti incluſa, & comprehenſa in ſtatutis permittentibus banditos impunè occidi poſſe, cum ſolum debeat capi ad formam Conſtitutionis Marchiæ, *l.4.cap.28.verſic. & creſcente*, non occidi quicquid dicat *Bald.*, & cum eo *Farin. citata quæſt.103.ex n.91.*

Tertia difficultas, An comprehendatur in ſtatuto
20 promittente præmium delinquenti, facile reſolvitur pro negativa, tum quia hoſtis Principis, & Reipublicæ non dicitur, tum quia bellum dedignatur Princeps contra ſexum fœminilem indicere, tum quia eadem congruentia, & aptitudo non reperitur in fœmina bandita, quæ in bandito Viro, tum quia ſi non poteſt impunè occidi, ut in præcedenti diximus, tanto minus dici poteſt eſſe comprehenſa in ſtatuto præmium concedente occiſoribus, tum demum quia ita voluerunt in terminis *Angel.conſil.67.nu.1.& 2. Decius in cap. Dilecti, num.44. de except. Bajard. ad Clar. §. homicidium, num. 226. Caravit.pragmat.1. de exulibus, num.151.& ſequ.Farin qu.103.num.54.* ſub dubio ex dictis poſtea *nu n.65. Cabell. caſ.176. num.8. 9. & 10. Novar.Collectan.* ſuper Rubrica de ſententia forjudicationis *num.12. Author hic per tot.reſol.* Et ita in Bandimentis emanatis per Sacram Conſultam de tempore, quo Urbem moderabatur Eminentiſſ.D.meus Cardinalis Imperialis Progubernator anno 1661. ſub §.16. fuit expreſsè declaratum.
21 Ex qua declaratione firmari videtur opinio contraria, ut ſcilicet ſub ſtatuto permittente Banditos impunè occidi, ſit fœmina bandita comprehenſa ex obſervantia, quæ forſan in caſu contingenti, ita fuit ſtatutum interpetrata, & ita ad defenſionem occidentis, dictam fœminam banditam fateri non eſſet injuſtum ex poſt facto, per ea, quæ tradit *Far.q.39.num.106.verſ.Alex.conſ.65.num.5. loquitur poſt factum*, ſed quia talis interpretatio viſa fuit irrationabilis, ut apparere poteſt ex dictis, ideo fuit emendata, & correcta.

Et propterea niſi in eadem ſententia, & condemnatione ex ſpeciali Principis ordine non provideatur, & declaretur impunè occidi poſſe in ſtatuto generali, quo diſponitur banditos occidi poſſe impunè, fœmina bandita non comprehenditur ex dictis.

Hæc ſentio in hac controverſia doctiorum judicio corrigenda, ubi caſus acciderit.

SUMMARIUM.

Forjudicari non poteſt Clericus, aliàs forjudicatio eſt nulla.

2 *An præſentatis Bullis Clericatus, ſit ſuperſedendum in forjudicatione? & de praxi ſuper hoc obſervanda.*

3 *An ſit ſuperſedendum in forjudicatione, ſi præſententur*

runtur Bullæ Clericatus susceptæ in fraudem?

4 *Quid si præsententur Bullæ primæ tonsuræ assumptæ in fraudem, an adhuc sit supersedendum in forjudicatione?*

5 *Clericus assumptus in fraudem eximit à Jurisdictione Judicis laici, quoad pœnam corporalem tantum, non quoad pecuniariam.*

Cur exulatus, vel relegatus, si post Clericatum exilium, vel relegationem frangat, non possit puniri pœna pecuniaria, licet Clericatus in fraudem assumptus eximat Clericum à pœna corporali tantum, non à pœna pecuniaria? conciliantur decisiones, & doctrinæ.

6 *Quandonam dicatur Clericatus assumptus in fraudem?*

7 *An, & quando ingrediens Religionem post delictum eximatur à jurisdictione Judicis laici?*

8 *An si quis efficiatur Clericus, vel Religiosus post forjudicationem evitabit pœnam confiscationis bonorum?*

9 *Clericatus assumptus in fraudem non eximit à jurisdictione laicali, quoad pœnam pecuniariam, sive incursam, sive incurrendam.*

10 *An sit in hoc constituenda differentia inter pœnam pecuniariam, quæ principaliter imponitur, & illam, quæ in consequentiam pœnæ corporalis imponitur, & quandonam dicatur pœna pecuniaria principaliter, vel in consequentiam imponi?*

11 *An si præsentatis bullis, fiscus in contrarium afferat aliquam publicam scripturam contra allegatum clericatum, sit procedendum ad forjudicationem?*

12 *Quid si agatur de delicto, pro quo amittitur privilegium fori Ecclesiastici?*

13 *Et quid si allegetur fuisse quem Clericum tempore delicti, & constet eum esse laicum tempore, quo tractatur de forjudicatione, an sit procedendum ad forjudicationem, si Reus personaliter non compareat?*

An, & quando allegato Clericatu, & Bullis præsentatis sit supersedendum in forjudicatione.

RESOLUTIO IV.

1 CLericum non posse forjudicari, constat propter incompetentiam jurisdictionis, quam laicus Judex in Clericum exercere non potest, adeo ut si secus fiat ipsa forjudicatio proculdubio sit nulla, sive sit Clericus sæcularis, sive Religiosus, & Regularis, latè *Caravit. in pragm. 1. de exulibus num. 3. & seq. Foller. in verb. audiantur excusatores, num. 29. Franc. decis. 329. num. 2. Crass. de effect. Cleric. effect. 1. num. 357. & seq.* & licet attento

2 rigore *Ritus* 235. non possit Clericus forum declinare, nisi personaliter cum legitimis documentis compareat, receptum tamen in Regno omnes sciunt, ut præsentatis Bullis supersedeatur in forjudicatione, illæque recipiantur in forma judicii, sed ad instructionem Judicum, *Franc. dicta decis. 329. Rovit. in rub. ad prag. de sententia forjudicationis num. 11.* ubi quod Bullæ ponuntur extra processum, & testatur decisionis prædictæ praxim esse servandam etiam in Clericis non beneficiatis præsentatis bullis, & fide servitii in divinis, imò satis esse præsentationem bullarum validarum docet *idem Franc. decis. 668. num. 3.*, & hoc servatur quicquid in contrarium dixerit *Foller. in verb. audiantur excusatores num. 38. & seq.* & quicquid in contrarium videatur urgere *Rit. 269.* ubi quod ex parte citati nulla est admittenda exceptio nisi absentiæ, infirmitatis, aut captivitatis, nam dictus Ritus procedit quoad impediendam contumaciam citati ad informandum, quæ non est tanti præjudicii, non autem quoad impediendam forjudicationem, ex qua potest sequi præjudicium irreparabile, ut scilicet Clericus forjudicatus posset occidi antequam deveniret ad manus Judicis, ut perpendunt *Franch. & Rovit. supra alleg.*

3 Supradictam conclusionem ampliandam puto, etiamsi Clericatus esset assumptus in fraudem, puta ad evitandam pœnam delicti commissi, cum recepta sit opinio Clericatum etiam minorum ordinum assumptum in fraudem post commissum delictum inquisito prodesse quo ad effugiendum forum sæcularem respectu districtionis personalis, etiamsi inquisitus id fecerit, dum est à Judice sæculari est relaxatus sub fidejussoribus, dummodo Clericatus sit extra vincula susceptus, *Franc. dec. 209. decis. 384., & decis. 709. Foller. in Constit. Regni ad scriptitios num. 7. verb. 3. conclusio. Mastril. dec. 294. Caball. resol. 65. num. 9., & resol. 108. num. 10. Reg. Tapp. lib. 1. de jur. Reg. in tit. de Sacrof. Eccles. ad Constit. Regni de personis num. 28. & seq. Crass. de eff. Cler. effect. n. 1229. & seq.* ubi quod est necessaria degradatio Judicis Ecclesiastici ad corporaliter puniendum ejusmodi inquisitum, qui in fraudem Clericatum adsumpsit, *Dominus Reg. Sanfelicius dec. 2. num. 25. & seq.* moveor, quia cum Clericatus in hoc casu eximat personam à potestate Judicis laici, & ordines validè conferantur, in eo militat eadem absurdi ratio, quod scilicet ejusmodi Clericus facilè occidi posset auctoritate Judicis laici, si contra eum ad forjudicationem procedi posset à Judice laico, ex qua occidendi licentia nascitur, licet

4 secus esset, si quis in fraudem commissi delicti assumeret tantum primam tonsuram, nam tunc ad punitionem etiam corporalem non esset necessaria degradatio Judicis Ecclesiastici, *Covarruv. in lib. prac. q. cap. 32. num. 4. vers. 3. conclusio in fine Menoc. cons. 912. nu. 20. & 21., & Crass. de effec. Cler. effect. 1. num. 1133.* dixi respectu districtionis personalis, quia secus est quoad pœnam pecuniariam, quia quo ad illam data fraude remanet subditus Judici laico ob delictum commissum ante Clericatum, ut docent *prædallegati DD. præsertim Franc. dec. 384.* cui non contradicit *decis. 395.* dum ibi dicitur, quod relegatus, vel in exilium datus, qui durante exilio, vel relegatione efficitur Clericus, & postea frangit exilium, vel relegationem non poterit, nec pecuniaria, nec corporali pœna mulctari à Judice laico; nam casus decisionum differunt in *decis. num. 209. & 384.* ponitur casus in eo, qui post commissum delictum Clericus, seu Religiosus in fraudem efficitur, in casu vero *decisionis 395.* ponitur casus in eo, qui post Clericatum assumptum delinquit frangendo exilium, vel relegationem, unde nihil mirum, si de delicto, quod in Clericatu committit, non potest nisi ab Ecclesiastico Judice puniri; dicitur autem in fraudem assumi Clericatum,

6 si post accusationem, denunciationem, aut diffamationem, de delicto, quis Clericatum susceperit, *Foller. in dicta Constit. ad scriptitios nu. 7.* ubi quod si absque fraude, licet post delictum sit susceptus, remanet omnino exemptus à jurisdictione Judicis laici, *Farinac. quæst. 8. num. 110. Caball. resol. 108. num. 8 & seq.* ubi quod fraus præsumitur, si (ut supra) post accusationem, diffamationem, vel inquisitionem, aut multo magis post citationem ordines suscipiat, aut religionem ingrediatur, immo idem est, si statim post delictum, aut paulo post *Crass.*

effect. 1.

Digitized by Google

effect. 1. *num.* 1138. idem enim est, quoad hoc Cle-
7 ricatum suscipere, aut religionem ingredi, ut ex præcitatis locis patet, & decisum etiam testatur *Dominus Reg. Sanfelicius d. dec. 2. num* 27. ubi subdit posse contrarium dici ex dispositione *Bullæ Sixti V.*, quæ est in ordine 71. irritantis professionem inquisitorum, ad quod vide Bullam *Clem. VIII. n.* 83. aliud tamen esset dicendum in eo, qui post delictum in fraudem religionem ingrederetur absque professione, vel ordinum susceptione, *Farin. q.* 8.
8 *num.* 106. *Caball. resol.* 108. *num.* 17. *versic. & procedunt*. Ex his habemus, quod si quis post citationem & contumaciam, vel etiam post forjudicationem efficeretur Clericus vel Religiosus, non evitabit pœnam pecuniariam, vel confiscationem, quam ob citationem, vel forjudicationem incurrit;
9 deducitur etiam, quod si ob delictum duplex pœna à lege communi, vel statutaria imponatur nempe corporalis, & pecuniaria, non obstante Clericatu in fraudem poterit Judex laicus omissa corporali condemnare Reum ad pœnam pecuniariam, ita enim loquuntur præcitati Doctores, qui, ut videre est, intelligunt non solum de pœna pecuniaria, ad quam quis esset ante Clericatum condemnatus, sed etiam de pœna imponenda inquisito, qui in fraudem Clericatum assumpserit, dum eum qui post accusationem, denunciationem, diffamationem, vel inquisitionem, seu citationem Clericus efficitur, fraudolenter id facere præsumendum dicunt, eumdemque non habita ratione, an sit nec ne condemnatus quoad pœnam pecuniariam remanere sub potestate Judicis sæcularis concludunt; quod
10 rursus intelligo, nisi pœna pecuniaria non æquè principaliter, sed in consequentiam pœnæ corporalis veniret imponenda, quia tunc cum non possit imponi pœna corporalis, quæ est principalis, corruente pœna principali, necessario, corruit, & pœna pœcuniaria, quæ est accessoria, ex regula, quod accessorium non potest stare sinè principali, *Gomez tom. 3. variar. resolut. cap. 1. de delictis num.* 82. *Farinac. quæst.* 10. *num.* 47., *& alii per eos relati*; dicitur pœna pecuniaria cum pœna corporali principaliter imponi, quando lex utitur copula, & exempli gratia, si dicat lex pro tali crimine incurrat quis pœnam mortis, & ducatorum mille, vel confiscationem, *Giurb. cons.* 48. *num.* 25. *Menoc. cons.* 99. *num.* 56. dicitur in consequentiam imponi, & accessoriè cum non expressè, & principaliter, sed in consequentiam alicujus condemnationis corporalis imponitur pœna pecuniaria, ut probat *text. in l. 3. C. si pendent. appell., & l. fin. C. si reus vel accusator*, exemplum in confiscatione bonorum, quæ non principaliter, sed imponitur in consequentiam forjudicationis, ut constat *ex Constit. Regni pœnam eorum, & const. forjudicatorum bona*, & declarat *Franc. decis.* 213. *num.* 28., & auctoritate *Afflict. Giurb. cons.* 58. *num.* 21. vel cum lex licet exprimat pœnam pecuniariam, cum corporali utitur dictione cum *Giurb. cons.* 58. *num.* 24. *Peregr. de jur. Fisci lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 40. *Farinac. quæst.* 10. *nu.* 47.
11 Supradicta praxis supersedendi in forjudicatione præsentatis Bullis Clericatus cum temperamento intelligenda est, nisi scilicet pro fisco adversus Bullas afferatur aliqua scriptura in contrarium convincens, tunc enim si ex parte citati alio modo fundandus esset Clericatus ad excludendam fisci intentionem judicialis hæc discussio non posset fieri reo non comparente personaliter contra allegatum Ritum, & mentem Doctorum supra allegatorum, qui ad extrajudicialem Judicis instructionem praxim prædictam admittunt, ubi nihil affertur quod Bullis contradicat, neque admittunt judiciariam cognitionem; hinc annis elapsis cum fuisset citatus ad forjudicandum Franciscus Iarace pro oculo violento, & à consanguineis essent productæ Bullæ Clericatus, fuit ex adverso præsentata fides authentica attestans ipsum Franciscum esse Medicum publicè stipendiatum, & non reperiri descriptum in tabella Ecclesiæ, cujus servitio erat adscriptus, & in qua cæteri Clerici erant descripti, & ideo Mag. Curia decrevit esse forjudicandum, & facta relatione per Dominum Reg. Sanfelicem tunc Consiliarium, & Judicem M. Curiæ nunc meritissimum Regentem die 20. Octobris 1630. (ex quo M. Curia erat delegata) in Collaterali Consilio eadem causa remissa fuit ad M. C., qnia censuit non adesse gravamen.
12 Temperanda II. hæc praxis est, ubicumque agitur de delicto, pro quo potest laicus Judex contra Clericum procedere, ut si agatur de crimine assassinii servata forma *c. pro humani de homicidiis in* 6. vel agatur contra Clericum inveteratum in grassaturis, & tyranniis cum dimissione habitus Clericalis, juxta terminos *decisionis de Franc.* 463. *Carav. prag. 1. de exulib. num.* 113. *& seq. Farinac. qu.* 103. *num.* 143.
13 Eandem praxim III. limitandam censerem ubicumque ad evadendam forjudicationem allegaretur citatum ad forjudicandum fuisse Clericum tempore delicti, cum constet ex actis tempore citationis eum laicum esse, nam licet sit proculdubio tempus delicti inspiciendum esto, quod Judex laicus in captura præveniisset, ut rejecta opinione *Caravitæ in Rit.* 66. *num.* 10. verius absque præventionis distinctione censuerunt *Gramm. decis.* 20. *Franc. decis.* 417. *num.* 10. *Caball. resol.* 147. *num.* 12 *Bovadig. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 34. *Giurb. cons.* 15. attamen in hoc casu comparendum Reo personaliter esset, cessaret enim in hoc ratio considerata per *Franc. supra allegat.* evitandi scilicet absurdi, quod resultaret ex prolatione sententiæ, ut scilicet Clericus antequam capiatur posset interfici cum præjudicio Clericatus irreparabili, in hoc enim casu si contingeret propter contumaciam non comparentis proferri sententiam forjudicationis, & forjudicatum ob dictam sententiam occidi, non Clerici, sed laici occisio sequeretur, & sibi imputari deberet, cum valuerit comparere ad allegandam præteriti Clericatus exceptionem nec voluerit, & juxta hanc opinionem decisum est per *Doctissimum D. Regentem Merlinum*, ejusque decisio fuit approbata per Collater. Consil. ut ipse testatur *controv. for.* 49. *num. fin. tom.* 1.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *EXceptio Clericatus potest opponi ad impediendam forjudicationem per alium, etiam quod Clericatus fuerit assumptus in fraudem* n. 2. & 5.

2 *Ponitur casus, & resolutio Sacræ Congregationis cujusdam Clerici moniti in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum, qui post delictum commissum habitum in fraudem reassumpserat* n. 3. usq; ad 18.

3 *Clerici non secundum leges, sed secundum Sacros Canones sunt judicandi.*

4 *Cardinalis Legatus exercet jurisdictionem in Laicos, & Ecclesiasticos, sed vide* resolut. Sac. Congreg. sub num. 18.

5 *Judex suæ jurisdictionis certus esse debet.*

6 *Judex temporalem, & spiritualem Jurisdictionem habens, præsentatis bullis Clericatus, procedit contra citatum uti Clericum, non uti Laicum.*

Digitized by Google

7 *Clericus licet fraudulenter ordinem susceperit Canonis privilegio fruitur.*

8 *Episcopus punit, & cognoscit Clericum quando ipsum foro, ac privilegio Clericali non privavit.*

9 *Clericus, qui propter fraudem, fori privilegium amittit, privilegium Canonis retinet.*

10 *Clericus beneficio renuncians, Clericatui renunciasse non censetur.*

11 *Renunciatio Clerici Clericatui ejusque privilegio, fieri debet in manibus Episcopi, & in casu reassumptionis habitus apponenda est pœna ipsius privilegii amissionis.*

12 *Clericus in contumaciam requisita Sacri Concilii probare non tenetur.*

13 *Sola productio bullarum sufficit ad hoc, ut Clericus privilegio Clericatus gaudeat.*

14 *Clericus à Curia seculari non cognoscitur, licet habitum in fraudem reasumpserit.*

15 *Requisita Sacri Concilii in odium Clerici, non Episcopi processerunt.*

16 *Clericus non est privandus privilegio Clericatus, nisi assignato prius ei termino ad se defendendum.*

17 *Curia Laicalis contra Clericum à procedendo desistit per solam ostensionem bullarum Clericatus.*

18 *Clericum propter reassumptionem habitus in fraudem non amittere privilegium Clericatus, referuntur plures resolutiones S. Congregationis.*

19 *Clericus post sententiam ordines dolo, & fraude suscipiens punitur à Judice seculari, si agatur de pœna pecuniaria, vel amissione bonorum, & n.22.*

20 *Clericus habitum reassumere potest sine licentia Ordinarii, etiam quod lævis se immiscuerit.*

21 *Clericatus assumptus in carceribus non operatur causa remissionem neque quoad bona, neque quoad personam; fallit quando Reus detineretur sub cautione, vel post sententiam ordinem susciperet, & num.22.*

23 *Miles Hierosolymitanus creandus fori privilegio non gaudet.*

24 *Novitii Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, nondum facta per eos professione fori privilegio fruuntur.*

25 *Clericus dolo, & fraude Ordinem suscipiens, seu habitum reassumens, an & quando pro confiscatione bonorum puniri possit per Judicem laicum? n.27. & seqq.*

27 *Laicus si fuit præventus per Judicem secularem, & causa pendente efficiatur Clericus, non per hoc causa eximitur à foro Curiæ secularis.*

28 *Judex secularis potest etiam corporaliter punire delinquentem, qui post delictum, Clericatum assumpsit, sed postquam fuit degradatus à Judice Ecclesiastico, & quid si Judex Ecclesiasticus nolit ipsum degradare, & quid si delictum commissum degradatione dignum non sit? num.29.*

29 *Clericus primæ tonsuræ, an sit degradandus ad hoc, ut à Judice laico possit puniri, & num.32. & 33.*

30 *Judex laicus contra Clericum, qui post causam ab eo præventum ordinem suscepit, vel habitum reassumpsit, procedit ad pœnam pecuniariam, & confiscationem, sive confiscatio veniat principaliter, sive accessorie, declaratur, num.26.*

31 *Clerici persona per Judicem laicum non potest tangi.*

32 *Clericus tonsuratus, an uti Clericus sit tractandus? & num.33.*

34 *Laicus faciens se Clericum ex voto, dicitur non in fraudem Clericatum assumere, quamvis illum assumat post delicti delationem, & accusationem, tamen debet de voto constare aliter, quam per Juramentum delinquentis.*

35 *Laicus faciens se Clericum ex voto post delictum, probare debet illud emisisse de tempore non suspecto.*

37 *Gubernator Urbis etiam contra Clericos procedit ad pœnam ordinariam.*

38 *Episcopus, an habeat necessitatem degradandi, & consignandi Clericum Judici laico?*

39 *Bonorum annotatio, & confiscatio, an sit pœna criminis, vel contumaciæ, & quomodo practicatur non obstante dispositione* Authen. bona damnatorum, C. de bon. proscript.

40 *Confiscatio in consequentiam cessat non condemnato Reo in pœnam mortis, sed contrarium observatur per Sacram Consultam, & alia Tribunalia Urbis.*

41 *Referuntur plures conclusiones in materia confiscationis remissivè.*

RESOLUTIO IV.

1 CLericus, si uti laicus per Judicem sæcularem citetur, poterunt pro ejus parte, Consanguinei, Parentes, & Amici comparere, & literas Clericatus producere ad impediendam forjudicationis sententiam. Hoc dicit Author in hac quarta sua Resolutione inferens postea ad quæstionem Jurisdictionalem, an scilicet eadem observari debeant, si Clericatus assumatur in fraudem.

2 Ista quæstio fuit tractata solemniter mensibus elapsis an. 1665. in causa D. Hippolyti Gambæ moniti in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum per Curiam Legationis Romandiolæ pro adulterio violento cum aliis circumstantiis gravantibus per eum commisso, ita enarrabat monitorium, & non obstante Clericatu allegato per Patrem, ex quo supponebatur habitus relictus, & post delictum in fraudem assumptus, immò post citationem ut existimabat Fiscus; Curia prædicta, habita prius declaratione per Curiam Episcopalem: non gaudere privilegio Clericatus; processerat ad condemnationem pœnæ comminatæ. Articulus pro parte Clerici, sive ejus Patris fuit introductus in Sacra Congregatione Eminentissimorum super controversiis Jurisdictionis Immunitatis Ecclesiæ, & ab ea emanavit resolutio, quæ ponitur in calce post allegationes, quæ in eadem Curia Legationis ne ad pœnam comminatam procederet, & deinde in Sacra Congregatione post sequutam condemnationem, articulo inibi introducto, & relatione habita pro articuli resolutione fuerunt productæ.

Eminentiss., & Reverendiss. Dom. Cum fuisset monitus in pœnam vitæ, & confiscationis
3 bonorum per Curiam Legationis Ravennæ Clericus Hippolytus Gamba, uti purus laicus pro certo delicto ei in illa Curia imputato, comparuit D. Jo: Baptista ejus Pater producendo bullas sui Clericatus, & institit contra ipsum procedi uti Clericum, & secundum dispositionem Sac. Canonum judicari, non secundum leges laicales, & juris communis Imperatorum ad *tex. express. in cap. quod Clericus de for. compet. Turrecremat. in c. continua 11. qu. 1. num. 2. in c. inter hæc 33. qu. 2. & in c. lege Imperatorum distinct. 10. Mart. de jurisdict. par. 4. cas. 50. n. 1. Cartar. decis. 1. num. 74. & 223.*

Habet enim Eminentiss. Cardinalis Legatus utram-
4 que Jurisdictionem cognoscendi, & puniendi, tùm delicta Laicorum, tùm Ecclesiasticorum, licet per diversos Judices, seù Locumtenentes; unde certus esse debet de sua jurisdictione *Rota decis. 21. de concess. præben. in nov. dec. 143. par. 2. recent. & dec. 265. num. 3. par. 7.* & certus conditionis illius, quem præcipit decapitari *ex l. qui cum alio, ff. de reg. jur.* quæ

locum

Digitized by Google

locum etiam habet in criminalibus, & in delictis *Bald. in l. ex morte, C. ad l. Aquil. Alexan. conſ. 77. num. 6. lib. 2. Cartar. de capt. band. cap. final. num. 26.* & ſucceſſivè, an uti Judex Eccleſiaſticus procedat, & procedere habeat, an verò uti ſæcularis ex tradit. per *Felin. Gigant.* & alios per *Sperell. dec. 133. n. 48.*

5 Nam ſi utramque poteſtatem non exercet Legatio, ſed temporalem ſolum, inſpectis bullis Clericatus inquiſiti, à procedendo ulterius in cauſa ſe abſtineret, ut obſervant omnes Judices Regni, & omnia Tribunalia, non obſtante ritu antiquiſſimo Magnæ Curiæ Vicariæ *ex Vinc. de Franc. deciſ. 329. num. 1. & per tot. Merlin. Pignat. cent. 1. cap. 49. num. 23. Campan. prax. foriud. reſol. 4. num. 2. Guazzin. def. 12. c. unico num. 49.*

Productis ergo bullis Clericatus, erat procedendum
6 contra citatum uti Clericum, non uti laicum, licèt prætenderetur in habitu, & tonſura non inceſſiſſe, vel quia privilegio fori ſi non gaudeat Clericus ex diſpoſitione *S. Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6.* ex quo cætera inibi requiſita non habeat, non per hoc privilegio Canonis erit privatus *Bonac. de legib. diſp. 20. qu. 2. punct. 1. §. 4. n. 20. Dian. reſol. mor. par. 1. tract. 2. de immunit. Eccleſ. reſol. 36. Paul. Squill. de privil. Cleric. cap. 12. dubit. 1 per tot. Sanfel. dec. 2. num. 4. De Marin. lib. 1. cap. 47. num. 37. Barboſ. in eſpoſit. Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 6. n. 34. P. Comit. reſp. mor. lib. 6. q. 20. n. . .* quod etiam in Clericatu in fraudem aſſumpto locum habere refert *Sanfelic. deciſ. 2. n. 24.* Vel quia in contumaciam procedens Judex laicus, viſis bullis, convenit ſuperſedere, abſque alia requiſitorum probatione, ut obſervant laicales Judices, & S. Conſ. Neapol. cum multa in facto deduci poſſint, vel ad excuſationem Rei à dictis requiſitis, vel ad illorum probationem, nec interim procedi debeat ad condemnationem, ut advertunt *Merlin. & Franc. loc. ſup. allegat.* Vel quia reaſſumptio habitus, etiam in fraudem, juvat Clericum, ut foro Eccleſiaſtico fruatur, ſaltem quoad diſtrictionem perſonalem *Mart. de juriſd. par. 4. cent. 2. caſ. 21. ex num. 10. uſq; ad 19. Ricc. dec. 357. par. 4. Dian. par. 1. reſol. mor. tract. 2. reſol. 28. Carleval. de judic. diſput. 2. num. 448. & 909. Squill. de privileg. Cleric. c. 7. num. 33. De Marin. cap. 48. num. 6. c. 50. n. 9. & 10. lib. 1. Barboſ. ad eſpoſit. Sac. Concil. d. ſeſſ. 23. c. 6. n. 31. Giurb. conſ. 15. n. 34. Sanfel. deciſ. 2. n. 23. 24. & ſeq. Cartar. deciſ. 17. n. 25. & 26.* cum pluribus ab iiſdem Authoribus relatis, & ità reſolutum refert in Sac. Congregatione Concilii *De Marin. d. cap. 50. num. 10. in fin.* & ita etiam reſolutum comperitur per hanc Sacram Congregationem ſub *die* 26. *Septembris* 1630. in una Cuſentina, & in alia Firmana ſub *die* 7. *Auguſti* 1640. & ſub *die* 17. *Decembris* 1630. in alia nullius S. Laurentii in Campo, & alias paſſim.

Vel tandem, quia coram Judice Eccleſiaſtico, & ſuc-
8 ceſſivè in Curia Legationis utramque poteſtatem, Laicalem, & Eccleſiaſticam exercente, Tridentini requiſita non deſiderantur, cum ſemper poſſit Epiſcopus ſuum ſubditum punire, judicare, & cognoſcere, dummodo trina monitione præcedente, eum foro, & aliis privilegiis Clericatus non privaverit *Sperel. dec. 17. n. 33. Thom. del Bene cap. 4. diſp. 8. n. 42.* cum in præjudicium ipſius Clerici Tridentina diſpoſitio ſucceſſerit, non in præjudicium Epiſcopi, inquiunt DD. præfati.

9 Nec videtur admittenda reſolutio facta per Curiam Legationis, & tanto minus per Curiam Epiſcopalem in præjudicium ordinis Clericalis, declarando talem Clericum privilegio fori non gaudere, tum quia gauderet ſaltem privilegio Canonis *ſuadente Diabolo*, ex quo impeditur Judex laicus contra Clericum manum imponere ex *Sanfel. dict. dec. 2. n. 24. Barb. l. ſi quis poſtea quâ n. 233. ff. de inoff. teſt. & Cartar. dict. dec. 17. n. 27.* tum quia Dom. Epiſcopus Author illius declarationis videtur adhærere opinioni eorum, qui voluerunt Clericatu non obſtante procedi poſſe coram Judice ſæculari, ſi in fraudem ſupponatur Clericatus ordinem ſuſcepiſſe Inquiſitum, quæ eſt communiter reprobata, & ita per Sacram Congregationem pluries declarata, tùm demum, quia aliis requiſitis non indiget Epiſcopus ubi contra Clericum vult ipſe procedere, & ſucceſſivè, nec Curia Legationis utramque poteſtatem exercens.

10 Nec aliquid facit renunciatio beneficii per annum antea ſuccedens, quia immò magis juvat Clericum, ut privilegio fori potiatur, cum ſemel beneficium Eccleſiaſticum obtinuerit *ad præfati Concilii Trid. diſpoſitionem c. 6.* ibi: *Aut beneficium Eccleſiaſt. obtinuerit*, non enim dicit, quod debeat retinere, & poſſidere, ſed obtinere, nec ex eo, quod beneficium renunciaverit, renunciavit etiam Cle-
11 ricatum, & quando etiam talis renunciatio ſucceſſiſſet, nec impediret iterum habitum reaſſumi, & eo reaſſumpto poſſe Clericatus privilegio gaudere, niſi renunciatio in manibus Epiſcopi fieret, & pœna amiſſionis privilegii apponeretur in caſu reaſſumptionis, ut refert deciſum *De Marin. lib. 1. c. 49. num. 4. & 5.* Caſus iſte bis fuit judicatus in Tribunali Urbis Gubernatoris, & moderatum fuit monitorium, quod prius emanaverat in pœnam vitæ, & confiſcationis bonorum prius de tempore Eminentiſs. Cardinalis Bonelli tunc Urbis Gubernatoris, in cauſa Franciſci Cæſarini, & poſtmodum de tempore Eminentiſs. Cardinalis Imperialis Progubernatoris in cauſa Joſephi Galeoti Vallis Montanæ, & ità ſperatur confirmandum, & declarandum per Sac. Congregationem in præſenti caſu, ne ex facto ſubditi præjudicium fiat Epiſcopo ſuperiori Eccleſiaſtico, & toti ordini Clericali.

Quare, &c.

Eminentiſs., & Reverendiſs. Dom. Dignentur EE. VV. reaſſumere informationes alias datas in præſenti cauſa, quæ fuit relata ſub die 28. Aprilis proximi præteriti, & ordinatum D. Archiepiſcopo Ravennæ pro tranſmiſſione proceſſus; Etenim apparet ex iiſdem informationibus, eumdem Hippolytum privilegio Clericatus non debuiſſe privari per eandem Curiam, nec uti purum laicum per Curiam Legationis fuiſſe in contumaciam puniendum, ſed uti Clericum ad formam Sacrorum Canonum ex pluribus fundamentis.

12 Primò, quia requiſita Sacri Concilii non ſunt ſolita probari in contumaciam, ſed ſola productio bullarum ad finem certificandi dictam Curiam Legationis de ſtatu illius Rei contra quem intendit procedere.

13 Secundò, quia nec minus requiſita ſunt neceſſaria ad finem gaudendi privilegio Clericatus, & Canonis, *ſi quis ſuadente Diabolo 17. q. 4.*

14 Tertiò, quia reaſſumptio habitus, dato centies, quod ſucceſſiſſet in fraudem, impedit Curiam ſæcularem, ut contra Clericum poſſit procedere ſaltem, quoad diſtrictionem perſonalem.

15 Quartò, quia requiſita Sacri Concilii in odium ipſius Clerici proceſſerunt, non in præjudicium proprii Epiſcopi, qui ſemper poteſt ſuum ſubditum vindicare, & caſtigare, ut inibi oſtendebatur, & probant *Sperell. deciſ. 133. num. 84.* immò eſt obligatus ex traditis per *Bellet. diſquiſit. Cler. par. 1. §. 12. n. 15.* cum privilegium Clericale, trina monitione non præcedente, non amittatur *cap. Clerici de judic. c. 2. de for. compet.* & pro quocumque delicto atroci, &

Digitized by Google

atrocissimo, unico tamen, Clericus privilegio fori non privatur, etiam si habitum, & tonsuram, non deferret *Salzed.ad Diaz.pract.crim.can.c.*139.*Cabal. cas.*60.*n.*21.

16 Idque facilius, in præsenti speratur resolvendum, cum Curia Archiepiscopalis processerit ad dictam declarationem injustè, & nulliter, nullo dato termino eidem Clerico ad probandum incumbentia, nec habita consideratione de reassumptione habitus, quasi facta in fraudem, & ita inutilis ad quemcumque effectum, cum tamen illa ab omnibus admittatur saltem, ut persona Clerici tangi non possit, quicquid alias dubitetur respectu suorum bonorum.

Quare, &c.

17 Eminentiss., & Reverendiss. Dom. Ex sola ostensione bullarum Clericatus, quando per Curiam sæcularem procedi intenditur contra Clericum, uti laicum, nulla alia extrinseca probatione necessaria circa requisita observatur passim in Tribunalibus laicalibus supersederi in causa ex *Vincent.de Franc. decis.*329. *num.*1. *& per tot. Merlin. Pignat.cent.*1. *c.*49.*num.*23. *Guazz.def.*12.*c.unic.num.*49. *Campan. praxi for.jud.resol.*4. *num.*2. quia licet Clericus cætera requisita Sacri Concilii nunquam haberet, non per hoc privilegio Canonis esset privatus, *Bonac.de legib.disp.*20.*quæst.*2.*punct.*1.*§.*4.*n.*20. cujus virtute Judex laicus Clerici personam tangere non potest *Barbos.in l. si quis posteaquam num.*233.*ff.de inoffic. testam. Sanfel.dec.*2.*n.*23. *&* 24. *Paul.Squil.de priv. Cler.c.*12.*dubit.*1.*per tot. De Marin.var.lib.*1.*c.*47. *num.*23. *P.Comitul.respons.mor.lib.*6.*qu.*20.*num.... Dian.resol.mor. par.*1.*tract.*2.*de Immunitat.Eccles. resol.*36.

Verum in præsenti cum ordine Sacræ Congregationis processus fuerit fabricatus per Curiam Archie-
18 piscopalem Ravennæ, tam super incessu Clerici Hippolyti sine habitu Clericali, per annum ante delictum prætensum, quam super renunciatione beneficii ante omissionem habitus (in quo se fundavit eadem Curia Archiepiscopalis, quando declaravit eundem Hippolytum privilegio Clericali non gaudere) quam etiam super reassumptione habitus, & Divini servitii, de qua constat per publicam attestationem Vicarii Episcopi Veronen. Creditur resolvendum esse eundem Clericum pro Clerico reputari debere, & privilegio fori gaudere, juxta plures resolutiones, tam hujus Sacræ Congregationis, quam Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, ut refert *De Marin.cap.*50.*l.*1.*num.*9. *&* 10. ubi refert resolutiones hujus Sacræ Congregationis. Aliam resolutionem refert *Barbos. super expositione Sacri Concilii Tridentini sess.*23. *cap.*6. *sub num.*30. Aliam refert *Barbos.de jur.Eccles.Univers.lib.*1.*cap.*39.*num.*88. Aliæque dantur authenticæ sub *die* 7. *Augusti* 1640. in causa Firmana, & in alia nullius Sancti Lautentii in Campo sub *die* 17. *Octobris* 1630. in alia Cusentina sub *die* 16. *Septembris* 1630. Adeout saltem, quoad districtionem personalem, nullam existimetur reperiri posse difficultatem, maximè quia minor est D. Hippolytus, quem privare beneficio Clericatus absque monitione ob defectum requisitorum durior videtur resolutio ad *tex.in l.ferè in omnibus, ff.de regul. jur.* cum inibi latissimè cumulatis per *Gloss. in l.*1. *& tot.tit.ff.de minor.*25.*annorum.*

Quare, &c.

Sac. Congregatio in hac eadem causa D. Hippolyti respondit: Gaudere privilegio fori, quoad personam, ideoque moderandam sententiam Eminentissimi Legati *die* 18.*Augusti* 1665.

Cusentina, Marchio Thomas Franciscus Spinellus Sacra Congregatio, &c. respondit. De jure Clericos, quandocumque posse reassumere habitum, illosque post reassumptionem exemptos esse à Jurisdictione laicali, quoad personam, sed si fraus subsit, quam Judex Ecclesiasticus inspicere debet, posse Judicem laicum processui, finem imponere, & contra illos realiter, quoad bona procedere. *Die* 16. *Septembris* 1630.

Firmana. Jo: Baptista Oliverius Sac. Congregatio, &c. Respondit Clericum Franciscum Calderonum, etiamsi propria auctoritate habitum Clericalem reassumpsit post delictum, & processum, gaudere debere privilegio fori, & à jurisdictione Judicis laici liberatum esse, quoad personam, quod si fraus subsit, quam Judex Ecclesiasticus inspicere, & declarare debet, posse Judicem laicum processui finem imponere, & contra illum realiter, quoad bona procedere. *Die* 7.*Augusti* 1640.

Nullius S. Laurentii in Campo Sacra, &c. censuit contra Claudium Amatorium, qui habitum, & tonsuram, & servitium Ecclesiæ reassumpsit in fraudem post sententias contra eum latas à Judice sæculari, licere Judici laico procedere realiter quoad bona, non autem quoad personam. *Die* 17. *Decembris* 1630.

Sequuntur aliæ resolutiones ejusdem S. Congregationis circa exemptionem Clericorum à jurisdictione Legati.

Die 21. Maji 1637. Sacra Congregatio, &c. Censuit causam tam civilem, quam criminalem adversus Clericum, quamvis consentientem non posse absq; speciali facultate manu Sanctissimi signata in prima instantia ab A.C. aut à Legato de Latere cognosci, nisi Episcopus etiam consentiat: *& in Bononien.*24.*Augusti* 1641., & in aliis.

Idem fuit resolutum in Signatura Gratiæ coram fel. record. Paulo V. ad favorem Curiæ Archiepiscopalis Ravennat. opponente Cardin. Rivarola tunc Provinciæ Romandiolæ Legato in Congregatione particulari ab Urbano VIII. fan. mem. deputata 20. Januarii 1629. cum approbatione ejusdem Summi Pontificis Die 30. ejusdem.

19 Author tamen hic disputat articulum Clericatus assumpti in fraudem, casus autem relatus Hippoliti Gambæ, qui accidit disputari in Sacra Congregatione, & in Curia Legationis erat reassumptionis habitus post delictum, & post citationem, & datur resolutio in illa Nullius Sancti Laurentii die 17. Decembris 1630. in qua idem fuit declaratum de habitu reassumpto post sententiam.

In paritate autem utriusque casus, existimo jure magis licito reassumi posse habitum Clericalem, quam tonsurari, & clericari post delictum, post citationem, & post sententiam, quia magis jure suo
20 uti videtur Clericus, dum de jure Clerico delinquenti sine habitu, illoque dimisso prohibitum non reperitur illum postea reassumere, quandocumque etiam sine licentia Ordinarii, & etiam si sævis, & enormibus se immiscuerit, & statum pertransierit ordini Clericali repugnantem, ut probat *Ricciul. de jur.person.extr.Eccl.grem. existentium lib.*7.*c.*6. *num.*10., & patet ex eadem dispositione *Sac.Concilii sess.*23.*c.*6. ubi non decernitur, quod Clericus non incedens in habitu, & tonsura amittat privilegium Clericale, quo casu esset magis difficilis recuperatio, quasi de privatione ad habitum, sed quod privilegio non gaudeat, idque est adeo verum, ut cætera privilegia Clericalia retineat, *Cavalcan. de brach.reg.par.*1.*num.*104. *Bonac.de legib. disput.*20. *qu.*2. *punct.* 1. *§.*4. *num.* 20. cum aliis allegatis sub *num.*9., & in nostris terminis, quod Clericus postquam sævis se immiscuerit, & ad bellum profectus

fuerit

Digitized by Google

fuerit reassumere possit habitum Clericalem, & gaudere privilegio Clericatus, *Joan. Andr. in cap. unico de Cleric. conjug. in 6. Clem. 1. vers. quandiu de vit. & honest. Cleric.*, & ibi *gloss. verb. recuperarunt*, quam DD. communiter approbant, ut testatur *Ricciul. d. lib. 7. cap. 5. num. 23. vers. At privilegium*, *Caren. resolut. 11. num. 12. Molin. de just. & jur. tom. 4. disput. 56. num. fin. Ricc. decis. 167. par. 2.* ubi talem Clericum gaudere privilegio Clericali refert etiam si sine licentia Episcopi habitum reassumpserit, non obstante Constitutione Synodali illius Curiæ Archiep. *Novar. super pragm. Regni de Cleric. prag. 4. num. 12. & 13. Barbos super expos. Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 6.* ubi ita refert per Sacram Congregationem resolutum, *Caren. dicta resol. 11. num. 16.* Si igitur sævis se immiscens Clericus ipso jure amittit privilegium Clericale *ex Decian. tract. crim. tom. primo lib. 4. cap. 9. num. 87.* & tamen illud recuperat per reassumptionem habitus, securius gaudere debet, qui solum illum relinquit, sed non mutat statum ordini repugnantem.

21 Sed prævenia causa, & persona per carcerationem, quod neque quoad bona, neque quoad personam gaudeat privilegio Clericatus voluerunt *Jo: Andr. in cap. 1. num. 20. de oblig. ad ratiocin. non ordin. Card. Zabarel. ibidem num. 2. vers. 9. quæro circa fin. Butr. num. 12. Panormit. num. 5. post medium Imol. num. 6. Anchar. num. 2. circa fin. vers. 6. est opinio, & in cap. eaque 26. num. 19. quæst. 13. vers. 1. casu de regul. jur. in 6. Cappel. Tholos. dec. 347. Federicus de Sen. quæst. 97. num. 5. vers. item quæro numquid sit verum, Soccin. in cap. Proposuisti num. 53. in fin. de for. compet. Bartol. in l. 1. nu. 3. in fin. ff. de pœn.* cum aliis pluribus relatis per *Cabal. cas. 108. num. 2. Franc. decis. 209. num. 3.* ubi dicit, quod omnes sequuntur istam opinionem, & *decis. 384. num. 14. Cancer. var. lib. 2. cap. 2. num. 136. & 137., & in Codicibus additionatis ex num. 148.* ubi referuntur duo casus, in quibus rei in carcere existentes pro gravioribus delictis fuerunt tonsurati, & fuit judicatum procedi ad ulteriora coram Judice sæculari, *Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. num. 908. Fontan. decis. 312. num. 23. & 24. Farin. consil 77. nu. 11.*

22 Quod tamen non esse admittendum dicit *Franch. decis. 209.* ubi reus detineretur sub cautione, vel post latam sententiam forjudicationis ordinem susceperit, vel emitteret professionem, sed tunc quoad districtionem personalem esset remittendus Judici Ecclesiastico, ut postea decisum refert *decis. 384. & decis. 709. Tapp. de jur. Regn. in conflit. de person. num. 32. lib. 1. Carleval. cit. disput. 2. q. 7. nn. 909.* & datur resolutio Sacræ Congregationis sub die 7. Augusti 1730., & aliæ referuntur per eundem *Carleval. loc. cit. sub num. 909.*, & per *Sanfel. decis. 2. ex num. 27.* ubi eam ponit per extensum, & revocatam refert sententiam contrariam, ut *num. 22. & 26.*, & ultro conveniunt *Mastrill. dec. 294. ex nu. 11. Mart. de jurisd. par. 4. cas. 121. ex n. 3. Graff. de effect. Cler. effect. 1. num. 1138. Cabal. cas. 108. num. 2. Cart. de exequut. sent. capt. band. cap. fin. num. 308. Giurb. cons. 15. num. 34. Thor. in suo compend. decis. .... lib. 1. verbo Clericus, vel Professus fol. 81.*

23 An autem dicendum sit idem de milite Hyerosolimitano, qui de proximo esset habitum susceptu-
24 rus, an inquam uti proximè accingendus habeatur pro accinto *ex tex. in l. penultima, ff. de milit. testam.*, negativè resolvit *Petr. Cabal. cas. 65. ex nu. 1.* Verùm non omittas videre *Sanfel. dec. 251. per totum*, ubi plenè disputato articulo, An Novitius Religionis Hyerosolimitanæ gaudeat fori privilegio, dato quod adhuc non fuerit professus, nec permanserit in claustro refert decisum affirmativè, prout cæteri Novitii aliarum Religionum cum *Reg. Valenzuola consil. 95. nu. 53. lib. 1. Giurb. cons. 77. nu. 15. Rovit. consil. 96. per totum, Novar. quæst. forens. par. 1. quæst. 42. num. 13. Carleval. de judic. disput. 2. qu. 6. sect. 3. num. 429., & Dian. resol. mor. tom. 4. tract. 1. de Immun. Eccles. resolut. 36.* respondens ad dispositionem S. Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 11. in fin.* quæ videbatur obstare, ut ea procedat non derogando Jurisdictioni Ordinarii, sed non per hoc intelligenda, ut talis Novitius subjiciatur foro laicali cum *Carleval. cit. disput. 2. qu. 7. num. 444.* ubi quod Novitii degentes in sæculo cum licentia, & permissu Superioris, dicuntur etiam intra sepia Monasterii vivere, & gaudent privilegio fori.

An autem delinquens capitaliter, ut pro delicto com-
25 misso puniri debeat, etiam pœna confiscationis bonorum, si reassumat habitum post delictum, vel fiat Clericus in fraudem, ex quo remitti debeat Judici Ecclesiastico solum quoad districtionem personalem, quia causa fuit prævenia, puniri tunc possit per Judicem laicum pœna confiscationis bonorum, pulchra est dubitatio, quam *Author hic* resolvit negativè, quando esset confiscatio apposita accessoriè, & in consequentiam pœnæ ordinariæ, ut videre est *ex num. 8.* secus si æquè principaliter utraque esset debita, tunc enim pœna mortis sublata remaneret pœna confiscationis, vel alia pecuniaria, quæ posset per Judicem laicum imponi, & exequi.

26 Verum distinctio non videtur omnino tuta, si attendimus conclusionem à DD. approbatam, ut scilicet reassumens habitum, vel ordinem in fraudem, quando causa jam fuit prævenia, quoad solam districtionem personalem Judex Ecclesiasticus se intromittet, & rationem per eos assignatam, quia scilicet laicus tangere Rei personam non potest, ut advertit *Sanfel. decis. 2. num. 24.* ibi: *& licet ratione prævenionis, & fraudis amittat Clericus ordinatus fori privilegium, non tamen amittit privilegium Canonis si quis suadente Diabolo 17. qu. 4. cujus virtute Judex laicus, Clerici personam tangere non potest*, idem confirmat sub *num. 19.* Si enim sola persona remittitur, quia tangi non potest, non applicatur distinctio confiscationis accessoriæ, & principaliter, quia deficit condemnatio ad pœnam ordinariam, sed non deficit pœna ordinaria, quæ causat accessorium confiscationis, licet ea exequi non possit. Patet clarius quia etiamsi condemnatio fuerit sequuta in contumaciam, volunt DD. præfati, quod per susceptionem ordinis, vel habitus reassumptionem, persona condemnati per Judicem laicum tangi non possit ex pluribus relatis per *Carleval. cit. qu. 7. num. 909.* Ergo non deficit principale, sed ratione ordinis exequi non potest, cum causa prævenia utramque pœnam amplectatur, & ita tenet *Ang. de Castro cit. cons. 37. num. 3.* ubi quod Judex sæcularis potest etiam condemnare talem Clericum. Quare in facto contingenti aliter distinguendum puto, quod aut ordinis susceptio, seu habitus reassumptio præcessit delictum, aut successit, si præcessit delictum, licet in fraudem, Clericus condemnari non potest, nec in pœnam pecuniariam, nec in pœnam corporalem per Judicem laicum, quia ordo, seu habitus reassumptio præcessit, nec causa dici potest prævenia legitimè tum quia ad fundandam jurisdictionem tempus delicti inspicitur, *l. 1. ff. de pœn. Griatiam cap. 226. num. 10. Cabal. cas. 147. n. 28. Merlin. Pignat. cent. 1. cap. 49. num. 1. 2. & seq. de Marin. lib. 1. cap. 48. nu. 2. Giurb. cons. 15. num. 13. 14., & 17.* cum *Carleval. de judic. disp. 2. qu. 7. num. 912.* tum quia licet in fraudem ordo suscipiatur, fraus ista à lege permitti-

tur,

tur, ut ex *Bambac. in comment. ſi de feud. defun. content. &c. naturales qu.7.num.65. verſ.tertio delinquens effectus Clericus*, concludit *Sanfel. cit. deciſ.2.num.19. in fin. Giurb.conſil.15.num.6.*, & latiùs dictum fuit ſuprà cum *Riccio*, *Carena*, & aliis. Aut ordinis aſſumptio ſucceſſit poſt delictum, & poſt accuſationem, ſed antequam Reus delinquens citetur per Judicem laicum, & tunc nec minus dici poteſt cauſa præventa, ſecundum unam opinionem, de qua per *Bart. Bald.*, & alios *in l.libertus num.2. ff.de in jus vocando*, *Boſſ. tit. de for.compet. num.107. Rota coram Buratto Veneta donationis* 11. *Maji* 1615. *Farinac.conſ.208. num.3.*, & *conſ.214. num.4. & qu.7.num.57. Vincent.de Franc.dec.501. num.14. & 505.num.16. Scacc.de Judic. lib.1.c.12. num.75. Azoved.in l.10.tit.13.nu.61.lib.8.recopil. Barboſ. in l. ſi quis poſteaquam num.51. ff. de Judic. Carleval.de jud.lib.1.tit.1. diſput.2.cap.7. num.878. Maſcard. de probat. concluſ. 1233. num.* 10. ſed alii contrarium ſentiunt, ut ſufficiat querela ſine citatione, ſi ultro Judex ſuper eo examinaverit teſtes, vel ſcripturas receperit ad probationem delicti ex *Bald.in l.1. C.de confeſſ. Bart. & alii relati per Far. quæſt.7.nu.56. Ferrat.conſ.208.n.3.4.& 5.Rausner. deciſ.18.num.20.par.4. Scac.de judic. lib.1. cap.21. num.61.65.& 75. Decian. tract.crim. lib.4. cap.21. num.2. Guazz def.1.cap.9.num.5. Montier.deciſ.23. num.9. Surd.conſil.111.nu.8. Gramm.conſ.28.n.10. Cabed.deciſ.142.lib.1. Maſtrill. deciſ.210.num.1. Rovitus pragm.1.num.75. rub. ubi de delicto, quis conveniri debeat Capiblanc.de author.Baron.pragmat.8. num.211. par.2. Capyc.latr.conſil.130.num.9.Farin. conſ.199.num.10. & 11. Giurb. conſ.48. num.39.* & iſta verior videtur, ubi judicium non eſt civile incipens à citatione, ſed criminale, ubi citatio, & monitorium emanatur, quando proceſſus eſt completus, & Reus forſan de perſona capi non poteſt. Supposita igitur iſta opinione pro vera, ſeu veriori,
27 de qua *Bartol.in l.1. ff.de pæn.* ubi loquitur de Clericatu aſſumpto poſt proceſſum inchoatum, & ſic poſt cauſam præventam, ſed non per citationem, de qua habetur, & requiri videtur *in cap.penultim. de for.compet.* (nil mirum, quia inibi de cauſa civili tractatur, in qua judicium incipit, ut diximus à citatione) & Clericatu, iſto tempore aſſumpto per criminoſum, certum eſt, quod privilegium ei non ſuffragatur ad evitandum forum ſeculare, ex triplici ratione. Prima, quia Clericatus aſſumptus eſt in fraudem, & ideo ei non debet patrocinari, *ex Bartol. in d.l.1. num.3.*, & alii per *Caball. caſ.108. num.2.* Secunda, quia de tempore delicti Reus erat laicus, & illud tempus attenditur ad fundandam juriſdictionem, *d.l.1. ff.de pœnis, l.Injuriarum extimatio, ff. de iniur.* plenè *Giurb. conſil. 15. num.22. 23. & 24. Marin. Cavalc. Merlin.*, & alii *alleg. ſuperius*. Tertia, quia Reus delinquendo ſe obligavit pœnæ illius delicti, quod tunc delinquendo commiſit, *l.Imperatores, ff.de Jur. fiſc., & l.fin.C.ad l.Jul.Majeſt.gloſſ.in l.1.§. final. ff. de poſtulando, & l. ſi ſervus, ff. de his, qui notantur infamia, Cabal.caſ.115. num.10. & caſ. 147. num.* 18. *Thor.in ſuo compend.deciſ.par.3.ſect.3.tom.3.fol.157. verb. remiſſio col.2.* ſi igitur delinquendo ſe obligat ad pœnam de jure civili ſtatutam, non debet Clericatus in fraudem aſſumptus operari, ut alia diverſa puniatur à Sac.Canonibus determinata, præcipuè quia Judex laicus inquirendo de eodem delicto prævenit, & effectus fuit Judex illius cauſæ, *cap.1. de for. compet. leg. Judex poſtea quam, & ibi gloſſ. ff. de Judic.*, & *l. ubi ceptum, ff. de eodem tit.* Unde non videtur Reus juſtè ſe potuiſſe dicare ſervitiis Eccleſiæ, & Divino cultui, dum prius ad pœnam ſe delinquendo obligaverat, nec in præjudicium Reipublicæ offenſæ, pœnam à lege ſtatutam, nec laicalem juriſdictionem contendere. Remanebit igitur tunc Judex laicus, legitimus Judex illius cauſæ, & illius pœnæ, *Abb. in ſuo conſ.85.num.8.lib.1.* ibi *non per hoc cauſa eximitur à foro pœnitentiæ ſecularis*, & quamvis perſona ipſius Rei effecti Clerici ratione ordinis tangi non poſſit per Judicem ſæcularem, ut voluit *Jo:Andr.*
28 *in cap.1.num.20. de obligat.ad ratiocin. non ordin.*, quem alii ſequuntur *ex Giurb.conſ.15.num.34.* Attamen Judex Eccleſiaſticus debet requiri, ut eum degradet, & ſinat eum puniri per Judicem ſecularem, nec ſe intromittere in cauſa jam præventa, ut advertit *Bart.in d.l.1.num.4.* dicens, *quod ex eo, quod Eccleſiaſtici Judices, & ſuperiores ſunt renitentes hanc degradationem facere* (*& pro cautela* tradit *Cardinalis Albanus in Lucubrat.ad Bartol. in l. cum quædam puella num.11. ff.de juriſd.omn judic. cum aliis relatis per Cartar. de capto band. cap. fin. num.* 308.) ex iſto inconvenienti ſequitur aliud, quod Judices laici procedunt ad puniendos tales Clericos criminoſos abſque tali licentia, & degradatione, ſed malè & idem refert *Covar.pract.quæſt. cap.32.num.4.verſ.ſecunda concluſio, & Farin. conſil.77. num.12.* Undè *Angel.de Caſtr. in ſuo conſil.37. relat.inter conſ.crimin. diverſ.tom.2.num.4. & ſeq.* adeo putat hoc eſſe verum, ut poſſit Judex ſæcularis procedere etiam ad condemnationem talis Rei abſentis ad formam ſtatuti, & deindè requirere Judicem Eccleſiaſticum, ut eum degradet, & conſignet puniendum, & ſi recuſet hoc facere, quia gravat debet appellare ad Superiorem ipſius Judicis Eccleſiaſtici, & *Angel.* commendat *Farin. cit.qu.8. num.109.*, & *Cabal.caſ.108.num.5.9.& ſeq.Cartar. de capt.band.cap.fin.num.308. verſ. qnomodo autem*
29 *Judex*, immò *Covar.citato cap.32. ſub nu.4. verſ. tertia concluſio*, dicit in Clerico primæ tonſuræ degradationem non eſſe neceſſariam, ſed puniri per Judicem ſæcularem pœna mortis, vel alia illius delicti condigna, & ſequitur *Sanfel.deciſ.2.num.29.* & idem *Farin.q.8.num.109. in princip.* licèt intelligat hoc dictum *Covar.* ubi Clericus non incederet in habitu, & tonſura, & deindè in ſuo *conſ.77.lib.1. n.12.* iterùm referendo hoc dictum *Covar.* putat locum habere ibi crimen tale eſſet, quod degradationem de jure mereretur. Verùm *Covarr.* taliter non fuit loquutus, ſed ſimpliciter in iſto caſu, ubi Clericatus aſſumitur in fraudem poſt cauſam per Judicem ſecularem prævenatam, ut eum videre eli, & ità eum refert, & intelligit *Sanfel.loco citato.*

30 Et propterea iſtis attentis, dicendum videtur pro reſolutione difficultatis præpoſitæ, quod Judex laicus, ſive in conſequentiam procedat confiſcatio bonorum, ſive æquè principaliter, licitè ſemper eam exercebit contra talem Clericum criminoſum qui poſt cauſam præventam Clericatum ſuſcepit, vel reaſſumpſit habitum Clericalem, quando delictum tale eſt, quod de jure communi, vel ſtatutario pœnam confiſcationis mereretur cum ſufficiat, ità de jure determinari, licèt in facto Epiſcopi, & alii Eccleſiaſtici Judices non obſervent, tunc enim non deficiet pœna ordinaria, & principalis, in cujus ſequelam procedit confiſcatio bonorum, ſed impeditur exequi propter ordinem Clericalem, licet in fraudem ſuſceptum: ſufficit enim fieri debere de jure, licet de facto non obſervetur, *l. ſed licet, ff. de offic.Præſid. Bertaz.conſil.225. poſt num.19.lib.1.conſil.556.n.10. in fin. lib.1.*

Nec repugnant DD.allegati, quia ſolum concludunt, quoad diſtrictionem perſonalem Clericum Judici Eccleſiaſtico eſſe remittendum, quia ejus perſona

per

Digitized by Google

Judicem laicum tangi non poteſt, nec diſtringi, aut corporaliter puniri, ut voluit *Joan.Andr.in dicto cap.1.de oblig.ad ratiocin.*, & ſequuntur alii relati per *Giurb.citato conſ.15.num.34.Cartar.Carleval. Sanfel.*, & alii ſupra allegati; nec repugnant reſolutiones Sacræ Congregationis, cum eæ non prohibeant proceſſum ad ulteriora, quoad bona.

32 Et idem videtur dicendum reſpectu Clerici primæ tonſuræ, ut ſcilicet etiam is ſecurus ſit apud Judicem laicum quoad perſonam, quicquid dixerit *Covar.citato cap.32.num.3.verſ.tertia concluſio in fine*, & poſt eum *Sanfel.deciſ.2.num.29.& Carleval. de Judic.diſp.2.qu.7.num.1078.& 1079.* ubi quod prima tonſura non eſt ordo ſecundum Theologos, & ideò Clericatu ſuſcepto in fraudem, abſque alia Judicis Eccleſiaſtici declaratione eum puniri poſſe per Judicem laicum, maximè ſi prævenit in cauſa. Quia licèt Theologorum opinio exiſtimet primam tonſuram ordinem non eſſe, nec characterem imprimere, ut ait *Carleval. loc.cit.*, & declarat *Giurb. conſil.15.num.30.* ubi quod dicitur ordo largo modo ordinem ſumendo, attamen aliter ſentiunt Canoniſtæ ordinem eſſe, ſcilicet, & characterem imprimere, & eorum ſententiam approbavit Rota, ut videre eſt *deciſ.50.n.4.5.& 6.par.5.recentior.tom.1.* ibi: *cum ſecundum Theologos prima tonſura non ſit ordo, nec imprimat characterem, quia quicquid dicant Theologi magis communis ſententia Canoniſtarum tenet contrarium, quam Rota pluries ſequuta eſt, quod ſcilicet prima tonſura ſit ordo; & clericalis character indelebilis*: licet de conſuetudine degradatio talis Clerici, cujus formula habetur in Pontificali Romano, non obſervetur, *Thom. del Bene de Immun.tom.1.c.7.dubit.9.ſect.1.n.2.& ſect.2. num.1.& 2.*

33 Et *Covar.* ſic dicentem non approbat *Farin. cit. qu.7.num.109.* ubi procedere ejus dictum ſupponit, quando Clericus non incederet in habitu, & tonſura, & deindè in ſuo *conſ.77.num.13.* iterum agendo hoc dictum *Covar.* declarat ſubſtineri poſſe, ubi delictum eſſet tale, quod de jure requireret degradationem, quæ reſtrictiones, licèt in ſe veræ tamen dicta per *Covar.* non conveniunt, qui illud ſpeciale conſtituit in Clerico primæ tonſuræ tonſuram ſuſcipiente in fraudem: reprobatur etiam *Covar. per Cavalcan.dec.11.num.19.p.5.* ubi demum reſtringit ejus dictum ad loca, ubi talis conſuetudo ſervatur; ſecurius tamen reprobari poteſt attenta opinione Canoniſtarum, quod prima tonſura ſit ordo, & characterem imprimat, ut fuit concluſum ſuperius.

34 Quod autem diximus de Clericatu aſſumpto in fraudem poſt accuſationem, & diffamationem, vel poſt citationem, ceſſant ex mente DD. ſi faciens ſe Clericum tali tempore, per antea voluiſſet Religionem ingredi, vel Clericalem ordinem aſſumere, ut videre eſt eundem *Farin.q.8.nu.111.& 112.*, & *conſil.77.nu.7.& 8. Cabal.caſ.108.n.13.& ſeq. Cartar.de capt.band.cap.final.num.308.verſ. hæc autem.Cavalc.deciſ.Fiviz.10.num.8.par.5.* ſi tamen probet aliunde Clericus, non ex ſolo ſuo juramento tale votum feciſſe, ut advertit *Farin.cit. conſ.77.num.14.*, & *qu.8.num.114.* reprobans *Covar.cit.cap.32.in fin.dicentem*, quod nec tunc excluditur fraus ex cautelis aſſiduis, quibus utuntur Delinquentes ad effugiendas pœnas, cujus dictum ſequitur *Clar.§.fin.qu.98.verſ.ſed quid, &c.& Caſſan.* relat.per eundem *Farin.num.8. conſil.77.* ſed crederem poſſe recipi dictum *Covar.* ubi voti emiſſio pro-

35 baretur de tempore ſuſpecto, videlicet poſt contractam inimicitiam, vel offenſam receptam, & ſecurius ſi poſt delictum commiſſum, licèt ante diffamationem, & accuſationem, ſecùs vero ſi probaret emiſſum de tempore non ſuſpecto, ex traditis per *Rot.Roman.in Reatina Caſtrorum ſub die 3.Juiii 1651.coram bon.mem.Dunozetto ſub §.neque* officit, cum voti emiſſio; licèt extrinſecè probata, probatio tamen extrinſeca, etiam ab intrinſeco dependet, & ab animo voventis, *Ricc. deciſ.4.par.1.per totum*. Et ideo probata de tempore ſuſpecto adhuc fraudem nutrit, probata vero de tempore non ſuſpecto fraudem excludit, & cum hac diſtinctione conciliari poſſunt iſtæ DD. opiniones contrariæ.

Quatenus verò fuit ſupra concluſum poſſe Judicem laicum, ſive in conſequentiam, ſive principaliter confiſcatio bonorum debeatur, ad illam Reum delinquentem condemnare, quia quoad bona, & pœnas pecuniarias, remanet Laicus Judex cauſæ, & poterit proceſſum incœptum complere, ut volunt DD., & ſæpiùs declaravit Sacra Congregatio in ca-

36 ſibus ſupra enarratis; Advertendum eſt neceſſariò, An confiſcatio debeatur pro delicto, vel pro contumacia, nam ſi debetur pro delicto, mutatio fori ſuperveniens in fraudem poſt accuſationem, vel citationem, impediet ſolum proceſſum quoad diſtrictionem perſonæ, ſed non quoad aliquas pœnas non corporales, in bonis ſolvendas: ſi vero pœna confiſcationis incurreretur ex contumacia, quia Reus præſens convictus, vel confeſſus, pro delicto commiſſo pœnam confiſcationis non ſubiret, ex *Farinac.in addit.ad quæſt.103.ſub num.189.* & ex aliis infra allegandis, tunc attenta opinione *Angel.de Caſtro inter conſil.crimin.diverſ.par.2.conſ.37. num.2.* poteſt talis Clericus condemnari ad formam ſtatuti, & ſicuti non eſſet Clericus, contumax reputari, & ſucceſſivè ad formam ſtatuti, vel conſuetudinis, condemnari etiam in pœnam vitæ, & confiſcationis bonorum, & eſt valdè exiſtimanda iſta opinio, quia omnes alii approbarunt eam, ut videre eſt, *Farin. cit.quæſt.108.num.109. Cartar. cap.fin.nu.309.& Cabal.caſ.108. in pluribus numeris*. Verùm quia taliter condemnati, hodie per Statuta univerſalia Italiæ poſſunt impunè occidi, & datur etiam præmium occidentibus, ut latè diximus ad tertiam reſolutionem, talis opinio ſive in puncto Juris vera ſit, ſive non vera, cujus reſolutio dependet ab illa inſpectione, An teneatur Judex Eccleſiaſticus illum degradare, & conſignare Curiæ ſæculari, & Judici, qui eum citavit, & condemnavit, ut *Angelus* ſupponit cum *Bart. in l.1.ff.de pœn.*, & *aliis* per eum *allegat.*, ſed negat *Covar.cit. cap.32.ſub num.4. verſ.tertia concluſio*, allegans *Butr.in cap.1.col.4. de obligat.ad ratiocin.* In praxi recipi, & admitti non poteſt, quia exequutio poſſet ſequi abſque licentia, conſenſu, vel degredatione Judicis Eccleſiaſtici, & inevitabiliter incurri excommunicationem, de qua in *cap.ſi quis ſuadente Diabolo 17.quæſt.4.* ut etiam fatetur *Angel.num.4.* Et in terminis, quod non contrahatur contumacia, nec ex non comparitione facta confeſſio contra Angelum tenet *Cavalc.deciſ.Fivizzani 10.p.5.ex num.6.* ibi: *Etſi eſt citatus tempore, quo erat ſæcularis, & antè finitam dilationem ad comparendum, vel parendum mandatis efficiatur clericus ſi non comparuerit, non poterit multari, nec condemnari in pœnam præcepti, quaſi quod ſpreverit præceptum Judicis, ſed ſolum circa querelam, & diffamationem procedere ad ulteriora, & illum condemnare pœna pecuniaria juxtà qualitatem delicti, ſi fuerit probatum, ut dicunt ſupradicti DD., quia clericus iſte ſi non vult comparere per ſe, nec per Procuratorem & vult eſſe contumax, non poteſt cogi ad comparendum, & ideo uti contumax non poteſt dici probaſſe delictum, & haberi pro confeſſo,*

eſt de-

Digitized by Google

est decisio punctualis, & nimis favens Clericis Delinquentibus; & etiam sequenda, quia videtur convenire cum decisionibus Regni, de quibus per *Sanfel. cit. decis. 2. per Carleval. de judic. disput. 3. qu. 7. num. 108.* & 109. *cum Giurb. cons. 34.*, & cum resolutionibus S. Congregationis, quæ processum posse compleri incœptum contra Laicum effectum Clericum quoad bona, & pœnas pecuniarias, non quoad personam declarant, & est notanda illa resolutio capta ad favorem Clerici Hippolyti Gambæ, quia inibi præcedebat sententia Curiæ Archiepiscopalis Ravennæ declarans Clericum prædictum privilegio Clericali non gaudere, sed (ut veritati detur locus) nec habitus reassumptio erat probata, nec servitium in divinis, sed sola Bulla Clericatus erat in processu, cum beneficii renunciatione & incessu post renunciationem cum habitu seculari, quibus per fidem publicam Generalis Vicarii probatis postmodum, S. Congregatio resolvit ut suprà.

Crederem tamen non injustè procedere Gubernato-
37 rem Urbis, & alios Judices, qui potestatem laicalem exercentes à Summo Pontifice facultatem habent specialem procedendi etiam contra Clericos, & personas Ecclesiasticas, si in istis casibus ad condemnationem pœnæ ordinariæ procederent non obstante Clericatu suscepto in fraudem, vel habitu reassumpto, si qualitas delicti id suadeat, puta in homicidio appensato, & aliqua alia circumstantia
38 gravato, licèt non esset tale, quod de jure mereretur degradationem, cum DD. negent in Episcopo necessitatem degradandi, & consignandi talem Clericum Judici laico, facultatem tamen non contendunt, ut videre est *Din. Guliel. Bar., & alios relatos per Covar. cit. nu. 4. vers. tertia conclusio*, & ubi actus est facultativus, accedente justa causa, facultas inducit necessitatem, *l. respiciendum, ff. de pœn. l. 1. §. si quis ultro, vers. potest itaque de quæstionibus, l. sæpè, ff. de offic. Præsid. cum sua gloss. Franc. decis. 487. n. 2. Montier decis. 29. num. 14.* ut si in rescripto, vel constitutione aliqua verbum *potest* directum Judici legatur, necessitatem denotat causativam, *Bart. in l. Gallus, ff. de liber. & posthum. num. 4. Galiaul. nu. 13. Alex. n. 8. Jason. num. 25. Caroc. de oblat. qu. 10. par. 2. Corn. cons. 175. num. 8. lib. 3.* Immò etiam si verbo solet utatur lex, quia quod solitum est fieri, necessarium est, *Franc. d. decis. 487. num. 4 Giurb. cons. 47. num. 32.* licèt alias verbum *potest* facultatem non necessitatem importet, *l. non quicquid, ff. de judic. l. Nepos procul, ff. de verb. signif. l. sæpè audivi, ff. de off. Præsid. gloss. in c. 1. de reg. jur. in 6. Ludovis. decis. 85. num. 7. Trivis. decis. 15. num. 26. lib. 1. Gratian. cap. 146. n. 15. 506. num. 12.* & 13. *Surd. consil. 98. num. 1. Giurb. cons. 47. num. 30.*

An vero confiscatio bonorum, quæ hodie etiam ab-
39 sentibus imponitur pœna delicti, vel contumaciæ, & quare ea observetur, non obstante dispositione *auth. bona damnatorum, C. de bon. proscriptorum*, plenè *tractat Far. qu. 11. num. 62. vers. amplia hanc limitationem, & Merl. Pign. cent. 2. c. 21. per totum*, cujus scripta in unaquaque materia, quam attingit, verè faciunt ejus memoriam præclaram.

40 Et nota hic cum Authore, & *Giurb. cons. 58. n. 15. 16. 17.* & 18. quod si ex causa Reus non condemnetur ad pœnam mortis, cessat confiscatio in consequentiam apposita, quod observat etiam *Ruginel. pract. quæst. 35. num. 69.* Sed Sacra Consulta hoc non observat, quia passim solet condemnare ad pœnam triremium ad tempus, vel in perpetuum cum confiscatione medietatis bonorum, sic temperans rigorem utriusque pœnæ corporalis, & bonorum, ut testatur *Moder. Massin. in suo tract. de confiscatione bonorum qu. 3. num. 7.* & servari etiam per alia Urbis Tribunalia testatur *Far. q. 11. sub num. 62. vers. fin. p. ampliationis.*

De qua materia ultra cumulata per *Far. qu. 25. per tot.*
41 & integr. tract. *Guaz. & Marsc. de confiscat. bonorum*, adde *Giurb. decis. 80. per tot. & num. 19.* ubi reperies, An bonis Titii confiscatis, confiscata remaneant ea bona, quæ vendiderat, sed non tradiderat *Gratian. cap. 423. per tot.* ubi plura de confiscato, & deinde restituto, An remaneat obnoxius creditoribus, vel ab eis liberatus per confiscationem, de quo etiam *Cabal. cas. 234. n. 4. & sequent.*, & *Giurb. cons. 45. lib. 1.* & An confiscatio liberet debitorem, quando non est generalis in omni territorio, *Merlin. decis. 703. num. 5. 6.* & 7. *Scacc. lib. 2. cap. 9. num. 1092.* & *seq.* ubi etiam tractat, An jura conditionalia veniant in confiscatione, & de fideicommisso conditionali, *Peregr. cons. 21. num. 8. lib. 6. Giurb. observ. 90.* ubi reperies, An bona confiscata debeantur Baroni, an fisco Principis, & *Sanfel. dec. 29.* ubi disputat, an debeantur fisco Principis, si pro delicto veniat imposita, quod ex ordinatione Regia solùm potest cognosci per Principem, & quid si ob receptationem banditorum imposita sit *Merlin. decision. 125. n. 16. 17.* & 18. *Rot. decis. 449. num. 14.* & 455. *nu. 20. par. 5. tom. 2. recentior. Giurb. cons 55.* ubi de quantitate reservata in donatione omnium bonorum ad finem testandi, an illa fisco sit applicanda, bonis confiscatis, an vero Donatario, & an Jus dicendi Testamentum nullum transeat in fiscum *cons. 56. ex num. 20.* ubi plura de hæreditate paterna filio post delictum obtenta, & aliis ad materiam, & an bona Hæretici sint confiscanda, si inquisitus ante sententiam abjurando hæresiam convertatur ad fidem, vide *Pascal. de pat. pot. par. 3. cap. 5. num. 48.* & an si delinquenti res fuerint donatæ sub lege, & conditione, quod confiscari non possint, *Far. cons. 206. num. 7.* & an si eas vendiderit Delinquens ante confiscationem, & contumaciam, an confiscatio sequens noceat emptori, *Scacc. de re Judic. gloss. 14. quæst. 13. nu. 134. Cabal. cas. 295. n. 40.* & *seq. Merlin. de pignor. qu. 88. lib. 3. tit. 3.* & an in præjudicium Agnationis possit feudum Delinquentis confiscari, *Farin. cons. 209. num. 134.* & 125. & an confiscatis bonis filii, confiscari possit legitima, quæ ei debetur in bonis patris stante statuto, si ipse filius inquisitus habeat filios, *Surd. dec. 214. per tot.* & ibi. *Hodiern.* & an numerus trium filiorum evitet bona Patris confiscari, *Giluogn. resp. 44. num. 13. lib. 1. Peregr. cons. 30. num. 1. lib. 6. Merlin. de legit. l. 3. tit. 1. qu. 29. num. 19.* cum aliis allegatis in inform. Juris, quam habes in calce, & an alimenta, quæ debentur confiscato transeant in fiscum, vel remaneant extincta, *Cab. cas. 222.* & an fiscus auferens bona ab indigno, teneatur ejus creditoribus, *Farin. cons. 154. num. 16. lib. 2. Peregrin. de jur. fisc. lib. 2. tit. 2. n. . . . .* & an legitima filio per Patrem assignata in vita possit revocari, si delinquat, *Hodiern. decis. 167.* & an confiscatio comprehendat Jura de futuro, quæ habent causam de præterito ex contractu, vel ultima voluntate, *Farin. cit. quæst. 25. num. 143. Merl. Pignat. cent. 2. cap. 20.* & 21. *num. 39.* & *sequent. de Pont. cons. 69. n. 8. lib. 1.* & an confiscatio bonorum filii privet patrem Peculio adventitio, profectitio, vel castrensi, *Rot. decis. 455. num. 13. usque ad 20. par. 5. tom. 2. recent. Farin. in addit. ad qu. 24. sub num. 13. vers. in Statuto Ecclesiastico*, & demum an bona Clerici possint confiscari in contumaciam, vide *Far. cons. 14. num. 4.* & *cons. 204. num. 30. Diaz. pract. crim. can. 35. nu. 2.* & 3.

Allegatio hic omissa habetur *resol. 19.* inibi eam reperies.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 *Judex an teneatur de necessitate procedere ad forjudicationem cum abbreviatione dierum quindecim in casu expresso à Reg. Prag. 3. de ictu scopittæ.*

Lex quando aliquid jubet, parendi necessitatem inducit.

2 *Judex an committat nullitatem, si loco termini dierum quindecim in casu d. prag. procedat ad forjudicationem cum termino ordinario: & firmantur tres conclusiones.*

Lex quando dat certum modum procedendi, illius omissio reddit actum nullum.

Judex si egrediatur modum inductum à statuto, actus erit nullus, licet statutum non procedat ad annullandum actum aliter factum.

Legislator quando uno modo procedi posse mandavit, cæteros vetasse videtur.

Lex nova novam pœnam inducens, veterem pœnam corrigit.

Statutum si jubet summariè procedi, non tamen processus, est nullus, si procedatur ordinariè.

Ex diversis non fit illatio.

Nullitas quando respicit favorem alicujus, locum non habet, nisi ille velit, etiamsi actus esset ipso jure nullus.

Fiscus debet in omnibus audiri, alioquin acta sint nulla.

Decretum de citando est interlocutorium.

Fiscus consentiendo in actum sibi præjudicialem, cui ab initio poterat contradicere, sibi præjudicat.

Judicium ordinariè cœptum, non potest ad extraordinarium redire.

Judicium quod sit reo absente incipit a contumacia.

Fiscus in pœnalibus non restituitur.

3 *Delegatione an possint uti Reg. Audientia, & Mag. Cur. Vicar. in delictis cum sclopo commissis in terris Baronum vigore Pragmaticæ editæ à Domino Comite montis Regii, non obstante moderatione facta per pragmaticam Domini Ducis Medinensis.*

Lex corrigens in uno capite non videtur corrigere in aliis capitibus.

Mag. Cur. Vicar., & Reg. Aud. sunt Judices competentes omnium delictorum, quæ in toto Regno, vel in Provinciis committuntur, & indistincte possunt capere de illis informationem.

Mag. Cur., & Regiæ Audientiæ possunt, donec Barones petant remissionem procedere in delictis cum sclopo commissis in ipsis terris Baronum.

Delegatio cognitionis alicujus delicti non nocet Baronibus, quin possint remissionem petere, inquisitis vero obest, quia remissionem petere nequeunt ad Judices ordinarios.

Remissionem petere non potest Baro, nisi reo in vinculis constituto.

4 *Testes si deponant delictum esse commissum con arme di fuoco corte, an censeantur concludenter probare, quod sit commissum cum sclopo parvo contra formam Reg. Prag. ad hoc, ut locus sit forjudicationi cum termini abbreviatione, non obstante, quod delictum sit commissum in rixa.*

Usus loquendi attendendus est etiam in materia panali, & stricti juris.

An Judex in delictis sclopo commissis, prætermisso termino extraordinario, possit absque nullitate uti termino ordinario, plenè discutitur.

Et an, & quando procedi in iis possit ex delegatione?

RESOLUTIO V.

1 DUbitari potest, an Judex in casu, in quo debet procedere cum angusta statione temporis jussa à Reg. Prag. arbitrium habeat procedendi cum termino ordinario? Respondeo minimè esse permissum, legislator enim jubet procedi cum termino extraordinario, ut ex *prag. 3. de ictu scoppitti*, ibi: *volemo, ordinamo, e comandamo*, cum autem lex jubet parendi necessitatem inducit, *ad text. in l. legis virtus ff. de legib. cum ibi notat. c. 1. de Constit.*, & ibi *Abb. num. 4. Menoch. de arbit. cas. 380. num. 2.* nec Judex debet esse clementior lege, §. *oportet autem vers. neque videri*, & ibi *glos. in auth. de leg.*

2 Ambigi ulterius potest, si Judex loco termini extraordinarii, scilicet dierum quindecim utatur in forjudicatione termino ordinario unius anni nulliter procedat? Videtur posse affirmativè responderi; 1. quia ubi lex dat certum modum procedendi, illius omissio reddit actum nullum, *text. in l. certa ratione, C. quando provocare non est necesse*, ubi notatur ad marginem, & notat etiam per illum *tex. Andr. Barb.*, quod processus est nullus, si Judex egrediatur modum inductum à statuto, licet per statutum non sit processum ad annullandum actum aliter factum, pro quo facit quia cum legislator uno modo procedi posse mandavit, cæteros vitasse videtur *gloss. in l. cum prætor, ff. de judic. in verbo videtur glos. in cap. nonne extrau. de præsumpt. in verbo tacendo*; 2. quia lex nova novam pœnam inducens veterem pœnam corrigit, & tollit, ita non amplius vetus, sed nova tantum pœna imponi potest, *Alber. de Rosat. in statut. qu. 8. Castren. in l. 1. §. dixerit aliquis, ff. de publican.* ergo cum novum forjudicandi modum induxerit legislator veterem substulisse censendus est ad rem, *Jo: Grand. de bello exulum special. 77. num. 1.* ubi hac ratione arguit inducto in certis delictis modo procedendi ad modum belli nulliter agere Præsidem, si in illis ordinariè procedat. 3. prag. 3. jubet extraordinarium hunc modum procedendi ad forjudicationem cum termino dierum quindecim, observari irremissibiliter, quod idem sonat, ac si dixisset non posse à Judice remitti illum extraordinarium modum, si Judex non potest, ergo nulliter aget, *Rovitus de offic. Judic. prag. 9. num. 2.* quod enim fit contra legis prohibitionem nullum est, licet lex hoc non declaraverit, *Caravit. Rit. 44. n. 9. Mastril. dec. 264. n. 2.*

In contrarium facit primò, quia etsi statutum jubeat summariè procedi, non tamen processus est nullus, si Judex ordinariè procedat consentientibus illis, de quorum agitur interesse, *Marant. de ord. judicior. distin. 9. num. 112. in fin.* qui licet loquatur in civilibus, tamen valet argumentum de civilibus ad criminalia, *Dec. in cap. at si clerici, num. 126. & sequ. Marsil. in §. postquam num. 25. in fin. in pract. crimin. Foller. in verb. & si confitebuntur, par. 2. num. 3., & alii per eos relat.* Secundò facit, quia quod procedatur cum tam brevi termino est inductum favore

Digitized by Google

Fisci ; hic autem favor, si nullitatem Judex committeret procedendo ordinariè redundaret in odium fisci, contra *text. in l. quod favore, C. de legib.* hoc patet: ponamus enim quem esse forjudicatum tum cum termino ordinario, si nulla erit hæc forjudicatio, hoc redundabit in detrimentum fisci, & favorem delinquentis, contra mentem legislatoris, qui in odium delinquentium, & favorem fisci induxit forjudicationem cum termino extraordinario; & sic statutum operabitur contrarium effectum contra intentionem statuentis, contra *tex. in l. qui hominem, §. fin. juncta gloss. ff. de solut.*, & *l. si certis, C. de pactis*, & certè si legislator fuisset interrogatus, an velit forjudicationem ordinario termino servato valere, non est verisimile eum aliter responsurum; quia qui infra tam brevem terminum contra delinquentem forjudicationem induxit in odium delicti, multo magis ubi delinquens diutius stetit in contumacia, illius pœnam approbaturum fuisse censendus est, *ad text. in auth. multo magis, C. de sacrosanct. Eccles.* quod argumentum à verisimili responsione statuentium proculdubio validum est, *glos. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pactis, Franc. dec. 91. nu. 11.* Tertiò, quia verior videtur opinio, quod licèt statutum inducat certum modum procedendi, si tamen ultra non sit processum, actum aliter factum annullando, actus aliter factus valet, *Bald. Salic.*, & *Alex.*, quos refert, & sequitur *Carav. d. ritu 44. num. 6. idem Carav. pragmatica 1. ad Maced. §. 15. num. 11.* licet ergo mandaverit legislator in hoc delicto forjudicari delinquentem cum abbreviatione, cum tamen ultra non progressus fuerit, actum aliter gestum annullando, valebit forjudicatio cum termino ordinario, licet non servata forma Regiæ Pragmaticæ inducentis abbreviationem. quod confirmatur, quia, ut ex plerisque pragmaticis patet, solent earum conditores ulterius progredi ad actus annullationem, quando actum aliter valere non volunt: quod argumentum à consuetis in statutis, valet, argumento *text. in l. vel universorum, ff. de pign. act. Franc. dec 330. num. 1.*

Non obstant in contrarium adducta; nam quo ad primum jam supra responsum est non induci nullitatem ex eo solo, quod non servatus sit modus procedendi à statuto inductus.

Non obstat secundum: quia non agitur de nova pœna, sed de eadem omnino pœna forjudicationis inferenda: solum adest discrimen, quod agendo ordinariè serius illa pœna infertur, quam si extraordinario modo ageretur, & sic ex diversis non fit illatio, *vulg. l. Papinianus exuli, ff. de minorib.* quod enim Judex aliam pœnam imponat, quàm quæ à lege permissa est, jure nullo modo substineri potest, *l. 1. in princ. vers. pœnæ vero persequutio ff. ad Tertullianum, cum concordant.* etiam si partes consentiant, argumento *l. liber homo, ff. ad l. Aquiliam.* Sed excessus in modo procedendi, ut suprà dixi, est magis tolerabilis. Quemadmodum, nec obstat, quod de modo procedendi ratiocinatur *Jo: Grand.* nam in eo casu est fortior ratio nullitatis, cum agatur an delegatus possit (omissa potestate delegata) uti jurisdictione ordinaria, & videatur obstare, ut alibi dixi *Res. 12.* quod per jurisdictionem delegatam censeatur adempta jurisdictio ordinaria, & sic adempta jurisdictione ordinaria Præses ordinariè procedendo procedit sine jurisdictione, cujus defectus insanabilem inducit nullitatem, etiamsi partes consentiant, *Guazzin. defens. 1. cap. 1. per totum, & cap. 7. num. 2.*, & tamen *Jo: Grand.* ibidem asserit, quod in praxi servatur, ut absque nullitate Præses ordinariè procedat omnino modo militari seu delegato (quod idem est) procedat ordinariè in causis, in quibus procedendum esset ad modum belli.

Non obstat tertium; quia illa verba, *irremissibiliter*, secundum communem usum loquendi, qui in statutis etiam odiosis attenditur, *Farinac. consil. 156. num. 21.* (cum verba vulgaria non debeant juxtà juris regulas subtilizari, sed grosso modo intelligi, prout homines vulgariter intelligunt, *Farin. consil. 45. num. 25.*) important tantum enixam, & præcisam statuentis voluntatem, ut cum celeritate ad delinquentis forjudicationem omnino procedatur: nec facile præsumendum est voluisse legislatorem inducere nullitatem favorabilem delinquentibus ex dispositione in odium delinquentium emanata, ut supra dixi.

Plura equidem in hac controversia firmarem, & primum quidem, quod utcunque ex ordinario procedendi modo nullitatem oriri affirmandum esset, hoc jus de nullitate actus dicendi, non nisi fisco competeret, nec posset illud ipsis inquisitis competere: moveor quia quando nullitas respicit favorem alicujus, illa locum non habet, nisi ille velit, etiam si actus esset ipso jure nullus, *glos. in l. eleganter, ubi Bart. Bald., & alii ff. de dolo malo, Surd. decis. 108. num. 4. & 11. Afflict. decis. 466. num. 6.* ubi loquitur de fisco, & quod minor, & fiscus quoad hoc æquiparantur, unde in praxi, licet hæc nullitas adversus forjudicationes sit subtilitate Advocatorum proposita, sæpius in Regiis Audientiis rejecta est.

Secundum, quod si Judex omisso termino extraordinario injuncto à Regia Pragmatica cœperit uti termino ordinario fisco non audito, poterit fiscus tanquam non auditus de nullitate actus dicere, ac petere ut suspenso termino ordinario utatur extraordinario, ex vulgata regula, quod fiscus, loquendo de Curiis, ubi adest, debet in omnibus audiri, & quod alioquin acta sunt nulla tam diffinitiva, quam interlocutoria, *pragmatica 6. de offic. justitiarii, num. 23.*

Tertium, quod cum decretum de citando sit interlocutorium, poterit Judex in supradicto casu illud corrigere, & jubere, quod citetur cum termino extraordinario, ad *text. in l. quod jussit, ff. de re judicata*, quod est intelligendum, dummodo citatio non sit jam sortita effectum suum, & jam sit reus contumax reputatus: tunc enim si fisco consentiente id actum sit, id fisco præjudicat ex supradictis; nam & fiscus consentiendo in actum sibi præjudicialem, cui ab initio poterat contradicere, sibi præjudicat, *Franc. dec. 384. num. 6.* nec poterit Judex redire ad terminum extraordinarium, quia ubi judicium cœptum est ordinariè, non potest Judex redire ad extraordinarium, sed ordinariè finiri debet, *Jo: Grand. de bello exulum, speciali 77.* quemadmodum autem judicium (quando reus est præsens) incipit à litis contestatione, ita judicium, quod fit reo absente, incipit à contumacia, *Bald. in l. 1. C. qui accus. non possunt, num. 30. Clar. quæst. 14. num. 13.* nec posset petere restitutionem in integrum fisci Advocatus, quia in pœnalibus secundum veriorem opinionem fiscus non restituitur, *Peregr. de jure fisci, lib. 6. tit. 2. num. 11. vers. quod in pœnis*, quia nec minor restituitur, per *text. in l. auxilium, ff. de minorib.* quamvis quod in causa criminali restituatur in integrum scripserit, *Avend. de exequen. mand. c. 19. nu. 19. vers. sed ponamus 2. part.*

3 Per Pragmaticam editam ab Excel. D. Comite Montis Regii die 29. Martii 1637. fuit injunctum, ut tam Mag. Curia, quam Regiæ Audientiæ procedant uti delegatæ à Prorege in delictis, quæ committuntur cum armis igneis: fuit etiam in his delictis temperata potestas Baronum, ut nec ad compositio-

positionem, nec ad gratiam, nec ad liberationem, vel condemnationem procedant inconsulto Prorege: demum eadem Pragmatica fuit ab Excel. D. Duce Medinensium moderata, quoad Barones, permissumque ut jurisdictione in his delictis utantur eadem, qua antea utebantur. Dubitari potest, an M. Cur., & Regiæ Audientiæ possint procedere ex delegatione (in delictis, quæ committuntur in terris Baronum) ad forjudicationem, de quibus fuit per M.C. vel Regias Audientias capta informatio? equidem in hoc dubio considero pragmaticam inducentem delegationem respectu prædictæ M. C., & Regiarum Audientiarum minimè fuisse correctam, nec sublatam, quoad delicta, in quibus ipsi M. C., vel Regiis Audientiis procedere est permissum; nam lex corrigens in uno capite, non censentur corrigere in aliis capitibus, cum una lex non dicatur aliam corrigere, nisi sit expressè contraria, *Isern. in constit. Regni appellat. tempor. in princ.* considero, quod M.Cur., & Regiæ Audientiæ sunt Judices competentes omnium delictorum, quæ in toto Regno, vel in Provinciis committuntur, *Carav. ritu* 210. *num.* 7. & declaravit novissimè Excellentissimus D. Dux de Arcos nunquam satis laudatus hujus Regni Prorex, donec Barones petant causæ remissionem subditis personaliter comparentibus, in quodam rescripto ad Regiam Audientiam Aquilanam, cum ageretur, an absque instantia personæ privilegiatæ esset destinandus commissarius ad capiendam informationem de quodam homicidio commisso in terra Amatricis: si igitur Mag. Cur., & Regiæ Audientiæ possunt, donec Barones remissionem petant, procedere in prædictis delictis, non video qua ratione uti non debeant delegatione, quæ respectu delictorum, in quibus ipsis procedere est permissum, fuit inducta, & non est correcta. Neque quicquam facit, quod Barones per subsequentem pragmaticam poterunt procedere, prout antea poterant; nam hoc nihil ad rem, neque Baronibus ullum præjudicium fit, dum contra vassallos in eorum contumaciam proceditur, neque Barones remissionem petunt: hoc confirmatur exemplo delictorum, in quibus proceditur ad modum belli (quod idem est ac ex delegatione, ut innuit Collat. Consilium in provisionibus relatis per *Danzam tom.* 1. *cap.* 2. *de potest. ad modum belli, num.* 14. *& seq.*) quæ quidem potestas Baronibus non præjudicat, prout in casu, de quo agitur; & tamen quia in odium delinquentium inducta est, ipsis delinquentibus nocet, potestque in delinquentes vassallos etiam pro delictis, quæ essent Baronibus remissionem petentibus remittenda, exerceri, ut declaravit Collater. Cons. in provis. rel. per *Danzam in tit. de potest. ad modum belli, cap.* 3. *num.* 19. *&* 24. Rem ipsam manifestam facit quotidiana praxis, quæ in causis particularibus, quæ delegantur, observatur, quæ est ut quotiescumque cognitio alicujus delicti delegatur, illa delegatio, & si Baronibus non noceat, nisi expresse Baronum jurisdictioni derogetur, ipsis tamen inquisitis proculdubio obsit; adeo ut remissionem ipsi petere nequeant ad Judices ordinarios, quibus in præjudicium ipsorum delinquentium censetur adempta jurisdictio ordinaria, *Marant. distinct.* 16. *num.* 37. *in suo speculo aureo.* Arguendo igitur à delegatione causæ particularis ad delegationem universitatis causarum, quæ est in casu nostro (quod argumentum valere non ambigitur, *arg. text. in l. qui scit, in princ. ff. de usuris, l. jurisgentium, §. adeo ff. de pactis,*) dicere proculdubio libebit, quod quemadmodum delegatio causæ particularis nocet inquisitis, & contra eos procedi ex delegatione potest, Barone non comparente ad petendam remissionem, quam petere non potest juxta vulgatam praxim, nisi reo existente in vinculis; idem omnino dicendum erit in delegatione causarum, seu delictorum commissorum cum armis igneis, de qua hìc loquimur. Neque quicquam obstat, quod subsequens pragmatica expressè sanxit non esse mentem legislatoris præjudicare Baronibus; quia hæc clausula licet non expressa, tacitè subintelligitur in quavis, ut supradictum est, delegatione, sive particulari, sive universali, & tamen ipsis inquisitis non prodest: nec inquisitos juvare potest, quod in illa pragmatica sit expressa, quia expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, *l. 3. in princ. ff. de legat. 1. cum concordant. Surd. decis.* 119. *num.* 28. & utcumque hæ causæ essent antea delegatæ Regiis Tribunalibus per prag. priorem non erat præudicatum Baronibus petentibus causæ remissionem: etsi rectè perpendatur clausula subsequentis pragmaticæ, fuit expressa non ad alium finem, nisi ut tolleretur moderatio per antecedentem pragmaticam inducta in præjudicium jurisdictionis Baronum, de qua supra memini; unde cum hæc fuerit intentio statuentis consulere præjudicio Baronum, non est in favorem inquisitorum maximè contumacium extendenda, cum actus agentium non debeant operari ultra agentium intentionem, *Bart. in l. non omnis, num.* 1. *ff. si certum petatur, & alii passim.* Hæc sentio, ni fallor, rationibus satis urgentibus, etsi contrarium videam in praxi servari in delictis, quæ perpetrantur in terris Baronum cum armis igneis: sed quotiescumque causa in similibus delictis introducitur in Regiam Audientiam per viam electionis fori, sæpissimè servatum vidi, ut ad forjudicationem delinquentium procedatur cum potestate delegata; in hoc enim casu nulla ratio est ad contrarium practicandum, multoq; magis id servandum est, ubi causa de sui natura spectat ad Regia Tribunalia, ut quia verbi gratia sunt offensæ aures, aut agitur de delicto, cujus cognitio solum spectat ad Regia Tribunalia; quamvis, ut verè fatear quod sentio, si procedi non posset ex delegatione supponamus in delictis quæ committuntur in terris Baronum, poterit etiam non temerè dubitari, an id possit fieri, ubi proceditur in Reg. Tribunalibus, propter electionem fori, cum dici possit delictum, quoad Baronum præjudicium, non spectare de sui natura ad Regia Tribunalia, sed per accidens; quod facile deficere potest, si persona miserabilis ad suum forum variet; & obstet illud, quod natura rei non accidens spectari debeat, *l. 4. ff. de tutelis, ubi Bart. Menoch. de arbitrar. casu* 201. *num.* 69. cum aliis juribus per eum congestis. Illud est extra controversiam, quod si causa per viam gravaminis introducatur in Regium Tribunal, erit proculdubio ordinariè procedendum, quia Judex appellationis non potest alio modo procedere, quam quo utebatur primus Judex, quia, subrogatus sapit naturam illius, cui subrogatur, *l. si eum, qui §. injuriarum, ff. si quis caut. §. fuerat instit. de actionib. cum concordantibus*; ut rescripsit Excellentiss. D. Mag. Admiratus tunc Regni Prorex, cum ex parte Regii Fisci in Provincia Salerni dubitaretur, an in quadam causa furti commissi in via publica per appellationem devoluta ad dictam Regiam Audientiam, esset ad modum belli procedendum; quod intellige etiam lite non contestata per primum Judicem, quia suprà allegata ratio in hoc casu militat.

Præterea dubitari potest, an si testes deponant delictum esse commissum, ut vulgo dicitur, *con arme di fuoco corte*, nec clarè dicant esse commissum cum sclopo breviore tribus palmis, aut ut vulgo dicitur *con archibugetti*, an poterit procedi ad forjudica-

judicationem, ſervata forma *d. prag.* 3. etiamſi delictum ſit in rixa? dicerem ſatis eſſe, nam ſuppoſito, quod in hoc judicio contumaciali non eſt neceſſaria apprehenſio armorum, ut in praxi notiſſimum eſt, & ſtatur depoſitioni teſtium de his, quæ viderunt, cum ſecundum communem uſum loquendi appellatione *d'armi certe di fuoco*, veniant ſclopi parvuli, & breviores tribus palmis, attenditur hic communis uſus loquendi, cùm is attendendus ſit etiam in materia pœnali, & ſtricti juris, *Bart. in rub. de novi operis nunciat. num.* 6. *Farinac. conſ.* 156. *n.* 21.

Hæc junctis his, quæ dixi reſolut. 1. in hac materia tam quotidiana, & ſatis controverſa ſentio, quorum pleraque, ut dixi, in Regiis Tribunalibus vidi etiam ſervari; ſaltem libuit omnes ſupradictos caſus attingere, ut detur occaſio aliis ſubtilius inveſtigandi, & ſapientius reſpondendi.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *JUdex an prætermiſſo extraordinario, ſtatutario, ac privilegiato modo, agere poſſit ordinario?*

2 *Statutum, quando parendi neceſſitatem inducat?*

3 *Statutum, ſi jubeat extraordinario procedi, an Judex ordinariè procedens nulliter agat?* num. 4. & ſeq.

5 *Clauſulam Decreti irritantis, ubi lex non apposuit, actum in contrarium factum non annullat.*

Judex poteſt ex cauſa recedere à pœnis à lege, vel conſuetudine introductis.

6 *Reus, an de nullitate poſſit dicere ſi Judex contra eum procedat non certo modo ſibi à ſtatuto aſſignato?*

De nullitate, opponit is, cujus favore inducta eſt nullitas.

7 *Lex, quando tradit certum modum, & certam formam procedendi abſque clauſula irritante, eorum omiſſio actum nullum non reddit, licet contraveniens puniatur.*

8 *Judex, an ad modum extraordinarium poſſit redire, ſi procedere debens extraordinariè, ordinariè proceſſit?* & num. 10.

Appellatio prohibita ſi fuerit admiſſa Fiſco conſcio, & non repugnante impedit Judicem, quin poſſit ad exequutionem devenire, & num. ſeq.

Clericus, qui ſuum Clericatum per teſtes ſolum probavit, an ſit remittendus ad ſuum Ordinarium?

Probatio non admittenda, admiſſa, tenet.

9 *Judex contra prohibitionem ſibi factam à ſtatuto procedens Fiſco audito, & non reluctante validè agit.*

Clauſula ſublata, & decretum irritans adimunt Judici facultatem aliter judicandi, niſi per expreſſum conſenſum.

10 *Tormentorum mutatio, quando Judici permittatur?*

11 *Delegatio alicujus delicti Baroni non nocet ad petendam remiſſionem cauſæ.*

12 *Baro in ſuis Terris habet jurisdictionem privativam ad Principem, licet in inveſtitura hoc non fuerit expreſſum* num. 26.

Præceptum Judicis jubentis Reum non recedere ab aliquo loco inducit præventionem.

13 *Auditor Cameræ non debet recipere appellationes de partibus niſi cum clauſula expreſſa quatenus à ſententia definitiva, vel vim definitivæ habente appellatum ſit,* & num. 29. 41. 51. & ſeq.

Remiſſio non denegatur Baroni in ſecunda inſtantia ſecundas cauſas habenti, & num. 49.

14 *Appellatio ad Papam, & ad Sedem Apoſtolicam, quando ſit licita omiſſo medio?*

15 *Spontanea Reorum conſtitutio non fundat jurisdictionem A. C. in præjudicium Baronis, neque per viam recurſus* num. 16. 18. & 52.

17 *Auditor Cameræ procedit in cauſa Vaſſalli Barouis privativam jurisdictionem habentis, quando Princeps eam ſpecialiter commiſit.*

18 *Recurſus permittitur Vaſſallo, cauſa tamen remittitur Baroni, ſi non conſtat de oppreſſione Vaſſalli, ſed non ſufficit ſola ſuſpicio oppreſſionis.*

19 *Barones, an poſſint extrahere à propria Patria carceratum, & tranſmittere ad carceres alterius Terræ etiam propriæ?* & num. 30. & 31.

20 *Excellentiſſimus D. Dux Bracchiani juſtitiam, & æquitatem ſolitus eſt impartiri ſuis Vaſſallis.*

21 *Ponitur caſus cujuſdam carcerati exempti è manu Baroncelli opere, & auxilio duorum, qui occurrerunt, & diſputatur, quale crimen dicatur* nu. 22. & ſeqq.

22 *Eximitio priſonerii ex Conſtitutione Sixtina reputatur pro vero crimine læſæ Majeſtatis.*

23 *Delictum quando dicatur plene probatum?*

24 *Inquiſitus de crimine eximitionis priſonerii è manu Curiæ ſeverè puniendus eſt, deteſtatur Judex, qui talem inquiſitum ſub cautione relaxat* n. 25. 26.

25 *Judex grave delictum committit conſignando copiam proceſſus ante publicationem inquiſitis.*

27 *Baro avocat cauſam à Judice ſuſpecto allegato, & alteri committit* num. 44.

28 *Suſpecto Barone ob cauſas inimicitiæ cum Vaſſallo, an cauſa poſſit avocari ab ejus Officialibus?*

29 *A Barone non avocatur cauſa ſi fuerit appellatum à gravamine, licet gravamen fuerit illatum ab Officiali Baronis,* num. 33.

31 *Reus pendente proceſſus fabricatione de delicto gravi non debet per Civitatem diſpatriari.*

33 *Captura eſt arbitraria, & juſtificatur ex levi ſuſpicione.*

34 *Carceratus aufugiens, licet ad Superiorem accedens, non excuſatur niſi juſtam cauſam recurrendi oſtendat.*

35 *Non gravatus non appellat.*

36 *Gravamen non poteſt fundari in ſola carceratione.*

Ad capturam devenitur ex ſola Barigelli relatione.

Licet quis non poſſit gerere in judicio perſonam Accuſatoris, & Teſtis, poteſt tamen gerere perſonam informatoris, & teſtis num. 36. in fin.

39 *Præceptum de ſtatim ſe repræſentando, an contineat gravamen appellabile.*

40 *Appellatio ab indebita carceratione, an ſubſtineatur?*

42 *Auditor Cameræ non poteſt ſub prætextu, quod ita ſit mens Principis appellationes recipere à quolibet gravamine.*

45 *Baro non cognoſcit crimen læſæ Majeſtatis verum, & proprium, ſed quod pro vero, & proprio reputatur,* & num. 49.

46 *Reſiſtentia, quæ fit Curiæ non eſt de criminibus Principi reſervatis.*

47 *Eximens carceratum è carceribus, vel è manu familiæ non tenetur pœna contenta in bulla Sixti V. contra Banditos, &c. niſi exemptus ſit de illis banditis, & facinoroſis in dicta Bulla expreſſis,* & nu. ſeq.

48 *Crimen Majeſtatis læſæ contrahitur per offenſam illatam Principi ſupremo, vel ejus Officiali.*

52 *Reus, ejuſque fidejuſſor ad Superiorem aufugiens, an pœnam ſtipulatam fidejuſſionis de tuto carcere evitet?*

53 *Au-*

Digitized by Google

53 *Aufugiens ad superiorem, an de fuga, & pœna fracti carceris teneatur?*

54 *Signatura remittit causam ad Baronem, si Vassallus aufugiens à posse Baronis se constituat in Tribunali A.C.*

55 *Recurrente ad A.C. non posse molestari pro fidejussione præstita coram Ordinariis, non substineri, & salvatur tale dictum* Farinac.

56 *Appellatione prohibita coram A. C. prohibetur etiam recursus.*

Observantia Tribunalis A.C. recipiendi causas in prima instantia non obstare, & num.58.

Jurisdictionis quasi possessio in præjudicium alterius Possessoris non acquiritur sine illius scientia, & patientia.

58 *Uno Judice suspecto, alter Judex deputatur.*

RESOLUTIO V.

1 AUthor hic tractat curiosam, & utilem quæstionem, an Judex prætermisso procedendi modo extraordinario, ac statutario, vel privilegiato agere possit ordinario. Jubet enim Constitutio, vel Pragmatica Sanctio, ut in aliquibus delictis ex abrupto procedat Judex, vel terminum ad comparendum absenti breviorem assignet, non expectato anno ad formam Constitutionis Regni *pœnam eorum*, modo Judex citat Reum ad comparendum non modo privilegiato, vel procedit non ex abrupto, quærit Author, an validè procedat, & resolvit validè procedere, quia Fiscus consensiit ad cujus favorem privilegiatus ille modus procedendi fuerat ordinatus.

2 Ista quæstio duas habet partes. Primò, an Judex validè procedat ordinariè, ubi aliter modo privilegiato ex ordinatione Principis procedere deberet. Secundò, an ordinariè procedens, vel extraordinariè, possit revocare modum inceptum, & ad modum procedere ordinarium, vel extraordinarium.

3 Circa primam partem, ut ejus resolutio habeatur. Est primo inspicienda Principis ordinatio, an necessitatem, an facultatem importet, quia si necessitatem per verbum debeat ordinando, quod ità debeat procedere, vel quod ità faciat, ità procedat, tunc necessitatem imponit ex traditis hic per *Authorem num.1. & per Abb. in cap.cum delicti n.12. de rescript.* ubi quid si statutum loquatur per verbum teneatur, inducit formam necessario observandam *Tiraq.de retract.lignag.§.36. gloss.2.nu.25. Bero.quæst.24.num.4. Farin.in fragm.par.2. lit.L. num.203. vers.tertio pro forma, & vers.sexto forma censetur inducta*, ubi quod dispositio statuti circa temporis ordinationem dicitur esse de forma *ex Roland.Ossasc. & aliis per eum allegat.* in nostris terminis *Burg.de modo procedendi ex abrupto qu.34.n.23.* & supra diximus, quod verbum *debet* nullam patitur difficultatem, solum dubitatio contingit de verbo *potest*, & solet ex plenè traditis per *Giurb. cons.47.ex n.31.* Si vero utatur verbo possit, vel alio facultativo, tunc nulla ratio suadere potest actus nullitatem, si quod potest Judex necessariò non exequatur, quicquid dici posset, quoad justitiam, & injustitiam illius actus.

Supposito igitur, quod lex præcipiat in certis casibus, & delictis modo extraordinario procedi, an
4 Judex ordinariè procedendo, nulliter procedat: Distinguendum est cum *Rovit. prag.20. de feud.n.4.* Aut lex loquitur prohibitivè, non faciat, non procedat, seù aliter, & tunc actus contra prohibitionem factus redditur nullus ex *l.non dubium, C.de legib. Merl. Pignat. cent.2. c.61.num.14.* ubi quod ipsamet prohibitio præsefert clausulam decreti irritantis *Rovit.cit.prag.20.n.4. Farin.in fragm.par.2. verb.lex num.170. & seq. & n.199.* ubi quid de jure canonico, & in foro conscientiæ; Aut non procedit prohibitivè, sed jubet actum fieri certo modo, & jussa non servantur, & tunc si lex ultro non procedat actum annullando, ex tali in observantia nullitas non resultat *Rovit. cit.num.4.* Ad corroborationem facit, quia pluries constitutio ultro procedendo opponit clausulam decreti irritantis, seu aufert aliter judicandi potestatem, ut videmus in *cit. pragm.20. de feud.* ad quod advertit *Rov.in 2.prag.2. de fid. & author.memorial.* ubi etiam *Rovit.num.4. pragm.1. de Senat.Cons. Maced.* de qua per *Merlin. cent.2.cap.99.num.4. & cap.100.num.52.* & ferè in omnibus Constitutionibus Pontificiis.

Ideo ubi lex dictam clausulam non apposuit, mani-
5 festavit actum nolle irritare ob non observantiam *Rovit.pragm.1. de guidat. num.15. Sanfel.decis.51. num.2. & seq.* Verum quia ista regula non est semper tuta, quia multoties ille modus procedendi per statutum est requisitus pro forma, ut videre est eundem *Farin. in fragm. verb.lex, ex num.202.* & in nostris terminis *Burg.de mod.proced.ex abrupt.q.34. num.15.* cujus natura est actum irritare, si in minimo omittatur, *l.cum hi, §.Prætor, ff.de transact. l.mevio, & l.qui hæredi, ff.de condit. & demonstrat. Farin.d.verb.lex num.204. Merlin. Pignat. cent.2. cap.70. num.37. Rovit.pragm.1.de guidat. num.35. Alder. Mascard. de gener. stat. interpetr. claus. 9. num.8. & 55. Farin. cons.85.num.101. Capic. Latr. decis.129. num.29.* & quandoque illa regula etiam fallit, ut videre est eundem *Farin. cit. verb. lex num.216. & seq.* Unde per istas regulas generales, quæstio proposita resolvi non potest, sed per alia fundamenta videtur resolutio facilis ad favorem Fisci. Etenim statutum, seù lex, licet præcipiat delinquentem certa, & determinata pœna puniri debere, non tamen ex hoc facultatem Judici tollit puniendi gravius, seù levius ex causa *Salic. in l.is, qui num.6. C.ad l.Cornel. de sicar. Gramm. decis.5. num.6. & decis.23.num.6. & seq. Capiblanc.de Author Baron.pragm.6. num.75. Marsil. cons.25 n.24. cons.111.num.6. Salernit.dec.57.nu.22.Capic.Latr. decis.172.nu.43.* & ferè in nostris terminis *Bajard. qu.96. n.9.* Ideo eodem modo ejusdem facultati relinquere videtur prætermittendi modum extraordinarium, si ei ex causa videbitur saltem ubi non tollit aliter judicandi facultatem, & irritat actum aliter factum, prout faciunt Constitutiones Pontificiæ, & in terminis, quod procedens ordinariè non obstante constitutione, & ordinatione procedendi ex abrupto validè procedat *Maur. Burg. quæst.34. num.6. & seq.*

6 Ulterius statutum ordinans certo modo procedi contra delinquentes in aliquibus specificatis delictis, certum est, quod hoc disponit favore Reipublicæ, & Fisci.

Ideo non potest ipse Reus de nullitate opponere, tùm ex regula generali, quod nullitas respectu unius, ab alio opponi non potest, sed solum ab eo cujus favore nullitas est inducta *Rota decis.57.nu.2.vers. intrat dispositio par.4.recent.tom.1. decis.224.nu.5. decis.179.num.5.par.4.tom.2.recentior. & decis.88. num.8.par.7. Scacc.de commerc. & camb. §.primo, qu.7.par.2. limit.17. num.9. & de re judic. gloss.7. qu.3.limit.4.nu.197. & de judic. lib.2.cap.3.n.383. & Afflict.decis.66.num.6. & seq.* nec jura Fisci per alium opponi permittitur *Ciarlin. contr. 37. n.24. contr.70.n.30. & contr.33.n.4.* tum quia in odium ipsius Rei inductum, redundaret in favorem, contra *text.in l.si quis solidum, ff. de hæred. instituend.*

Bart.

Digitized by Google

Bart. in l. fin. ff. de legib. Ludovic. Roman. conſ. 73. n. 3. in fine, & num. 4. Nell. Tract. de bandit. quæſt. 45. in fin. in 4. part. Cabal. caſ. 149. num. 5. in fine, & n. 6. Author hic ſub §. in contrarium, & alioquin inducta ad oppugnandum operarentur validitatem contra *tex. in l. legata inutiliter, & ibi Bartol. n. 5. ff. de leg. 1. Claud. Bertaz. conſ. 559. in fin.*

7 Demum ſtatutum ordinans actum fieri certo modo, ſeù ſub certa forma Judici, ſeù alias habenti poteſtatem faciendi, ſed non addendo clauſulam annullativam, ubi alio modo fieret, punitur contrafaciens, ſed actus ſubſtinebitur *ex alleg.* per *Alder. Maſcard. de interpetr. ſtatut. num. 53.* ſequitur *Farin. in fragm. lit. L. num. 225.* & in noſtris terminis *Intrigliol. conſ. 11. num. 2. 10. & ſeq. Burg. de mod. proceden. ex abrupt. qu. 34. num. 213. & 14. & qu. 85. num. 1. 2. & ſeq.* alios refert *Author hic num. 2. ſub §. in contrarium verſ. tertio, quia verior. & Farin. qu. 11. num. 68.* voluit non obſtante clauſula ſublata, & Decreto irritanti, de quibus in Conſtitutione ſan. mem. Pii IV. de qua per *Bajard. qu. 94. num. 66.* quod ſi Judex de facto admittat Reum condemnatum ad novas defenſas, ſubſtineatur proceſſus, quod tamen non admittit *Scacc. de judic. lib. 1. cap. 97. num. 142. verſ. ſi loquimur*, ubi advertit *Farin.* moveri ex authoritate *Boſſii*, qui non loquitur in caſu ſtatuti, ſeù conſtitutionis habentis clauſulam ſublatam. & Decretum irritantis, prout habet, & continet Conſtitutio Pii IV. quod etiam advertit *Bajard. ad Clar. qu. 94. n. 65.*

8 Altera difficultas, an Judex procedere debens extraordinariè ex abrupto, proceſſivo modo, vel ſimiliter, & procedens ordinariè, mutare, & variare poſſit, & ad modum extraordinarium redire, cum diſtinctione eſt reſolvenda, aut enim Fiſcus conſenſit tali modo procedendi, aut diſſenſit, aut tacuit, aut fuit illius modi procedendi ignarus. Si Fiſcus conſenſit tacitè, vel expreſsè, non videtur Judex à modo procedendi incepto recedere poſſe, quia potuit Judex Fiſco præjudicare ipſo tamen ſciente, & conſentiente, niſi colluſivè procederet *Cavalc. de brach. reg. par. 5. num. 209. Author hic ſub num. 3. verſ. tertium, quod cum Decretum Franc. deciſ. 384. nu. 6. Cartar. de captoband. cap. 2. ex n. 58.* & ità intelligendus eſt *Boſſ. tit. de appellat. num. 26.* ubi quod Judex deferens appellationi prohibitæ non liget ſibi manus, ut nequeat ad exequutionem procedere, quem ſequitur *Bajard. ad Clar. §. fin. q. 94. num. 24.* cujus contrarium voluit *Gomez. de delict. cap. 12. num. 32.* ut ſcilicet Boſſii dictum procedat, quando Fiſco ſciente, & non diſſentiente admiſſa fuit appellatio, ſecus ſi ipſo ignaro, vel repugnante, quia Fiſcus, & Judex præjudicant, inquit *Cavalc. cit. num. 209. par. 5.* cum teneatur Fiſcus obſervare ordinem judiciarium, & uti jure privato *Hodiern. ad Surd, deciſ. 13. num. 14.* & ejus ſcientia habeatur pro ſcientia Principis in iis rebus, quæ ad cauſam ſuam, & ſuum miniſterium pertinent, abundè *Peregr. de jur. Fiſc. lib. 6. tit. 8. n. 16. poſt med. & n. 27. in fin.* & ideò valdè dubitandum eſt de deciſione Magnæ Curiæ Vicariæ in cauſa relata per *Merlin. Pinat. cent. 2. cap. 91.* ubi denegabatur per Magnam Curiam remiſſio illius Clerici ad Epiſcopum, qui per plures teſtes probaverat ſe fuiſſe tonſuratum, & prima Clericali tonſura inſignitum per ſuum Epiſcopum, nulla productione præcedente de Bulla, ſeù atteſtatione per literas Epiſcopales de ſuo Clericatu, juxta diſpoſitionem *Ritus M. C. 235. inibi relat. & cap. legum. 2. quæſt. 1.* ibi: *Ordinatus à ſuis Ordinatoribus literas accipere jubetur*, nec probatio aliqua, quod bullæ Clericatus eſſent amiſſæ, ut ſaltem requirebatur ex traditis per eundem *Merlinum cit. c. 91.* prout multum verè fuit dubitatum in S. Concilio, ubi cauſa ad inſtantiam partis fuit per appellationem introducta ex eo, quia productis articulis ad probationem Clericatus, & Requiſitorum Sac. Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 6.* abſque productione bullæ, Fiſcus non repugnavit, & Judex illos admiſit, & teſtes ad probationem Clericatus recepit. Unde facta probatione, licet non juridica, & contra legem expreſſam, ac probata ordinatione per plures teſtes, aliiſque requiſitis Sac. Concilii, valdè dubitavit S. C. de confirmatione ſententiæ Magnæ Curiæ Vicariæ, ex quo licet probatio non erat admittenda, admiſſa tamen debebat attendi. Laudat enim *Merlin.* Magnæ Curiæ deciſionem, ſed non teſtatur eam fuiſſe in S. Conſilio confirmatam, quia exitus cauſæ per alium medium terminavit. Caveat igitur Fiſci procurator, & caveat Judex, ubi articuli per Reum producuntur, ne eos admittant, neque admitti faciant contra juris ordinem, vel contra decretum, quia poſtmodum probatio ſuccedens, non poterit ſic facile evitari, aſſerendo quod non debebant admitti videatur ad rem *Guazz. defenſ. 28. cap. 4. num. 2. & 3.* ubi quod Fiſcus debet ſe proteſtari, & Judex proteſtationem admittere, ubi articuli pro Reò dati, etiam defenſionem abſentis concernerent. Vide demum *Gabriel. com. concl. lib. 7. cap. 9. ex num. 84.* ubi de procuratore admiſſo ad defenſionem abſentis Fiſco non reclamante, & latius per *Far. qu. 99. ex n. 243.* & attendas, quod nobis tradidit *Scacc. de re judic. gloſſ. 14. q. 21. n. 47.* ubi quod lex patitur potius reddi eluſoria, quam ut innocens condemnetur.

9 Non obſtante igitur prohibitione, ſi Judex admittat exceptionem Reo non admiſſibilem de jure, & Fiſcus ſciens non repugnet, ex ea juvatur Reus, quia Fiſcus, & Judex præjudicant ſine colluſione procedentes, ex *Cavalc. & aliis allegat.* & ita intelligo *Burg. de mod. proced. ex abrupt. cent. 1. qu. 26. ex n. 4.* ubi quod modus procedendi ex abrupto non poteſt per Fiſcum renunciari, ut ſcilicet intelligatur quotieſcumque renunciaret expreſsè, & re integra, renunciationi jam factæ contradiceret, ſecus ſi Judex aliter procedere incepiſſet Fiſco citato, & non reclamante, & Res amplius non eſſet integra, & ſtatutum ultro non procederet irritando actum, & tollendo facultatem aliter judicandi per ea, quæ tradunt *Bajard. cit. qu. 94. n. 65. & Scacc. de judic. lib. 1. cap. 97. n. 142. verſ. ſi loquimur, & Rota dec. 67. n. 1. 3. & 4. poſt conſ. Farin. in 2. vol.* ubi quod proceſſus, & ſententia ſunt nulli etiam oppoſitione aliqua non facta. Nec obſtat, quod *ex Peregr. de jure Fiſci*, fuerit firmatum ſcientiam officialium, inducere ſcientiam Principis. Quia talis ſcientia eſt præſumpta, ſed ad tollendam virtutem Decreti irritantis, & clauſulæ ſublatæ, requiritur vera ſcientia, & Principis conſenſus expreſſus *Ridolf. in ſua par. 3. cap. 4. n. 190.*

10 Aut vero Judex procederet ordinariè Fiſco ignaro, & inaudito, licet parte ſciente, & non repugnante, & tunc quia nulliter procederet *ex l. non intelligitur. §. Divus Adrianus, & l. ſi Fiſcus, ff. de jur. Fiſc. l. 2. C. ſi adverſ. Fiſc. Maſtrill. dec. 214. n. 21. Fontanel. deciſ. 30. n. 2.* ubi quod Fiſcus eſt pars ſubſtantialis judicii criminalis, ſine quo tractari non poteſt, & extant in Regno diſpoſitiones locales enunciatæ hic per *Authorem ſub §. ſecundum, quod ſi Judex*, & in Urbe adeſt Conſtitutio reformationis ſan. mem. Pauli V. *ſub tit. de Judicibus Criminalibus Urbis, ſub §. nullus autem Judicum*, utique ad inſtantiam Fiſci extra ordinem petentis, quod procedatur, cogitur Judex procedere nulla habita ratione de judicio aliter incepto, tum quia contra

De-

Digitized by Google

Decretum, seù contra formam à statuto, vel à Principe ordinatam, tum quia absente, vel inaudito Fisco. An autem Judex possit mutare tormentum, quo jam incepit Reum torquere, consulas *Viv. decis.*263.

Ad ea verò, quæ tractat hic Author circa jurisdictio-
11 nem Baronum, an delegatio alicujus delicti censeatur in eorum præjudicium, & an jurisdictio Baronum procedat cumulativè, an vero privative, quoad Tribunalia ipsius Principis, & an saltem prævenia per Baronem cognosci possi per Judicem Principis, & an in casu gravaminis, vel sine gravamine possit inquisitus per Curiam Baronalem accedere ad Curiam Principis, vel etiam fractis carceribus aufugere, vel non obstante obligatione, & fidejussione de tenendo domum, seu alium locum pro carcere, plenè fuerunt discussa in causa Excellentiss. Ducis Brachiani, in qua tandem duæ emanarunt resolutiones coram Eminentiss. Dom. meo Cardinali Signaturæ Præfecto. Prior, quod A. C. procederet ad formam literarum inhibitorialium stante gravamine ostendendo gravamen, ex quo cogebantur Vassalli unius Jurisdictionis ad carceres alterius jurisdictionis se conferre, licèt ipsiusmet Excellentiss. Ducis, altera deinde qua moderata fuit inhibitio simpliciter, comperto quod non erat gravamen in illa causa, inquisitos de eximitione carcerati, ad alios carceres securos transferre dùm in illa jurisdictione, in qua supponebatur eos deliquisse, carceres securi non erant, placuit scripta in illa causa hic inserere, ut difficultates in illa causa propositæ, appareant quibus fundamentis fuerunt resolutæ, & quibus modis confirmata resolutio prius facta coram bon. mem. Cardinali Sacchetto.

Eminentiss., & Reverendiss. Domine. Inibitio venit moderanda ad formam petitionis, quia aut Illustrissimus D. A. C. uti substitutus à Principe cumula-
12 tivam prætendit exercere Jurisdictionem cum Baronibus de feudo investitis contra Vassallos *c. dudum* 14. *de præbend. vers. nisi igitur*, ubi determinatur, quod Princeps supremus alteri concedendo jurisdictionem, ea se non spoliat, nec privat, sed semper retinet penes se majorem ibi: *penes nos tamen remansit major*, ex quo *text.* concessionem censetur cumulativè, non privativè voluit *Bart. in l.* 1. *C. de offic. Præfect. Urbi*, & alii cumulati per *Roman. cons.* 393. *ex n.* 1. *ad* 10. & per *Rolan. cons.* 80. *num.* 2. *Surd. cons.* 152. *n.* 17. *lib.* 2.

Et duplicem habet juris resistentiam, prima quia *text. in d. cap. dudum* procedit ubi jurisdictio conceditur ex privilegio, sine infeudatione, & investitura, ac concessione utilis Dominii, secus ubi jurisdictio conceditur uti annexa feudo, & per investituram, ita distinguit *Socc. cons.* 229. *n.* 35. *& seq. lib.* 3. & sequuntur *Rosental. de feud. cap.* 35. *concluf.* 5. *n.* 2. 3. *& seqq. Mastrill. de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 31. *&* 40. *Peregr. cons.* 1. *num.* 14. *lib.* 1. ubique tunc concessa censetur jurisdictio privativè, & non cumulativè *Farin. cons.* 135. *n.* 25. *Mastrill. Rosental.* & alii allegati, & ante eos *Felin. in cap. Pastoralis n.* 3. *de offic. ordin. Spad. cons.* 1. *nu.* 28. 29. *&* 30. *Joseph Ludovic. com. opin. de jurisdict. concluf. unica fall.* 8. *Sixtin. de regal. lib.* 1. *cap.* 5. *concluf.* 5. *ex num.* 2. *Petr. de potest. Princip. cap.* 8. *ex num.* 25. *Thes. decis.* 132. *num.* 2. *& dec.* 266. *n.* 4. *De Marin. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 2. *Scacc. de appellat. qu.* 7. *n.* 33. Sunt enim Barones in suis Terris veluti Reges *Sanfel. decis.* 55. *n.* 3 *&* 4. *Scacc. de appellat. qu.* 16. *limit.* 1. *sub num.* 3. *Cancer. var. par.* 3. *cap.* 13. *n.* 115. *& seq. Giurb. cons.* 66. *n.* 18. *Carleval. de judic. tom.* 1. *disput.* 2. *qu.* 7. *sect.* 1. *num.* 794. *fol.* 328. Secunda, quia etiam data, & supposita cumulativa, prævenit Baro, qua præventione sic stante, cessat cumulativa *l. cum quadam* 19. *ff. de jurisdict. omn. jud. in princip. Scacc. de jucid. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 55. *&* 66. *Farin. qu.* 5. *n.* 52. *Guazzin. defens.* 1. *cap.* 8. *n.* 1. etsi sola prævention, quæ ex citatione causatur, vel præcepto de non discendendo ab aliquo loco, ut advertit *Carleval. de judic. disput.* 2. *tom.* 1. *num.* 892. *ex Decian.* & alios, tollit cumulativam, quid operabitur præventio causæ, & personæ, quæ concurrit in casu præsenti?

Aut prætendit de eorum causa cognoscere in gradu appellationis, ex aliquo gravamine, quod prædicti Vassalli enarrassent, & pariter obstant duo: Primum, quod Tribunal. A. C. ex constitutionibus *Pii IV. la* 74. *vers. deindè non recipiat appellationes*, *& Pii V. in ordine* 117. *vers. cæterum ipse Auditor appellationes admittere*, *& recipere non possit*, *nisi à sententiis diffinitivis*, *vel diffinitivè vim habentibus*, refert *Scacc. de appellat. quæst.* 7. *num.* 90. *vers. adverte observ.* Secundum, quia Excellentissimus Dux Brachiani, S. Gemini habet in sua investitura cognitionem primarum, secundarum, & etiam tertiarum causarum, quo casu appellationes ab alio Tribunali recipi non possunt, sed remittendæ sunt ad Judicem appellationis ipsius Excellentissimi Ducis, *Caravit. super ritibus M. C. rit.* 52. *num.* 2. *vers.* 2. *limita*, *Capiblanc. de author. Baron. pragmat.* 63. *num.* 226. *Sanfelic. decis.* 63. *num.* 11. *Thor. in suo compend. decis. in supplemento*, *verb. remissio*, *fol.* 147. *col.* 1. *Scac. de appellat. q.* 7. *n.* 89.

Non obstat, quod ad Papam, & Sedem Apostolicam licet appellare ommisso medio, quia id intelligitur, vel ubi appellatio ad ipsam Sedem, & Papam immediatè procederet, ex *tradit.* per *Scacc. quæst.* 8. *num.* 14. *vers. contra ipsam extensionem*, vel ubi Baro, vel appellatus remissionem causæ ad suum Judicem non peteret, *Scac. d. quæst.* 7. *num.* 83. *Guidop. decis.* 436. *& qu.* 41. *nu.* 49. *Rebuff. de appellat. art.* 2. *glos. unic. qu.* 11. *&* 12. *tom.* 3. *fol.* 483. *&* 488. vel ubi in eadem Investitura cognitio secundarum causarum non fuisset eidem Baroni concessa, prout concessa legitur Excellentissimo Duci, *Capyc. in invest. fœud. verb. cognitione primarum causarum*, *fol.* 127. *Curt. Jun. cons.* 2. *in princ. Spad. cons.* 1. *num.* 13. *Scac. de appell. q.* 7. *n.* 29.

15 Aut prætendit jurisdictionem fundasse ex ipsa spontanea reorum constitutione in suo Tribunali, ex *l. Roma*, *ff. ad municipalem*, *& cap. fin. de for. compet.* ubi disponitur quemlibet Romæ conveniri posse, ex *traditis* per *Farin. q.* 7. *n.* 12.

Et pariter obstant duo. Primum, quod Roma dicebatur Patria communis, de tempore, quo Imperia, & Regna non erant divisa, ut advertit *idem Farin. cit. qu.* 7. *num.* 1. *Carleval. de Judic. tom.* 1. *disput.* 2. *qu.* 1. *num.* 43. *fol.* 30. ubi quod hodie quælibet Regia Curia dicitur Patria communis, *ex l. Roma*, *Cancer. var. lib.* 2. *tit. de for. compet. num.* 32. eoque tempore. Terræ, Castella, & Civitates non erant infeudatæ; sed totale illarum Dominium residebat pœnes Imperatores. Verùm data postmodum infeudatione, & translatione utilis Dominii dd. Terrarum, Castrorum, & Civitatum, quamvis directum remaneat pœnes Principem infeudantem, in concursu semper præferendus est habens utile, videlicet feudatarius, *Bald. in cap.* 1. *§. Similiter de lege Corrad. sola in Constit. Sabaud. tit. de guat. gloss.* 2. *n.* 11. *Cartar. decis.* 69. *num.* 28. *Capoblanc. de author. Baron. pragm.* 81. *num.* 82. *Giurb. consil.* 66. *nu.* 18. *circa med. Sanf. decis.* 55. *num.* 2.

Obstat secundò, quia dispositio *d. l. Romæ*, *&c. fin. de for. compet.* ultra limitationes, quas patitur ex dispositione eorumdem Jurium, de quibus per *Ca-*

non. in

non. in cap. licèt il 2. de for. compet. procedit cumulativè, non privativè, ut clarè, & expresè ex eisdem juribus desumitur, declarantibus quemlibet Romæ conveniri posse; At si cumulativa Jurisdictione semper præveniens Judex erit potior, & tollet jurisdictionem prævento, ut diximus *ex Guazz. in Scacc. Carleval., & aliis allegatis superiùs*; Undè cùm prævenerit Curia Excellentissimi Ducis, tùm in causa, tùm in persona, cumulativè amplius jurisdictioni locus esse non potest, sed Judex præveniens solus præventam causam cognoscet, sive inferior sit, sive æqualis, *Mart. in suo tract. de prævent. cap. 1. nu. 3. & 4. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 41. cap. 20. Scac. de re judic. lib. 1. cap. 12. n. 57. Guazzin. def. 1. cap. 10. num. 7.*

16 Aut tandem prætendit suam jurisdictionem fundare per viam recursus, vel ex illa suprema potestate eidem Principatui annexa inseparabiliter ex latè tradit. per *Frec. in suo tract. de subfæud. lib. 3. de different. inter fæud. quater. & plan., & de Tab. n. 35. Sola super Constit. Sabaud. decret. Indulg. gloss. un. n. 8. vers. hæc potestas sub tit. de restit. spoliat. cum aliis per Sanfel. cit. decis. 55. nam. 6. Spad. cit. conf. 1. n. 18. & 19. Giurb. conf. 66. n. 15.*

Et ista prætensio nec minus substinere potest ex alio publici fundamento.

Primò. Quia cum jurisdictio prædicta eidem supremo Principatui sit annexa inseparabiliter, ut dicunt DD. præfati, dici non potest, quod fuerit communicata Tribunali A. C. generaliter, nempè ut in omnibus, in quibus Supremus Princeps ex suprema illa potestate jurisdictionem exercere posset, communicaverit, & cognitionem dederit Tribunali A. C. quia esset separabilis, & communicabilis, non eidem Principatui annexa inseparabiliter, prout dicunt DD. prædicti, comprobat *Gram. decis. 30. ex num. 7.* ubi quod suprema illa potestas, non potest considerari respectu M. C. Vicariæ, quæ volebat Vassalli causam cognoscere; sed respectu ipsius Principis, quod etiam advertit *Cartar. dec. Genuen. 68. num. 3.*, & confirmat prædicta *idem Regens Sanfelic. decis. 55. nu. 10. vers. unde frequenter*, ubi quod solet Princeps ex rescripto, & commissione speciali mandare magnæ Curiæ, ut procedat in causa speciali, citra præjudicium privilegiorum Baronis, *Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 2. num. 230. in 10. casu, & 251. cas. 17. Spad. cit. conf. num. 30.* quamvis nec id admittat *Camill. de Curt. in diverf. fæud. cap. Potest quoque fœudum num. 29. Curt. Jun. conf. 3. Silvan. conf. 64. Osas decis. 34. Cancer. Pancir., & alii relat. per Giurb. citato consil. 66. num. 19.* reddentes rationem, quod isto colore, causæ omnes à Barone avocarentur contra concessionem privativam jurisdictionis, quæ cum titulo oneroso processerit, irrevocabilis censeri debet potiùs, pluribus id idem firmat *Gonzal. super reg. Cancell. 8. gloss. 28. rubr. de mens. & alternat. per tot.* & præsertim *in num. 22., & seqq.*

17 Sit tamen quicquid sit de ista conclusione, quod unum erit semper verum, scilicet quod in causa Vassalli Baronis de fœudo investiti, & privativam jurisdictionem habentis, Princeps ex suprema potestate procedere volens specialiter debet determinare, & ex commissione speciali Tribunali A. C. cognitionem talis causæ committere, prout servari, & servatum refert *Sanfel. citata dec. 55. num. 10. vers. unde frequenter, Giurb. cit. conf. 66. n. 19.*

18 Secundò. Quia recursus ad Principem, licet permittatur Vassallo ex plenè traditis per *Giurb. cit. conf. 66. num. 4.* attamen causa postmodum remittitur Baroni, si de Vassalli oppressione non constabit, *Oliban. de fisc. cap. 3. num. 35. Giurba citato consil. 66. num. 15. vers. nec aliter*, ubi quod causa per Principem à Barone non avocatur, nisi oppressionis prætextu. Est enim de natura recursus, ut concedatur graviter oppresso, *Rebuff. ad Constit. Gall. tom. 1. tract. de supplicationibus in præfat. num. 28. Menoch. de arbitr. lib. 1. qu. 70. num. 18. 19., & 20.* Nec sufficit sola suspicio *Capyc. latr. decis. 90. per tot.* ubi quod si Baro suspectus sit Vassallo, non ex hoc sua jurisdictione privabitur, sed alio modo ei succurri debet, *Thor. in suo compend. decis. tom. 1. verb. Vassallus, fol. 569.*

Unde cùm in præsenti nullum proponatur gravamen nullaque oppressio, causa à Barone avocari non debet.

Nec dicatur gravamen colligi ex eo, quod a Terra S. 19 Gemini præcipiebantur Vassalli inquisiti se constituere ad carceres Brachiani, quia præcisa observantia casuum præteritorum, quibus Vassalli acquieverunt indifferenter, prohibitum non est Baroni in aliquo casu speciali Vassallos unius Terræ, vel Castri ad Carceres alterius Terræ firmiores, & securiores, si gravitas delicti concurrit, prout in præsenti, ubi de eximitione Carcerati agitur transducere, ibique eos in suis defensionibus audire, ut in terminis voluit *Franc. decis. 526. num. 7. & seqq.* & prosequitur *Rovit. prag. 2. nu. 20. rub. ubi de delict. quis conveniri debeat.*

Quare &c.

20 Eminentissime, & Reverendissime Domine. Ut Justitia, & æquitas solita semper, & in quacumque causa impartiri per Excellentiss. Ducem Bracchiani suis Vassallis cognoscatur, & videtur etiam exercita, & impartita in præsenti causa eximitionis prisonerii DD. Gregorio Fattibono, & Felici Antonio Alui suis Vassallis non minus injustè, quam irrationabiliter significantibus se gravatos.

Supponendum est in facto, quod Baroncellus Curiæ Sancti-Gemini Castri, seù Terræ ejusdem Excellentissimi Ducis sub die 6. mensis Junii præteriti ex mandato, & ordine Gubernatoris apprehenderat quendam Theodorum supranomine Grillum, & apprehensus asportabat ad carceres illius Curiæ, sed videns apprehensus se solum à Baroncello apprehendi, & asportari, tentavit se è manibus Baroncelli eximere: sed non valens, incepit vociferare, & ejus vociferationibus occurrerunt multi, & præsertim DD. Gregorius Fattibonus, & Fœlix Antonius Alui, qui evadere fecerunt prisonerium, & aufugere intus Ecclesiam ibi propinquam, ac Baroncellum malè tractarunt, cum calceis, & pugnis, & evullione capillorum, ac laceratione vestium, ità refert Baroncellus, & denunciat Curiæ sub eadem die 6. mensis Junii in princ. processus, & vocat in contestes pro confirmatione suæ relationis, ac verificatione delicti, *il Garzone del Fornaro, Francesco Maricotti, Matteo di Gioseppe, ed il Balio della Terra, ed altri, che loro nomineranno*; Apparet de laceratione, & capillorum evulsione per oculatam inspectionem, ut testificatur Gubernator ibi: *prout ego, vidi, &c.*

Sub die 8. eiusdem mensis Odoardus Vannicellus Gubernator per suam epistolam refert Excellentiss. Duci hæc verba: *Dall' esame d' un testimonio confirmato dall' attestazione del Balio mi costa, che il medesimo Felice Antonio gridasse, lenta costui, lenta costui, e Gregorio Fattiboni dicesse, che ti pensi di stare alle Morsiche, l' hò perciò constituiti ambidue, avendoli poi rilassati con idonea sicurtà di rappresentarsi, ne fabrico intanto processo*, &c. ut in ejus epistola data in summario.

Refert eandem eximitionem Fiscalis illius Curiæ, qui est consanguineus Denunciatorum, sub die 11. dicti men-

ti menſis, non tamen eodem modo, quo Gubernator, ſed dici proceſſum inchoatum his verbis: *Il Signor Governatore hà cominciato à farne proceſſo, ma perchè ſi tratta di delitto fatto quaſi di notte, e da perſone, come ſi dice, principali di queſta Terra, credo non ſia per averne onore, dovendoſi per trovar li Delinquenti uſar qualche rigore.*

Agitur ergò de eximitione Priſonerii, quæ ex Conſti-
22 tutione Sixtina ſapit, & reputatur pro vero crimine læſæ Majeſtatis, ut in ſua Conſtitutione 6. in ordine ibi: *læſæ Majeſtatis reatum verum, ac nulla juris, aut hominis fictione confictum, crimen incurriſſe*, eiſdemque pœnis ſeveriſſimè punitur, tùm ex dicta Conſtitutione, tùm ex bandimentis generalibus Urbis, & ità eas incurrunt, qui quoquo modo Miniſtros Curiæ in abductione Carceratorum perterrefecerint.

Eximitio non dubitatur, quia cum effectu carceratus è manu Baroncelli, auxilio occurrentium evaſit.

Gubernator Terræ S. Gemini enunciat Duci Domino per tres teſtes conſtare in proceſſu de eximitione
23 cauſata per DD. Fattibonum, & Alui ſub die 8. menſis Junii, ibi: *Dalla depoſizione d'un teſtimonio, confirmata dall'atteſtazione del Balio, mi coſta, &c.* & ſucceſſivè quod ultra relationem Baroncelli, conſtabat etiam per atteſtationem Balivi, & alterius teſtis, & ſucceſſivè dici poterat delictum plenè probatum, ex tradit. per *Cartar. deciſ. 87. n. 29.*

Inducant modò gravamen, ſi illud reperire confidunt qui gravamen prædicant, & reduarguant, ſi poſſunt juſſiones Ducis, ſeù potius admonitiones per epiſtolas factas ſuo Gubernatori, qui eodem tempore, quo ſignificavit delictum tam grave patratum, ac probatum per tres teſtes, ſignificavit etiam Delinquentium habilitationem ſub cautione de repræſentando. Juſtificent hanc Gubernatoris reſolutionem in habilitando Reos inquiſitos de crimine læſæ Majeſtatis, ac ferè convictos, ut ipſemet fatetur ejus Baroni, & Duci.

Eminentiſs. Domine. Iſta habilitatio erat digna non
24 ſolum reprehenſione, & emendatione, ut fecit per Epiſtolam ſuam D. Dux, ſed ſevera demonſtratione, quia ſeverè caſtigari, non foveri Inquiſitos de tali delicto, & eadem jura præcipiunt.

Nec poteſt dicere eos ſub prætextu Innocentiæ habilitaſſe, quos trino teſtimonio convictos eodem tempore declarat, & profitetur.

Juſta ergo fuit, & omni admixta æquitate admonitio facta Gubernatori, circa talem ſcandaloſam relaxationem, & juſtiſſima, ac rationabiliſſima cauſa dubitandi de Gubernatoris fide, dum trino teſte convictos Reos de crimine eximitionis, audit relaxatos, & poſt aliquos dies tranſmiſſa proceſſus copia, ſeù relatione, factum videt probatum non conforme relationi, & Reos relaxatos, nullo eorum examine recepto.

Potrò ſub die 8. *Junii* audit inter teſtes de delicto, & delinquentibus deponentes atteſtationem Balivi, & poſtmodum comperit in proceſſu Balium ſub *die* 13. *ejuſdem menſis* examinatum. Nulla ergo fides erat adhibenda Gubernatori, nec proceſſui per eundem tranſmiſſo, quia ſaltem non ſervato juris ordine, nec ipſius Excellentiſſimi Ducis, & ſanè ſtet veritas in ſuo loco, neque illi præjudicetur, iſte proceſſus veritatem facti aptus non eſt demonſtrare, ſed potius occultationem veritatis, ut cuilibet eum intrinſecus intuenti liquere poterit, & juſtificata apparet relatio fiſcalis: *che per eſſer fatto da perſone principali ſe non ſi uſa il rigore &c.* Et ſanè res eſt peſſimi exempli, cum vel Gubernator falſum retulerit, vel in teſtium receptione non juſtè, & ſincerè ſe geſſit.

Creſcit iſta ſuſpicio, quia conſignavit eiſdem Inquiſi-
25 tis copiam proceſſus, quod ſine nota gravis delicti fecerat ex *Sanfelic. deciſ. 60. per tot.*, & delictum fit gravius cum per atteſtationem juratam profiteatur copiam proceſſus nulli conſignaſſe.

Utcumque tamen factum ſe habeat, cauſa eſt remit-
26 tenda Baroni, etiamſi nullum adeſſet delictum, dùm Baro habet cognitionem etiam ſecundarum cauſarum, ut deciſum refert *Sanfel. deciſ. 64. num. 11. verſ. & quod dictum eſt*, cum eidem per inveſtituram conceſſa ſit juriſdictio in ſuos Vaſſallos privativè, & abdicativè, & quoad ipſum Principem concedentem, & quoad ejus Officiales, & ità præſumitur etiamſi in inveſtitura non fuiſſet expreſſum, ut voluit *Abb. in cap. cæterum col. 3.* ubi etiam *Dec. & alii de judic.* ita quod nemo alius, quam ipſe Baro conceſſionarius, & inveſtitus illam exercere poſſit, *idem Abb. in cap. ex tenore de for. compet. Frecc. de ſubfeud. authent. 9. Anna alleg. 44. Vinc. de Franc. deciſ. 370. num. 5.* Sive in perpetuum Vicariatum, vel Gubernium fœudum debeat, ſive in dominium, cum à pari procedant, *Thor. in compend. ſuarum deciſ. par. 3. tom. 3. verb. remiſſio, fol. 135. col. 1. & eod. verſ. remiſſio, ſub fol. 145. col. 2.* & dixi plenius in præcedenti informatione.

Et facilius, quia Fattibonus, & Alui recurſum habue-
runt ad A. C. ſub prætextu gravaminis, & ſuſpi-
27 cionis erga Gubernatorem loci, ut clarè legitur in expoſitiva Inhibitionis emanatæ per Illuſtriſſimum A. C. cùm à ſæculo non ſit auditum, quod cauſa avocetur à Curia Baronali ob ſuſpicionem ipſius Officialis, inquit *Capyc. latr. dec. 90. num. 23. Capiblanc. de Baron. pragm. 8. par. 1. num. 148.* cum poſſit Baro cauſam ſuſpecti Judicis alteri committere, ut probat *Covar. pract. q. cap. 9. num. 4. verſic. quod ſi Dux*, & latiùs proſequitur *Sola ad Conſtitut. Sabaud. in rubr. de concluſ. in gloſſ. par. 1. n. 2. Maſtril. de Magiſtrat. lib. 4. cap. 17. num 15. Rovit. pragmat. 2. de ſuſpic. Official. num. 10. 11. & ſeq.* Difficultas quoque fuit, an ſuſpecto Barone ob cauſas inimicitiæ cum Vaſſallo, cauſa eſſet ab ejus Officialibus avocanda, ut videre eſt pœnes *Hector. Capyc. latr. dec. 90. per tot.*, & latiùs per *Sanfelic. deciſ. 84.* ubi tractat articulum, an ſuſpecto Prorege, ſint etiam ſuſpecta omnia ejus Tribunalia, & tamen reſolutum comperimus ex cauſa inimicitiæ Vaſſalli cum Barone, non avocari cauſam, ſed ad ſummum ei ordinari, quando gravis eſſet inimicitia, ut Judicem in illa cauſa eligeret non ſuſpectum, ut advertit *Guazzin. defenſ. 1. cap. 21. num. 10. verſ. ſi Baro*, & refert *idem Capyc. latr. deciſ. 90. in fin. & Gipſ. obſerv. ad eandem deciſ. n. 2. & 3.* ubi aliam deciſionem refert in caſu ſimili.

29 Et ex cauſa gravaminis, nec minus cauſa avocatur ab ordinario loci per Illuſtriſs. D. A. C. ſed ſolum appellationes recipere poteſt à ſententia diffinitiva, vel diffinitivæ vim habente, ſic dictantibus Pontificiis Conſtitutionibus in priori informatione relatis, & tantò minus à Barone, qui habet cognitionem in prima, ſecunda, & tertia inſtantia.

Et indubiè, ubi nullum comperitur gravamen ipſius Baronis, prout in præſenti, cum licet gravamen
30 contineat alportatio Vaſſalli ad Carceres alterius Terræ licet ejuſdem Baronis ex tradit. per *Vinc. de Franch. deciſ. 526. num. 6.* attamen in aliquo caſu gravi, & ex cauſa hoc gravamen à jure ſuffertur, nec habetur pro gravamine ex eodem *Franc. deciſ. 526. num. 7. & ſequent. Rovit. pragm. 2. ubi de delicto quis conveniri debeat, num. 10.* ibi, *Item limita, quando cauſa eſſet ardua, & timeretur de fractione carcerum, vel urgeret alia cauſa neceſſaria, nam tunc poterit Baro extrahere Vaſſallos carceratos de*

Digitized by Google

una Terra, ad aliam, ut per Vinc. de Franch. &c. Etsi in jure ista limitatio in aliquo casu verificatur, utique nunquam magis justificata apparere poterit, quam in casu resistentiæ Curiæ, & eximitionis carcerati, cum concurrat simul justissimus timor effractionis carcerum, & gravitas delicti.

Ultra quod in præsenti nec minus indigemus auxilio
31 legis, quia ordinatio Excellentiss. Ducis, seù instructio data Gubernatori, fuit de eos adstringendo cum fidejussoribus de accedendo ad carceres Bracchiani in casu quo nollent ibi remanere prisonerii, reputando inconveniens, & irrationabile, quod pendente processus fabricatione de eximitione carcerati dispatiantur per Terram æquè ac si essent inquisiti de damno dato, vel alio delicto levi, pro quo solent Rei fidejussoribus relaxari.

Nec minus dicatur gravamen consistere in eorum car-
32 ceratione, quæ non debebat sequi de facto, sed præcedente saltem aliqua informatione ex tradit. per *Guaz. def. 5. cap. 3. n. 15.*

Quia carceratio Judici est arbitraria, nec procedendo ad carcerationem redargui potest Judex de injustitia, *Clar. §. fin. quæst. 46. num. 2. Mart. decis. 234. num. 14. Farin. q. 30. num. 143.* cum ad justificandum capturam levis sufficiat suspicio, *Far. qu. 27. num. 115. Macerat. var. l. 3. resolut. 36. num. 2. Giurb. consil. 66. num. 2.* Præcesserat in præsenti relatio Baroncelli, quæ sola justificabat capturam ex *decis. Cartar. 87. num. 29.* imò, & aliorum testium, ut testificabatur Gubernator in ejus epistola, quæ si postmodum non verificantur in processu, vel ex malitia id processit ex pluribus deductis superiùs, vel ex nimia imprudentia, quia carceratis Reis de tali delicto, nequissima fuit eorum subitanea relaxatio pendente processu cum sola cautione scutor. 200. maximè non recepto prius examine.

Et utcunque sit gravamen esset Judicis, non Domini,
33 quando captura fuisset injusta, nec ex isto capite avocari posset causa à Barone, qui habet causarum cognitionem in secunda, & tertia instantia, *ex Sanfel. & Thor. locis supr. citat. Giurb. d. consil. 66. num. 1. & 2.*

Nec tandem dicatur argui saltem gravamen, quia de eo tempore periculosum erat carcerem Bracchiani petere, quia præceptum adeundi carceres Bracchiani, non fuit coactivum, sed remissivum casu quo Gubernator nollet eos intus carceres Sancti-Gemini reducere; Quia delictum talis qualitatis non debet delicatè, sed rigorosè perquiri, & quia de eo tempore successit eximitio, 6. scilicet *mensis Junii*, non de mense Decembris, vel Januarii, sunt istæ potiùs cantilenæ, quam rationes, &
34 justæ conquæstiones, quæ nec valent eos excusare à pœna contraventionis fidejussionis. Cum prætextus, & color recurrendi ad Principem, sive illius Judices, non excuset reum sub cautione detentum, nisi gravem ostendat causam, & valdè justam recurrendi, ut interim advertit *Petr. Cabal. cas. 42. num. 5.* ibi: *debet ipsa causa esse valdè justa, & legitima, & clarè apparere, alias fugientem, & coram Superiore se præsentantem non excusaret,* nec aliter avocatur causa à Barone per Principem, quàm oppressionis prætextu, *Giurb. consil. 66. nu. 5. vers. cum nec aliter.*

Quare, &c.

Eminentiss., & Reverendiss. Dom. Repositio à Decreto justè peti videtur, & successivè causam remittendam ad Curiam Baronalem.

Siquidem A.C. in causa appellationis ad formam mo-
35 nitorii nullo modo procedere potest, tum quia etiam de jure Canonico appellatio non datur sine gravamine, *Abb. in cap. bonæ memoriæ sub num. 7. in 1. diff. Franch. sub num. 17. col. 5. vers. quartò quia, & Dec. num. 17. sub tit. de appell. Felin. in cap. 1. sub num. 3. cons. 2. eod. tit. Cappel. Tholos. tract. de appellat. lib. 1. cap. 11. num. 8. differ. 6. Scacc. de appellat. q. 2. num. 41. & 95. num. 94. Bars. decis. Bonon. 52. nu. 10.* & ideò facile appellans non admittitur, *Scac. d. decis. 50. num. 100.* & dicetur frivola cum causa in ea expressa non sit legitima, dato quod probaretur ex multis, *Scacc. cit. qu. 2. n. 48.*

Et in monitorio nulla exprimitur causa legitima, quæ inducat gravamen, ut ex ejus tenore percipi potest.

In quo enarratur Illustriss. Dom. A.C. quod cum fuissent processati appellantes de eximitione ejusdem Theodori è manibus Baroncelli Curiæ Sancti Gemini, emanata fuerint per eandem Curiam quædam præcepta inibi inserta, quibus præcipiebatur, ut se conferre deberent ad Arcem Bracchiani sub pœna scutorum 500. & mandati de capiendo, à quibus sentientes se gravatos, & quia habent suspectam totam Curiam Sancti-Gemini, appellant, & recursum habent, & ista est expositio, quam faciunt Rei prædicti, & ab isto gravamine appellant, & recursum habent ad Tribunal. A. C. ut ex eo comprehendi potest; si modò adsit gravamen in eorum expositione, Eminentia Vestra considerare potest,
36 dùm in hoc delicto eximitionis, quod reputatur pro crimine læsæ majestatis præcipiebatur Inquisitis, ut se conferre deberent in Arce Bracchiani, donec per Curiam conficeretur processus. Gravamen non potest considerari in carceratione pro isto delicto, quia illa est arbitraria, *ex Menoch. de arbit. qu. 88. num. 1. Farin. qu. 27. nu. 126.* & attento communi stylo procedendi in omnibus Curiis, & Tribunalibus, porrecta querela devenitur ad capturam, ut testantur *Farin. qu. 27. num. 115.* & ex pluribus *Marius Giurb. cons. 66. num. 2. vers. & atroci in delicto,* ubi quod cogitur id facere, & præcedente Barigelli relatione ac denunciatione facta Curiæ de prædicta eximitione necessaria, nedum, justa erat captura, *ex tradit. per Cartar. cit. alias decision. 87. num. 29.* Deponit enim delictum contra prædictos de facto proprio, & ideò ei magis, quàm semiplenè erat deferendum, *Rovit. cons. 30. nu. 10. p. 2. Farin. quæst. 63. num. 224. & dects. 249. nu. 4. Thor. vot. 17. num. 32. lib. 1.* in nihil obstante, quod esset etiam denunciator, quia non implicat officio fungi denunciatarii, & testis, *Sanfelic. dec. 98. n. 4.*

Nec minus in præcepto eis facto, quod se deberent conferre ad arcem Bracchiani, quia hoc permitte-
37 batur Baroni, ut aliàs *ex Rovit. Vinc. de Franch., & aliis* ostendimus, quibus addo *Capiblanc. de Baron. pragm. 3. num. 179. & 180.* & securius quia id procedebat ex voluntate, non ex necessitate, quatenus scilicet inibi stare non valeant prisonerii, ut dictabat ordinatio Excellentiss. Ducis.

Frivola ergo, injusta, & illegitima erat causa in appellatione expressa, nec poterat admitti de jure, ideo
38 decretum, quod procedat A.C. in causa appellationis ad formam monitorii videtur repugnare essentiæ appellationis, quæ subsistere non potest sine gravamine, *ex Bald. Dec. Vanor. Felin., & aliis per Scac. locis supr. citatis.*

Nec minus dicatur præceptum continere, ut statim se deberent conferre ad dictam Arcem, cum tamen
39 eorum obligatio cantaret intra quindecim dies, quia nec tale est expressum gravamen in monitorio, nec talis expressio contineret gravamen, tum quia intelligeretur semper ad formam obligationis præcedentis, & ista dictio statim contineret itineris arreptionem, & discessum à Terra S. Gemini, quod erat valde justum, ne sub colore accedendi ad arcem Brachiani, ad quam se poterant conferre in una

die

Digitized by Google

dle dispatiarentur per Terram, qui de eximitione carcerati processabantur, in contemptum Justitiæ, & scandalum Populi, tum quia præceptum illud resolvebatur in simplicem monitionem comparendi, tum quia respectu ipsorum nunquam posset considerari gravamen, cum carcerari possent etiam de facto, & recedere a fidejussoria obligatione, *ex Farinac. qu.* 34. *num.* 92. & videmus observari quotidiè, tum demum quia præceptum prædictum sive justum, sive injustum erat ipsius Officialis, & Ministri, qui benè cogi poterat per Auditorem generalem Status prædicti in causa appellationis, nec poterat in aliquo Jurisdictioni Baroni ex hoc præjudicari, ut diximus etiam alias.

Nec tandem dicatur substineri posse Decretum, ex quo videmus in dies appellari ab indebita carceratione, & appellationes admitti.

Quia appellantes ab indebita carceratione non admittuntur nisi justificato gravamine, unde remanet appellans in fortiis Judicis, *à quo*, & transmittuntur acta, quibus visis, si justitia capturæ non justificatur, avocatur causa, ne Reus deinceps duriùs gravari possit, *Scacc. de appellat. qu.* 17. *n.* 161. *qu.* 20. *num.* 26. *vers. aut enim, Guazzin. defens.* 36. *cap.* 24. *num.* 2. Si verò de gravamine, & injustitia non constat, revocatur inhibitio, ut docet *Bald. & cæteri allegat. per Scacc. loc. cit.* Verum cum captura sit arbitraria, & in delicto gravi decernatur etiam sine indiciis, ut diximus, consuetudo obtinuit, ut appellationes ab indebita carceratione non admittantur, ut advertit *Clar. q.* 46. *n.* 2. *Guaz. defen.* 36. *cap.* 1. *num.* 5. *in fin. Giurb. consil.* 66. *nu.* 3. etsi admittitur cum Decreto si, & in quantum, quia postea justificari non potest gravamen, ex dictis causa remanet pœnès Judicem suum, qui statim procedet, *Giurb. d. cons.* 66. *num.* 14.

Nec quodlibet gravamen sufficeret, ut causa per vim appellationis ab Ordinariis locorum avocari possit
41 per A.C. sed necessariò præcedere debet sententia diffinitiva, vel diffinitivæ vim habens, ut expressissimæ determinant Constitutiones Pontificiæ *Pii Quarti la* 74. §. *deinde* ibi: *non admittat appellationes, nisi cum clausula, quatenus à sententia diffinitiva, vel diffinitivæ vim habente*, & sic per verba prohibitoria *Pii V. super reformatione Tribunalis A. C. sub tit. de Auditore Cameræ la* 117. *edita sub die* 4. *Decembris* 1570. §. *Cæterum*, ibi: *Cæterum ipse Auditor appellationes aliter non audiat, seu admittat, quàm si exhibita fuerit Notario in actis ab appellante fides publica, seu publicum Instrumentum sententiæ, à qua extitit appellatum, eaque sit diffinitiva, vel diffinitivæ vim habens, neque aliter earum ratione inhibeat, &c.* refertur per *Scac. tract. de appellat. qu.* 7. *num.* 90. *vers. adverte obiter*, & per *Salust. Tiber. in praxi Tribunal. A. C. fol.* 505. *Alia Pauli V. in reformatione Tribunalium Urbis, sub tit. de A. C. edita de anno* 1611. §. *appellationes quæque*, & §. *sequenti*, ubi quod debet exprimi clausula in eadem inhibitione, & *quatenus revera sententia non sit diffinitiva, vel vim diffinitivæ habeat præsentes litteræ nullius sint roboris, vel momenti*. Quis modo dispensavit, vel revocavit, Eminentiss. Præsul Pontificiis his Constitutionibus, tam clarè, enixè, & geminatè providentibus excessibus illius Tribunalis, cujus Notarii omnes causas quærebant amplecti, & in toto orbe Jurisdictionem ordinariam exercere?

Eminentiss. Dom. Barones habent cognitionem ex privilegio, & investitura etiam secundarum, & ter-
42 tiarum causarum, adeout si Illustriss. A. C. supponit vigore suarum facultatum recipere omnes appellationes, quæ immediatè devolvuntur ad Sedem Apostolicam etiam per saltum, omisso medio, quod non admittit *Spad. in suo consil.* 1. sed concludit attendenda esse privilegia Baronum, & eorum Investituras, ut videre est sub *num.* 21. ibi: *Nisi aliter in eorum Investituris, & concessionibus expressè cautum fuerit, & sub num.* 22. ibi: *Nisi contrarium in eorum investituris expressè eis concedatur*, & volunt omnes *ex Surd. dec.* 143. *Franc. dec.* 511. *Capibl. de Auth. Baron. prag.* 8. *par.* 1. *n.* 186. *Thor. in suo compend. dec. p.* 2. *tom.* 3. *verb. remissio, fol.* 103. *col.* 2. *verb. ex adverso dicebatur*, ubi quod eadem ratio militat in prima instantia, ac in causa appellationis, ubi habet Baro cognitionem secundarum causarum, *Sanfelic. decis.* 64. *num.* 11. *Scacc. de appellat. qu.* 7. *num.* 89.

Si inquam vult modo Barones hoc privilegio privare sub prætextu, quod ita sit mens Summi Pontificis, & postmodum appellationes recipere à quolibet gravamine, certè quod nulla causæ cognitio remanebit Baronibus, nec aliis loci Ordinariis, minus Jus, quam Barones habentibus in eorum Jurisdictionibus, sed nudum nomen, vel titulum Jurisdictionis desponsabunt, exercitio remanente eidem Illustriss. A. C. quod nullo modo videtur permittendum, quia omnis Juris ratio repugnat; Privilegia Baronibus concessa, ac expressè leges Pontificiæ, de quibus suprà præcipientes, quod litteræ inhibitoriales sub colore inhibitionis transmissæ spernatur, & nullius sint momenti, cum à sententia diffinitiva, vel diffinitivæ vim habente non appellatur, & ne reverentia, quæ debetur litteris, quæ sub tanto nomine transmittuntur deficiat; ordinans specificè, quod in eisdem litteris talis cautela ponatur, & eas spernere, postmodum obedire sit non contemnere.

Quatenus vero asseratur in monitorio, & appellatio-
44 ne interposita, quod Rei suspectum habeant Judicem, & Curiam Sancti Gemini, hoc non est causa legitima avocationis causæ à Barone, ex quo potest Baro tali suspicioni consulere, & Reos de Judice non suspecto providere, ut aliàs diximus, quotiescumque legitimè proponeretur per Vassallos, & cum legitima causæ expressione, prout de jure requiritur contra Judicem Ordinarium, *ex Farin. in fragm. par.* 2. *verb. Judex, num.* 882. *& seq. Guazz. def.* 1. *cap.* 19. *nu.* 54. maximè cum Baro causas habeat etiam appellationis in secunda, & tertia instantia, prout in casu nostro.

Non obstat novissima objectio facta coram Eminen-
45 tiss. Dom. meo, quod crimen eximitionis prisonerii, de quo agitur, est crimen læsæ Majestatis proprium, ac verum ex Constitutione Sixtina 6. *in ordin.* §. *duces quoque*, cujus cognitionem non habent Barones; sed ipsi Principi censetur reservatum *ex tradit. per Spad. in suo cons.* 1. *num.* 33. & *Farinac. qu.* 118. *num.* 15.

Quia respondetur tripliciter. Primò, quod crimen læsæ Majestatis verum, & proprium esse reservatum Principi, seu de reservari solitis: Ideò non venire in generali delegatione causarum, nec in mero, ac misto imperio ad tempus, vel in perpetuum concesso Baroni, Vicario, vel Capitaneo, *Gigant. de crim. læsæ Majest. qu.* 1. *num.* 1. *Afflict. tit. qui sint Regalia verbo, & bona, num.* 8. *Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 37. *num.* 31. *Bajard. ad Clar.* §. *læsæ majest. num.* 25.

At nos sumus in crimine, quod ex Constitutione Bullari habetur pro crimine læsæ majestatis vero, & proprio in omnibus, & eisdem pœnis punitur, non autem in vero, & proprio crimine læsæ majestatis, quod de jure Principi sit reservatum; Ideo sub generali delegatione causarum, & meri, & mixti

Digitized by Google

Imperii cognitione comprehendi ex *tradit. per Boss. de crimin. læsæ majest. nu.* 62. ubi quod aliud est crimen læsæ majestatis proprium, quod consistit in facto, quando ipsa majestas læditur, aliud quando de jure habeatur aliquod delictum pro crimine læsæ majestatis, & ejusdem pœnis puniatur. Reservata Principi, seu reservari solita non sunt ista delicta, quæ habentur pro crimine læsæ majestatis, sed quæ simpliciter sunt talia. Ergo.

46 Quinimò tantum abest, quod resistentia facta Curiæ sit de criminibus Principi reservatis, ut totum contrarium dicendum sit, *ex tex. in l. nullum, C. de testibus, & plenè traditis per Merlin. Pignat. cent. 2. cap. 71. per tot. par. 1. num. 1. 2. 3. 4. 5., & 25. vers. sit igitur ex his*, ubi quod de jure vindicta tribuitur majestati offensæ, adeout prorogetur Jurisdictio, etiam in non habentem, ut pœnes eum videri potest, cujus dictis nihil videtur addendum, prout ex eadem ratione attentata revocari præcipitur per eundem Judicem, in cujus spretum processerant, *Gregor. decis. 486. num 4. Burat. decis. 72. n. 5.*

Secundò respondetur crimen læsæ majestatis attentis eisdem Constitutionibus incurri, si exemptus è
47 manibus Curiæ fuerit rebellis, banditus, vel facinorosus, quos hostes Romanæ Ecclesiæ eadem Bullaris Constitutio declarat, ut in terminis advertit *Rota dec. 61. num. 16. & 17. penes Farin. post 2. vol. conf.* & comprobat *Spad. in suo consil. 1. n. 65. in fine, & 66.*, & conformatur dispositioni juris communis ad *tex. in l. cujusque, ff. ad l. Juliam majestat.* ubi quod crimen læsæ majestatis committit, qui è manibus Curiæ eximit carceratum pro crimine læsæ majestatis, secundum communem intellectum illorum verborum: *& propter hoc in vincula conjectum emiserit*: de quo per *Farin. qu. 30. num. 101. 102. & 103.* Ubi enim supremus Princeps declarat hostes Romanæ Ecclesiæ homicidas, latrones, banditos, & perduelliones, necessariò sequitur, quod qui eos è manibus Curiæ exemerit, crimen læsæ majestatis committat, *ex d. l. cujusque, & Bullari Constitutione*, quæ tales eos declarat, & pro talibus vult reputari; At ubi exemptus talis non fuerit, eximens crimen læsæ majestatis non committit, *d. l. cujusque verb. & propter hoc, Bullaris Constitutio sub §. Duces quoque, vers. qui perduelliones, &c. Rot. d. dec. 61. num. 17.*

48 Tertiò respondetur crimen læsæ majestatis contrahi per offensam factam supremo Principi, & ejus Officialibus, idque delictum esse Principi reservatum inquit *Spad. cum aliis per eum relat. cit. conf. 1. num. 33. vers. 2. igitur limitatio*, ibi: *De crimine læsæ majestatis in directum Dominum, vel ejus Officiales.* At in præsenti non agitur de impedimento dato Officialibus, & Majestati Principis, sed Baroncello ejusdem Baronis ideo tradita per *Spad.* non obstant, sed potius confirmant jurisdictionem, & cognitionem causæ hujus criminis ad Barones spectare, prout expressis verbis ostendit sub *n. 35.* ibi, *& supradicta limitatio intelligi debet, quando crimen læsæ majestatis est commissum in Principem supremum, secus autem si esset commissum in ipsum Baronem*, & iterùm sub *nu. 64. sub §. & super hoc vers. sed quicquid sit de dicta declaratione*, & pleniùs habetur per *Farin. qu. 118. n. 19. & 20.*

Oportet, ut attentis verbis Constitutionis prædictæ eximens Prisonerium in crimine læsæ majestatis incurrat, quod vel exemptus hostis Romanæ Ecclesiæ sit declaratus, vel pro tali habitus ex dicta Bullari Constitutione, vel quod eximitio fuerit facta è manibus Exequutorum Curiæ Principis supremi, vel ejus Officialium, ut in terminis voluit *Farin. qu. 30. num. 104.* adest *vot. Blanchet. decis. 61. num. 16. post 2. vol. conf. Farin.* quorum cum neutrum concurrat in præsenti, disputare non est opus, an prohibita sit cognitio talis criminis Baroni, uti de Principi reservatis.

Quare, &c.

Eminentiss., & Reverendiss. Dom. Quod Tribunal A. C. non possit se intromittere in causis Vasallo-
49 rum, vertentibus in Curiis Baronalibus in prima instantia est expeditum de Jure ex *tradit.* per *Spad. conf. 1., & aliis extra à me coacervatis in prima, secunda, & tertia informatione*, quos repetere non est necessarium. Estque etiam resolutum per E. V. articulo maturè discusso, & favore Monasterii Sancti Pauli, utilis Domini Terræ Laptignani etiam exequutum moderando Inhibitionem A. C. & ideo super hoc non est amplius immorandum.

Quod idem A. C. non possit se intromittere in eis-
50 dem causis per viam recursus, & appellationis, quando Barones in earum Investituris habent cognitionem primarum, & ulteriorum Instantiarum, fuit etiam firmatum, & confirmatum auctoritate casuum, & rerum decisarum ratione inevitabili, quia sicut sine magna causa non avocantur per Principem supremum causæ in prima instantia à Baronibus, eodem modo avocari non debent causæ appellationum expressè eisdem concessæ in Investituris, nec contrarium dicitur per *Spad. conf. 1. num. 27.* quia expressè loquitur *Spada*, uti haberent Barones privilegium cognoscendi causas appellationum præter Investituram ibi: *quod est notandum contra illos, etiam Barones, qui extra Investituram fortè haberent aliquod privilegium circa cognitionem secundarum causarum* Barones enim qui ex investitura habent cognitionem secundarum causarum, concludit idem *Author sub nu. 21. & 22.*, quod non possunt per saltum interponi in Tribunali Audit. Cam.

Hoc tamen non est necessarium in præsenti disputari, quia licet Tribunali A. C. fuerint commissæ omnes
51 appellationes, quæ devolvuntur ad Sedem Apostolicam. Attamen expressissimè eidem fuit prohibitum, ne appellationes recipiat à quolibet gravamine, sed tantum à sententia diffinitiva, seu diffinitivæ vim habente, ut *ex Constitutione Pii IV. la 74. usque de anno* 1562., quod videns excedere bon. mem. *Pius V. sub die 4. Decembris* 1570. strictius confirmavit in ejus Constitutione reformatoria Tribunalis A. C. in ordine 117. relata, & transcripta per *Salust. Tiber. in praxi Tribunal. A. C. fol. 505. sub §. Cæterum*, addens quod non admittat A. C. appellationes, nisi fuerit exhibita per appellantem in actis fides publica, seu publicum instrumentum sententiæ, à qua extitit appellatum, eaque sit diffinitiva, vel diffinitivæ vim habens, nec aliter earum ratione inhibeat; Verum cum strictior hæc prohibitio, nec salubre importaret remedium Ordinariis locorum, & Notarii A. C. Jurisdictionem tali modo concessam, seu limitatam recipiendi causas appellationum adhuc excederent, *Paulus V.* qui fuerat suo tempore A. C. & *Farinac.* ejus Locumtenens, ut ipse testificatur in *Appendic. ad Immun. Eccles. sub nu. 17.* & prædicta expertus fuerit, in ejus Constitutione Bullari edita super reformatione Tribunalium Urbis *de anno* 1611. mandavit expressè, ut in eisdem Inhibitionibus transmittendis per A. C. vigore appellationum apponeretur clausula, & quatenus revera, sententia non sit diffinitiva, vel diffinitivæ vim habens, præsentes litteræ nullius sint roboris, & momenti, ut videre est in eadem Constitutione relata per *Fenson. sub tit. de A. C. §. appellationes quoque, & §. seq.* salubre sanè remedium, ut Ordinarii locorum sperne-

re pos-

Digitized by Google

re possint Inhibitiones A. C. contra formam dictarum Constitutionum transmissas sine contemptu.

Unde cum in præsenti nullum supponatur decretum, vel sententia, quæ diffinitiva, vel diffinitivæ vim habeat appellari possit, utique nullius roboris, vel momenti inhibitio transmissa comperitur, & necessariò per E.V. moderanda.

Non obstat testificatio *Farin. qu.30. in addit. sub nu.* 142. quia non loquitur *Farin.* de observantia Tri-
52 bunalis A.C. in præjudicium Baronum, sed solum quod recurrentes ad Tribunal A.C. non molestentur pro pœna fidejussionis præstitæ coram Ordinariis; observantia sanè digna omni correctione. Nam tractant DD. articulum, an Reus injustè detentus, qui potest per remedium appellationis, recursus, vel aliter sibi gravamen carcerationis reparare, & eligit viam facti fugiendo à carceribus, & recurrendo ad Superiores debeat puniri, & idem *Farin. eadem quæst. 30. num.174.* concludit, quod si habeat justam causam fugiendi non debet puniri, nec dicetur fidejussioni contravenire, secus vero si aufugiat, & ad Superiorem accedat, quia tunc inquit ipse non debet pro ista fuga remanere impunitus. Reassumpsit hanc quæstionem *Caball. in suo cas. 42.*, & concludit aufugientem etiam ex justa causa debere aliquo modo coerceri, quia non debet eligere viam facti, sed juris appellando, vel reclamando, & ità refert decisum, & decisionem placuisse tum Judicibus Superioribus, ad quos reus aufugerat, tum inferioribus à quibus aufugerat. Insurrexit postmodum *Farin.* post *Cabal.*, & addidit observari in Tribunali A. C., quod Locumtenens mandat sibi exhiberi processum, & procedit in causa absolvendo, vel condemnando Reum; prout merita causæ suadent, nulla de fuga habita consideratione; & successivè, ac consequenter etiam ubi fuga fuisset injusta, quod sufferri non potest, tum quia fuga à carceribus nunquam sine causa de jure permittitur, tum quia Tribunal. A. C. in causis de partibus non potest se intromittere, nisi in causam appellationis, quæ non debet esse à quolibet gravamine, sed à sententia diffinitiva, seu diffinitivæ vim habente.

Videatur quæso *Giurb. cons. 66. num. 6.* ibi: *Justamque adeundi Principis causam habuerint*, *Farin. qu. 30.*
53 *num.174. Mart. decis. 124. num.16.* videatur *Guaz.* qui dicta *Farin.* & *Caball.* ruminavit *in suo tract. ad defens. def. 5. circa capturam cap. 4. num.13.* ubi vix defendi posse Reum aufugientem, ne de fuga teneatur, quando notoria non esset injustitia capturæ, & convenit cum *Caball.* quia inquit ipse, si captura non fuisset justa, determinaretur etiam per Judicem licuisse aufugere. Bone Deus, volunt DD. ut Reus gravatus ex injusta captura, via juris sibi consulat, & se eximat à gravamine, & rationabilis est eorum opinio ex *Cabal. d. cas. 42.*, & tamen *Farinac.* vult ut Reus possit aufugere, & carceres frangere sine causa si accedat ad Superiorem? Confideret Eminentiss. Dom. meus, si hæc potest esse mens Principis, si huic observantiæ concurrere potest juris assistentia, certè nulla alia assignari potest ratio, nisi quod Locumtenens, qui id observavit, & observare intendit, fovet fugientes ad eum exemplum dando cæteris, ut aufugiant impunè, & Superiori portent causas, & causarum cognitionem in præjudicium Ordinarii locorum, & accusatorum, qui extra locum delicti non coguntur, nec validè possunt eorum jura tueri contra *tex. express.* tam de Jur. Canon. *in Concil. Trident. sess. 24. cap. 20.* incipit *causæ omnes*, *& tradit. per Ricc. decis. 171. num. 2. 3. & 4.*, *& decis. 283. num. 2.*, *& 3. par. 4.*, & de Jure Civili *in Auth. qua in Provincia*, *C. ubi de crimine agi oporteat*. Et contra reiteratas ordinationes Summorum Pontificum prohibentes expresè A. C. ne in causis de partibus se intromittat, nec inhibitiones transmittat, nisi à Decretis diffinitivis, vel diffinitivæ vim habentibus.

Etsi prohibent Constitutiones, & jura præfata Tri-
54 bunali A.C. ne appellationes recipiat per viam juris interpositas à Carceratis in partibus, nisi à Decretis, & sententiis diffinitivis, quomodo sufferri potest, Eminentiss. Dom., ut appellationes habeat recipere & cognoscere per viam facti interpositas fugiendo à carceribus, vel ab alio loco, loco carceris eis assignato, quod Reis prohibetur etiam in casu non justæ carcerationis, *ex Cabal. d. cas. 42. Mart. & Giurb. loc. alleg.*

Quod Locumtenens A.C. id faciat, cum nemo conqueratur, suadet sola ratio proprii interesse, non à sinu legis descendens, quod hoc factum Locumtenentis admittatur per Superiorem, per Signaturam, & per Principem credi non potest, quia irrationabile contra Constitutiones geminatas, & jura communia, tam Civilia, quam Canonica.

Undè respondetur primò non obstare *Farinac.* testificationem, quia non jure id firmat, sed contra jus;
55 quod est corrigendum per Superiorem, *l. sed licet 12. ff. de offic. Præsid.* ibi; *non tamen spectandum, quod fit Romæ, sed quod fieri debet Guazz. ad defens. reor. def. 9. num. 648. Alex. cons. 36. num. 10. lib. 2.* ubi quod non possunt Judices ad justitiam ministrandam Deputati contra jus, & justitiam, stylum introducere, & judicare, *Aym. de antiq. tempor. par. 4. §. transeo*, *Rot. dec. 793. n. 3. par. 1. divers.*

Respondetur secundò *Farin.* testificari de observantia Locumtenentis A. C. cui nemo contradicit Baro, vel pars appellata, & accusator; At parte contradicente, vel Barone, quod est fortius, inhibitio est revocanda, *Scacc. de appellat. qu. 7. num. 83. & 89. Capiblanc. de Author. Baron. pragm. 3. num. 226. Sanfelic. decis. 64. num. 11. Thor. in suo compend. decis. in supplem. verb. remissio, fol. 147. col. 1. Guido Papa d. c. 436., & in tract. de appellat. qu. 41. n. 39.* Nec *Farin.* in isto casu testificatur contrarium.

Respondetur tertiò talem observantiam Locumtenentis A.C. esse notorium excessum, & tantò graviorem, quantò per reiteratas Constitutiones Pontificias prohibitam; Ante enim enarratas Constitutiones sufferri poterat, quia cum de jure Canonico permitteretur appellatio ab omni gravamine, & causæ omnes appellationum interponendarum pro tempore ad Sedem Apostolicam, fuissent commissæ Tribunali A. C. utique colorari poterant Inhibitiones, quæ transmittebantur vigore istorum recursuum, cum universalitas commissionis id sufferat ex *tradit. per Giurb. cons. 62. n. 8.* ubi concessa cognitione quarumcumque appellationum, intelligitur etiam de minima, A. C. post Constitutiones præfatas *Pii IV. Pii V.*, *& Pauli V.* notorius est excessus dignus correctione.

Undè salutari potest *Farin.* qui testificatur vidisse Locumtenentem A.C. ita servare, sed talis observantia dedit causam edicto, ut per Summos Pontifices expresè, & enixè damnaretur.

56 Non obstat, quod prohibita appellatione, non prohibeatur recursus, qui est remedium extraordinarium ex *Rol. cons. 94. num. 3. & 4. lib. 1. Rovit. decision. 14. n. 7.*

Quia dupliciter respondetur.

Primò, quod appellatio in præsenti non est prohibita, sed jurisdictioni ejusdem Baronis reservata, ideo recursus uti remedium extraordinarium non est admittendus *Gaill. observ. 28. sub num. 3.* ubi quod à denegata justitia appellatio admittitur ad Came-

ram

Digitized by Google

ram Imperii, si inferior Judex justitiam denegans, immediatè subjectus sit Cameræ, secus, si alter adsit superior immediatus constitutus ad audiendas causas appellationis, *Schrad. de feud.par.10. sect.4. num.122. Frecc.de subfeud.l.2. auth.12. n.4. Giurb. conf.62.n.4.& 5.*

Respondetur secundò, recursum operari non posse aliud, quam remedium appellationis, quod est remedium ordinarium plenè *Scacc.de appellat.qu.19. remed.3.per tot.ex n.3.*

Sed appellationem recipere prohibetur A. C. à quolibet gravamine, sed tantum à diffinitiva, vel diffinitivæ vim habente, ergo esset sanè ridiculum, si A.C. prohiberetur recipere appellationem à quolibet gravamine, & eas recipere posset per viam recursus, qui notorium supponit gravamen,& causa cognita conceditur per Principem, *Rovit. decis.14. num.7. & seq.*

Respondetur tertiò, quod Princeps supremus investiendo Vassallum de feudo cum cognitione causarum, tùm in prima, tùm ulteriori instantia, omnem abdicat à se jurisdictionem, eamque transfert in utilem Dominum investitum, *ex Frecc. Schrad. Camil.de Curt., & aliis per Giurb. conf.66. n.18. & 19. Sanfelic.Capic.latr.Thor.Carleval., & aliis allegatis in prima.* Solùm sibi reservat supremam protegendi Vassallos in causa gravaminis,& oppressionis subditorum, *ex Olib.de fisc. cap.3.nu.35.* Recursus ergò petitus per subditos à supremo Principe, fundamentum habere debet appellationis, aliàs causa à Barone non avocabitur, *Giurb. conf.66.nu. 15. Fontan.dec.286.per tot., & num.6. 7. & 8.* ubi quod duo requiruntur ad obtinendum recursum.In præsenti non adest oppressio, non adest gravamen, non adest sententia, ergò,

Non obstant exempla, quia insciis Baronibus, non
57 possunt præjudicare, *Rota in Burgel Juris possidendi coram Mertin. relat.per Posthium post tractat. de manuten.decis.667.num.14.decis.560.num.1.par.3. decis.802.num.7.par.1. divers.* & in nostris terminis *Hector Capyc.latr.conf.133.num.23.vers.nec de fidib. Giovagn. conf.9. num.10. lib. 1.* nec sufficit scientia eorum Officialium, quia ad hoc non erant destinati, sed ut justitiam facerent, *Posth.observ.36.nu.20. & post tract.decis.217. num.24.* & quia violenter, & sub pœnis fuerunt inhibiti ne procederent, & processum transmitterent, *Verald.dec.377.par.2. Put. decis.188.par.2.Marsil.conf.99.nu.2. Giurb.conf.59. num.46.*

Et postmodum si exemplum forsan invenitur etiam contra aliquem Baronem, ipsi scienti potuit præjudicare, non aliis, *Thor.vot.31.nu.19. & 20. lib.2. Giovag.conf.9. num.111.lib.1.* maximè si inhibitioni non contradixit, *ex Giurb.d.conf.59.num.46.* Eo potius quod cum isti recursus gravamen, & oppressionem supponant irreparabile iplorum Baronum, *ex Olibar. & Giurb. loc. sup.cit.* de uno ad alterum casum interri rectè non potest, *l. Papinianus exuli, ff.de minoribus,* quia potuit inibi oppressio, & gravamen adesse, quod non adest, nec cognoscitur in præsenti.

Non obstant ulterius, quia per Constitutiones Bullares Sac.Conc. Trident. Jus Canonicum, & Civile expressè reprobantur ex jam dictis.

Non obstat observantia, quam testificatur *Addens ad decis. seu vot.Robust.27.post conf.Far.2.vol.* ubi quod
58 Tribunal A. C. admittit recursus Vassallorum, quando habent suspectos eorum Dominos, & Barones; Tum quia in præsenti nulla fuit proposita suspicio contra Baronem, quæ admitti posset,prout de Jure, tùm quia non ex eo quod suspectus sit Baro, avocatur causa ab eius Curia, sed constituitur Judex non suspectus, ut decisum refert *Hector.Capyc.latr.dec.90. per tot.* tùm quia recursus ad Principem supremum, licèt non impediatur, nec prohibeatur, non tamen admittitur, nisi in causa oppressionis, & gravaminis irreparabilis, ut Nullius.

Non obstat rescriptum Signaturæ ad relationem R. P. D.Muti in causa . . . . .

Quia rescriptum emanavit favore Curiæ Baronalis proponente eandem causam R.P.D.Marino ut aliàs fuit demonstratum.

Quare, &c.

Et tandem sub die 25. Novembris 1661. causa fuit remissa ad Baronem, ad Excellentissimum Ducem per acta Serantonii Notarii.

SUMMARIUM.

1 *Vidua offensa potest relicto Judice Reg. Judicem ordinarium loci eligere, & coram eo prosequi accusationem.*

2 *Privilegium Viduæ concessum adeundi Regiam Curiam in prima instantia, est voluntarium, & procedit ipsa volente, non invita.*

3 *Electio fori concessa Viduæ habet locum dummodo eligat Judicem, qui habeat jurisdictionem in delinquentem, & incompetentem eligere nequit.*

4 *Electio fori, quæ conceditur Viduæ, valde interest an ei competat ex privilegio l.unicæ,C.quand.Imper. vel jure ordinario.*

5 *Judex per Viduam electus, si res in disceptationem veniat, præfertur cuilibet alteri privilegiato Judici, modo non sit expressè derogatum privilegio l.unic. C.quando Imper.*

6 *Vidua quoad electionem fori non subiicitur regulis ordinariis loquentibus de electione, vel declinatione fori, præsertim quoad constitutionem inquisitorum in carceribus.*

7 *Privilegium Viduæ, seu miserabilibus personis concessum eligendi forum originis, vel regium in prima instantia procedit, quando miserabiles personæ conveniuntur, sed in contrarium est veritas, ut num.seq. & num. 11.*

8 *Intellectus ad l.unic. C.quand.Imper.*

9 *Conditionalis compulsio adhuc compulsio est.*

10 *Verba, sui copiam facere, idem important ac potestatem sui facere.*

11 *Electio fori datur viduæ, vel pupillo tam coram Judice ordinario, quam coram Principe secundum veriorem opinionem.*

12 *Vidua habet privilegium ne cogatur litigare extra Provinciam, hoc est extra propriam Civitatem.*

13 *Dispositio l.unicæ C.quand.Imper. saltem ex identitate rationis extendi debet ut procedat etiam in casu, quando vult convenire aliquem coram Judice ordinario.*

14 *Electionis fori privilegium, viduæ concessum fuit, ut commodius jura sua prosequi valeret in propriis laribus cum minore impensa.*

15 *Major miseratio debetur injuriam patienti, quam facienti.*

16 *Dispositio l. unicæ C. quand. Imper. ex identitate rationis extendi debet.*

17 *Privilegium viduæ concessum conveniendi adversarium in Curia Regis in prima instantia est exorbitans à jure communi.*

18 *Privilegium viduæ concessum eligendi Judicem ordinarium competentem concordat cum dispositione juris communis.*

19 *Privilegium, quod concordat cum jure communi, est potentius, & favorabilius.*

20 *Vidua actrix, seu accusatrix potest electo foro regio revariare, & redire ad Curiam domicilii, &*

num.23.

Digitized by Google

num. 23. ubi refertur decisio.

21 *Dispositio l. unicæ C. quand. Imper. concedendo viduæ privilegium electionis fori, censetur concessisse etiam variationem ad ordinarium.*

22 *De electione ad variationem valet illatio, quia ratio eadem, in utraque militat.*

23 *Litis contestatio attentis regulis juris ordinarii præcludit viam declinandi à Judice coram quo ea contestata est.*

24 *Eligendi forum regium facultati, sicuti & fori proprii renunciari non potest.*

25 *Post electionem fori regii variationis casus est difficilior, quia tractatur de auferendo jure jam quæsito Reg. Curiæ.*

26 *Facultas variandi ad Judicem ordinarium oritur ex eo, quia à principio potuisset vidua illum adire.*

27 *Facultas Viduæ concessa eligendi Judicem domicilii sive ordinarium competit ne dum jure ordinario, sed etiam jure speciali, & privilegio, sive sit accusatrix, sive offensa.*

28 *Electio fori Viduæ competens, ad hoc ut procedat, inquisiti contra quos eligitur debent manere in carceribus, & aliter non est audienda, n. 33. & seq.*

29 *Declinatio fori viduæ concessa, est species remissionis, sed contra, num. 33.*

30 *Remissio delinquentium non procedit, nisi eis in vinculis constitutis.*

32 *Remissio causæ non est concedenda à Curia Regia ad inferiorem Judicem inquisitis absentibus ad evitandam collusionis præsumptionem, sed contra, n. 47.*

33 *Electio fori longè differt à remissione.*

34 *Electio fori Viduæ concessa non competit ei per modum exceptionis declinatoriæ, sed per viam querelæ.*

35 *Quando duo pari passu ambulant, quod servatur in uno, servandum est in altero.*

36 *Quando duo sunt unico privilegio concessa non sunt diverso jure censenda.*

37 *Contumacia est delictum.*

38 *Delictum alterius non debet obesse privilegio Viduæ concesso eligendi forum.*

39 *Privilegium electionis fori Viduæ concessum potest exerceri etiam inquisitis absentibus.*

40 *Vidua criminaliter à M. Cur. Vicariæ citata potest opponere declinatoriam fori ex privilegio legis unicæ C. quand. Imper.*

41 *Declinatoria fori regulariter non potest opponi per non personaliter comparentes.*

45 *Ritus Regni 230. disponens, quod Vidua criminaliter citata debeat personaliter comparere, declaratur.*

46 *Favores ampliandi, & odia restringenda.*

47 *Collusio tunc præsumitur in Vidua variante, quando præcessit electio fori regii, & deinde intendit variare ad Curiam inferiorem.*

48 *Variatio in judicio erubescenda est, quia legibus inimica, & doli plena, & proinde restringenda.*

49 *Fraus præsumitur potius in eo, qui relinquit Judicem proprii domicilii, quam in eo, qui à Judice Regio variat ad Judicem proprium.*

50 *Justitia ut plurimum melius ministratur per Curiam Regiam, quam per inferiores.*

51 *Collusio quando allegatur per fiscum, solet terminus impartiri ad docendum de collusione.*

52 *Viduæ conceditur electio fori proprii domicilii etiam inquisitis non carceratis, & absentibus, atque contumacibus; pro quo adduntur decisiones, & in fin. num. 58.*

53 *Jo: Franciscus Sanfel. tunc M. C. fisci Patronus, nunc vero Regens dignissimus laudatur.*

55 *Jus accusandi competit proximiori agnato; cessat ipso negligente accusare, vel offensam remittente, & aperitur via alteri proximiori.*

56 *Jus remittendi competit iis, quibus competit jus succedendi.*

57 *Intellectus ad pragmaticam octavam de compositionibus.*

58 *Decisio quæstionis.*

An Vidua possit à Tribunali Reg. variare ad forum ordinarium vigore legis unicæ, C. quand. Imper. non existentibus in fortiis ipsis inquisitis, contra quos Vidua elegerat forum: & an ex hac variatione impediatur Reg. Trib. procedere ad forjudicationem; inseritur sequens allegatio cum decisione Sac. Cons., & traduntur multa ad materiam.

RESOLUTIO VI.

1 POsse Viduam offensam relicto Judice Regio Judicem ordinarium eligere, ut coram eo prosequatur accusationem, extra controversiam est, quoniam privilegium adeundi Curiam Regiam in prima instantia locum habet ipsa volente, non invita, *Odofred. in l. unica, C. quando Imper. Andr. in*
2 *Constit. Regni statuimus, in verb. miserabilium personarum, vers. item dicit Odofred. Afflict. ibidem n. 25.* modo Judex, quem vidua eligit, habeat jurisdictionem in delinquentem, quia alioquin Judex in-
3 competens eligi minimè potest, *Andr. in allegat. constit. statuimus, vers. item quid si pupilli, Afflict. decis. 157. num. 4.* Judicem verò proprii domicilii, quem ad præsens eligit Petronilla Tronci esse competentem in inquisitos, in quos eligitur, nulla cadit dubitatio, quoniam & idem Judex loci delicti est: illud ambigi potest, an prædictæ viduæ hæc ordinarii Judicis electio competat etiam in privilegium ex vi *d. legis unicæ C. quand. Imper.* multum
4 enim refert ad rem de qua agitur, an jure tantum ordinario, an etiam jure prædicti privilegii competat; quoniam si jure privilegii, illum eligens multis illa fruetur prærogativis, quas alioquin citra privilegium non esset habitura, non solum quia
5 Judex per viam electus, si res in disceptationem veniat, præferetur cuilibet alteri privilegiato Judici, si non sit expressè derogatum privilegio, *d. l. unicæ, Foller. in dicta Constit. statuimus, n. 20. Franc. decis. 192. nu. 6.* sed etiam quia Vidua non subjicietur regulis ordinariis, quæ, cum de aliorum Judicum electione, vel declinatione agitur, sunt servandæ, præsertim quoad constitutionem in carceribus inquisitorum, in quos forus eligitur, ut infra dicetur.

7 Quoad hanc dubitationem scio plerosque ex scribentibus, inter quos *Cast. in d. lege unica, C. quand. Imper. Afflict. in d. Constit. statuimus num. 14.* sensisse quoad illud duplex privilegium miserabilibus personis concessum, eligendi scilicet vel Judicem ordinarium, vel Regium Judicem in prima instantia concessum à d. lege unica: quoad primum caput juxta literam text. illud procedere, ubi personæ mi-
8 serabiles conveniuntur, ut non cogantur extra proprios lares agenti respondere; sed hæc interpretatio, ni fallor, impugnari satis justè potest, nam aut illa capitur ex illis verbis dictæ legis, ibi: *) si contra pupillos, & Viduas, &c. impetratum fuerit lenitatis nostræ judicium,*) & capi concludenter non potest, si quidem illorum verborum sensus cadere commodè potest etiam cum viduæ, vel pupilli agunt,

li agunt, contra quas, vel quos post motam ab iis litem fuerit rescriptum Principis impetratum: aut prædicta interpretatio capitur ex illis verbis, (*compellantur sui copiam facere*,) & nec capi ea commodè potest, quia illa verba in actorem, & reum æquè cadere possunt, nam verbum *compelli* etiam ad actorem referri potest, qui si cogatur sua jura prosequi coram alio Judice, quam ipse velit, compulsus adhuc dicetur, si non compulsione præcisa, saltem causativa, seu conditionali, ut nempè jus
9 suum assequatur; quæ quidem conditionalis compulsio adhuc compulsio est, *glos. in Clement. unica in verbo matrimonialiter, de consanguinit. & affinit.* illa verba (sui copiam facere) idem important, ac potestatem sui facere, *Brissonius de verborum, quæ ad jus pertinent significatione, in verbo copia*, & tam
10 actorem, quam reum comprehendunt, qui ambo potestatem Judicis, coram quo litigant tenentur agnoscere; unde rectius *Andreas in d. Constitutione*
11 *statuimus*, ibi: (*secus in aliis in pupillo, vel Vidua*) simpliciter dixit ex vi dictæ legis unicæ, pupillo, vel viduæ dari electionem, tam coram ordinario, quam coram Principe, concordant *Nevizzan. in sua*
12 *Sylva Nupt. lib. 6. num. 37.* asserens Viduam habere privilegium, ut non cogatur litigare extra Provinciam, hoc est (ut explicat *Afflict. in d. Constitut. statuimus num. 16.*) extra propriam Civitatem.

Sed admissa pro vera prædicta literæ interpretatione, quod scilicet primum privilegii caput respiciens facultatem eligendi Judicem ordinarium expressit casum, quando vidua convenitur, ut non cogatur exire extra locum domicilii, adhuc proculdubio extensio facienda est ad casum, quando actricis, seu accusatricis munere fungitur.

13 Primo, quia ut utar argumento *Andreæ in dict. Constit. statuimus*, ibi. *aliis videtur aliud*, si Imperator Viduæ, & similibus personis in privilegium concessit, ut possint in prima instantia convenire adversarios in Cur. Regis, & consequenter coram Judice extraordinario, eadem ratione, & majore concessisse dicendum est, ut possint conveniri coram Judice ordinario, quod quantum interest, posse scilicet id facere jure privilegii, & supra innui, & infra dicetur.

Secundò Causæ, quibus motus est Imperator ad ejusmodi privilegium indulgendum sunt videlicet ge-
14 neralis protectio, & misericordia, quia ejusmodi personas dignas judicavit Imper. *Bald.*, *& alii in d. l. unica*, specialis commoditas prosequendi jura sua in propriis laribus cum minore impensa, ut colligitur ex *d. l. unica*, & tradit *Follerius in d. Constit. statuimus*, *num.* 133. hæ quidem causæ æquè militant, nedum ubi Vidua convenitur, sed etiam ubi Vidua agit, imo militant magis ubi accusatricis munere fungitur, quam ubi accusatur, nam ubi accusatur delinquit, ubi accusat est offensa, & ma-
15 jor miseratio debetur injuriam patienti, quam facienti, *l. auxilium, vers. & cum neque in delictis, ff.*
16 *de minoribus*, & quod ex identitate rationis sit in prædicto casu extensio facienda confirmatur, nam secundum caput privilegii respiciens facultatem conveniendi adversarium in Curia Regis in prima instantia, juxta tradita per Doctores, nempe *Paul. in dicta l. unica, & Afflict in dicta Constit. statuimus, num.* 14. *& alios*, est exorbitans à regulis commu-
18 nibus juris, *glos. in d. l. unica in vers. perhorrescunt*, *Afflict. in d. Constit. statuimus num.* 16. primum autem caput, ut supra dictum est, respiciens facultatem eligendi Judicem ordinarium (suppositâ competentia Judicis electi) concordat juri communi: si ergo ex identitate rationis prædictum secundum caput, licet Imper. loquatur, quando persona miserabilis agit, ut valeat convenire adversarium in Cur. Reg. extenditur ad casum, quando Vidua convenitur, ut possit petere se conveniri in eadem Curia Regis, quemadmodum praxis quotidiana docet, & tradunt *Covarruvias lib. unic. pract. q. cap. 7. nu. 5. vers. septimo hæc eadem opinio Afflict. in d. Constit. statuimus num.* 35. multo profecto justius erit prædictum primum caput, licet loquatur in Vidua conventa, extendi ad Viduam actricem, privilegium
19 enim quod concordat juri communi est potentius, & favorabilius, *Bald. in l. 4. ff. ad Syllan. Covar. lib. unic. pract. quæst. cap. 7. n. 4. vers. 6. idem probatur.*

Tertiò Quotidiana praxis omnem in hac re, ni fal-
20 lor, aufert dubitationem; certum est enim in praxi posse Viduam actricem, seu accusatricem, electo foro Regio, postmodum à dicto foro Reg. variare ad Curiam domicilii, *Ursil. ad Afflict. decis. 257. num. 2. Foller. in d. Constit. statuimus, ex num.* 128. *usque in finem*, ubi refert decisionem Sac. Cons., & *& in constit. Regni Capitaneorum num. 70. & seq.* ubi decisionem refert Mag. Cur. *Franc. decis. 100. n. 20.* etiam appunctata causa, *Franc. eadem decis. 100. num. eodem post Foller. in constit. statuimus, nu. 131.*
21 & hoc quia variatio competit in privilegium ex vi d. legis unicæ, à qua cum sit concessa electio fori, censetur concessa, & variatio ad ordinarium, argumento *text. in l. eum qui certarum §. 1. ff. de verb.*
22 *oblig. Foller. in d. constit. statuimus, nu. 135. & seq.* ubi de electione ad variationem infert, & eandem rationem in utraq; militare asserit, & clarissimè in *Constit. Regni Capitaneorum, de offic. magist. Justit.*
23 *num. 70. & seq.* ubi à Mag. Cur. decisum refert admittendam esse variationem ex privilegio d. legis unicæ ad Judicem originis inquisitorum electum per Viduam accusatricem, qui alias absque privilegio Viduæ non fuisset competens, quia non habebat clausulam cognoscendi de delictis commissis extra territorium, & Reg. Audientia prævenerat in captura inquisitorum, ad tradita per *eumdem Foller. in verbo audiantur excusatores nu.* 129. *versus finem*, quicquid quoad hanc variandi facultatem dubitaverit *idem Foller. in sua pract. crimin. in verbo audiantur excusatores, num.* 99. *& seq.* idque confirmatur, quia alioquin, si hæc declinatio ad Curiam inferiorem non competeret in privilegium, posset quidem Vidua actrix, seu accusatrix à Curia ordinaria convolare ad Regiam quandocunque ex privilegio legis unicæ, cui concedenti electionem fori Regii renunciari non potest, *Foller. in verb. audiantur excusatores, num.* 98. *Carav. ritu* 231. *num.* 4. *& seq.* sed à Cur. Reg. redire ad Curiam inferiorem non liceret post litem contestatam, quia
24 litis contestatio, attentis regulis juris ordinarii, præcludit viam declinandi à Judice, coram quo ea contestata est, *l. final. C. de except.* quod igitur à Curia Reg. quandocunque variare ad Curiam ordinariam liceat, illud provenit ex eo, quia etiam Curiæ inferioris electio in privilegium competit, & quemadmodum facultati eligendi forum Regium, ita & facultati eligendi forum proprii domicilii renun-
25 ciari non potest, *Sylv. nuptial. lib. 6. num.* 37. si igitur, ut dictum est, in casu fortiori post jus quæsitum Reg. Cur. potest Vidua accusatrix eligere forum ordinarium ex privilegio, quanto magis hoc privilegium ei competet, ubi (nullo alio prius Judice electo)
26 eligit Judicem ordinarium, cum post electionem fori Regii sit casus variationis difficilior, quia tractatur de auferendo jure jam quæsito Regiæ Curiæ per querelam, & processum in causa? *Speculat. in tit. de competent. judic. elect. num.* 15., *& in tit. de reo, n.* 8. *Foller. in d. constit. Capitaneorum nu.* 70. *& seq.* & variatio ad Judicem ordinarium non oriatur nisi ex

niſi ex eo, quia à principio potuiſſet vidua illum
27 adire, *Foller.in ead.Conſtit.Capitaueorum,ibidem.*
Ex quibus concludendum intrepidè videtur, faculta-
28 tem eligendi Judicem domicilii, ſive ordinarium, competere noſtræ viduæ accuſatrici, ſeù offenſæ, ne dum jure ordinario, ſed etiam jure ſpeciali, & privilegio: id quod præter ſupra allegata videtur fuiſſe de mente *Andreæ*, *& Bartholomæi de Capua*, & aliorum, ſi eorum dicta perpendantur, nempè *Andreæ in d.Conſtit. ſtatuimus*, in illa quæſtione, an ſi vidua agat, vel conveniatur de feudo poſſit eligere Bajulos; ubi quod poſſet ſupponit, niſi obſtaret incapacitas juriſdictionis in Bajulis, qui non poſſunt cognoſcere de feudo, *Bartholom. de Capua in Conſtit. Regni obſcuritatem, num.*1. ubi quod vidua ſive actrix, ſive rea trahit ex privilegio, in quod forum ipſa vult, *Afflict.in d.Conſtit.ſtatuimus, n.*19. ubi inter foros viduæ competentes ex privilegio, ſive agant ſive conveniantur, enumerat Bajulum Judicem proculdubio ordinarium, *Foller. in verſ. audiantur excuſatores, num.* 77. ubi ad excluſionem privilegiorum Ducis Nuceriæ, inter alia ponderat electionem Judicis Salernitani, qui erat ordinarius Judex loci delicti, factam à Vidua Uxore occiſi.

Reliquum eſt, ut reſpondeatur ad ea, quæ in contra-
29 rium ex parte Fiſci opponuntur, qui ex eo quia inquiſiti in quos forus eligitur ſunt contumaces, & non detinentur in carceribus, viduam non eſſe audiendam contendit: conſiſtit autem Fiſci oppoſitio
30 potiſſimum in duobus, quorum unum eſt, quod hæc declinatio ſit ſpecies remiſſionis, & de delinquentium remiſſione agi non poſſit, niſi iis in car-
31 cere manentibus, *prag.6.de offic.juſtitiar. num.*25. *Capiblanc.prag.9.part.1.num.*246.*de Baronibus*: Al-
32 terum quod ad evitandam colluſionis præſumptionem, juſtum minimè ſit agi de avocanda cauſa à Curia Regia, ad inferiorem inquiſitis abſentibus: Quo-
33 ad primum reſpondetur electionem fori, de qua ad præſens, longe à remiſſione differre: quod evidenter quotidiana praxis oſtendit, qua receptum eſt poſſe viduam accuſantem, dubio procul, relicto Judice ordinario, in Judicem eligere Curiam Regiam, nempè, quia hæc electio non competit per modum ex-
34 ceptionis declinatoriæ, ſed per viam querelæ, *Bald. Salicet.Paul.in d.l.unica, C.quando Imperator, Muſcatellus part.*2. *gloſ. competens num.* 69. *lib.* 1. ubi quod non dicitur perſona privilegiata forum declinare, ſed eligere: quemadmodum igitur abſentibus inquiſitis competit electio fori Regii, quia diverſa res eſt à remiſſione; ita, & abſentibus inquiſitis relicta Curia Regia competit electio fori ordinarii: utraque enim electio ab eodem Imperatore, ex eadem lege, ut ſupra ponderata miſerationis gratia uno eodemque privilegio conceſſa eſt, & regula vulgatiſſima juris eſt, quod quando duo pari paſſu am-
35 bulant, quod ſervatur in uno, ſervandum eſt & in altero, & quando duo ſunt unico privilegio con-
36 ceſſa, non ſunt diverſo jure cenſenda, *l.cum emptor de reſcind.vendit. l.eum qui ædes ff. de uſucap. Sylva nupt. lib.*1.*nu.*189. *Franc.deciſ.*541.*num.*14. *Foller. in Conſtitut. ſtatuimus num.* 136. qui ad rem ſimili utitur argumento; adit quippe vidua, & eligit forum Regium per viam querelæ, ſi forte in partibus adverſariorum potentiam perhorreſcat: eligit ſimili modo Judicem proprii domicilii per modum querelæ, ſi fortè ejus interſit ratione majoris commoditatis, & ſumptuum pauciorum apud eam ſua jura proſequi, neque Fiſci oppoſitionem augere poteſt contumacia inquiſitorum, in quos forus eligitur,
37 enim vero, contumacia eſt delictum, *l.omne deli-*
38 *ctum, & ibi Bart. ff. de re milit,* & abſurdum ſanè eſſet, ſi viduæ offenſor novum adjiciendo delictum poſſet illius commoditatem, & privilegium imminuere, ut ad materiam, licet in alio caſu perpendit *Franc.deciſ.*509.*num.*2.

Addo quod, & ſi prædicta electio ſpecies remiſſionis eſſet, jura municipalia prohibentia agi de remiſſio-
39 ne inquiſitorum non detentorum in carcere, privilegium viduæ non imminuunt, nec tangunt, quia viduæ privilegio, quod de jure exerceri poſſe etiam abſentibus inquiſitis non dubitatur, ad tradita per *Bart.in l. penult.§.crimen ff.de publ. judic. num.*18. nulla conſtitutione derogatur, *Mart.deciſ.*209.*quem allegat Novar.lib.*1.*quæſt.*9. *num.*18. *de elect. for.* Id quod mihi ſentire viſus eſt *Afflict. in d. Conſtit. ſta-*
40 *tuimus num.* 26. dum ſentit, poſſe viduam crimi-
41 naliter à M. Cur. citatam opponere declinatoriam fori ex privilegio *d. l. unicæ*, cum certum ſit non
42 poſſe reliquas fori declinatorias opponi per non perſonaliter comparentes *Rit.*299. & licet doctrinæ *Afflict.* generaliter loquentis obſtet *alius Ritus* 230.
43 ſanciens viduam criminaliter citatam teneri perſonaliter comparere, ad opponendam declinatoriam fori, tamen mens *Afflict.* ea eſſe colligitur, ut privilegium viduæ circa fori electionem non ſubjaceat re-
44 gulis ordinariis de remiſſione loquentibus, nec dictus ritus 330. obſtat, quia utcunque non admit-
45 tatur *Afflict.* ſentiens illum non ſervari, loquitur prædictus ritus in vidua delinquente, & in illius odium conditus eſt, unde non eſt extendendus ad viduam non delinquentem, ſed offenſam, ex vulga-
46 ta juris regula, quod ut favores ampliari ita odia reſtringi, conveniens eſt, *cap. odia, de Reg. jur. in* 5.

Quoad ſecundum circa præſumptionem colluſionis reſpondeo, primò Doctores, qui ex hac cauſa denegarunt abſentibus inquiſitis declinationem ad
47 Judicem ordinarium, loquutos fuiſſe, quando præceſſit electio fori Regii, & deindè vidua intendit variare ad Curiam inferiorem, tunc enim magis ſubſtinendum utique fateor, quia variatio in judi-
48 cio erubeſcenda eſt, & legibus inimica, ac dolo plena, & propterea, tanquam odioſa reſtringenda eſt, *Barthol.de Capua ad rem in Conſtit.Regn.obſcuritatem, num.*7. *Campagn.in cap.Regni* 42.*n.*15.*Bald. conſ.*326.*num.*4.*vol.*1. *Calderin.conſ.*21. *de jurepatr. Novar.lib.*1.*de elect.fori q.*3. *num.*3. at ceſſante hac variatione tantum abeſt ut præſumatur fraus in e-
49 ligente Judicem proprii domicilii, ut potius præſumatur fraus in eo, qui reliquit Judicem proprii domicilii, in quo præſumitur à jure habere majorem commoditatem teſtium, & aliorum neceſſariorum ad litem, & adit Regium forum, *Andr. in d. Conſtit. ſtatuimus, ibi: nam tunc reus videtur eſſe malitia, Afflict.ibidem num.*20. *Foller. in verbo audiantur excuſatores, num.*104.*Covar.lib.unic.pract. q.cap.*6.*num.*5.*verſ.*5. At in caſu noſtro vidua nunquam eligit forum M. Cur., ſed ea reperitur introducta in M.Cur.aliis inſtantibus.

Præterea præſumpta colluſio oriens ex declinatione
50 Curiæ Regiæ, in qua ut plurimum melius ſolet juſtitia miniſtrari, ſatis non eſt ad viduam excludendam, *Foller.in d.Conſtit.ſtatuimus num.*139. ſed
51 neceſſe eſt aliter de colluſione conſtet concludenter, ad quam probandam Fiſco pro faciendis diligentiis terminus ſolet impartiri, ad tradita per *Franc.deciſ.*100.*verſus finem*, quibus factis, & non detecta colluſione admittitur viduæ variatio.

Ex his concludo, ſalvo judicio melius ſentientium,
52 admittendam eſſe Petronillam Tronci eligentem in forum Judicem proprii domicilii in inquiſitos, licet abſentes, & contumaces, prout alias obſervavit M.C.hanc praxim teſt. *Capibl.de Baronib.tom.*2. *cap.* 51. *num.* 15. ubi adducit pro hac obſervantia

Digitized by Google

Antonium de Ballis, tempore quo erat in dicta Mag. Curia Fiſci Patronus Dominus Jo: Franc. Sanfelicius ſcientia, integritate, ac diligentia, nemini ſe-
53 cundus, ultra recentem Sacri Conſilii deciſionem, à qua pendet reclamatio: cætera ſuppleat Eminentia Dominorum Judicantium, quorum cenſuræ hæc ſcripta ſubjicio, quicquid in contrarium ſenſerint idem *Capibl.tom.1.prag.8. d.num.346. Novar.ſect.4. quæſt.49.in tract.de elect.fori.*

Poſt hæc ſcripta alia ex parte Regii Fiſci fuit excitata difficultas, quod ſcilicet prædictæ viduæ nulla accuſandi competat actio, cum occiſus reliquerit fi-
54 lios, quibus tanquam proximioribus competit jus accuſandi, *Plaz.in epitom.delictorum c.39. num.18. Farinac.qu.13. num.2. text. in pragm.8. de compoſitionibus.*

Sed hæc difficultas ceſſat, ſtante negligentia dictorum
55 filiorum, qui dupliciter neglexerunt jus vindictæ, non ſolum in non exponendo querelam per tot annos, ſed etiam in remittendo, ac propterea aperuerunt viam matri occiſi ad accuſandum, non obſtante, quod filii ſint in accuſando potiores, ex regula communiter recepta, quod proximiores negligentes, vel quod perinde eſt remittentes, a periunt viam ſequentibus in gradu ad accuſandum, *Caravit. Rit. 191.num.9. verſ. quinto quæro, & num. ſequ. Clar. §.fin.q.58.num.3. D.Regens Tapp.lib.4.de jure Regn. in rubr.de tranſact.in Conſtit.poſt citationem nu.12.* nec prædictis obſtat lex hujus Regni, nempe, *prag.8. de compoſit.* qua declaratum eſt, jus remittendi competere iis tantum, quibus competit ſucceſſio, & con-
56 ſequenter videtur ad eos etiam reſtrictum jus accuſandi, cum jus accuſandi, & remittendi procedat à pari, *Ricc.reſol.776.* quia reſpondeo, quod lex
57 prædicta municipalis declaravit neceſſitatem obtinendi remiſſionem ab iis, quibus defertur ſucceſſio, ad finem admittendi ad compoſitionem, vel gratiam inquiſitos, ut expreſsè ex textu colligitur; ita ut poſtea compoſiti, vel gratiam conſequuti præcedente eorum remiſſione non poſſint ulterius ab alio vexari: ſed aliud eſt quærere, an remiſſio proximiorum ſufficiat ad compoſitionem, vel gratiam, id, quod lex municipalis declaravit; aliud an non ſequuta compoſitione, vel gratia, & ſic ceſſante Judicis, vel Principis auctoritate, proximiorum remiſſio, ſeù negligentia, re integra, aliis viam aperiat, ut declaratur à *Caravit.Rit.191.nu.12.* junctis dictis *in Rit.182.num.23. & ſequent. in 5.quæſt.Dominus Tapp.in d.Conſtit.poſt citationem num.14.* Jo: Maria Campana.

Die 23. Septembris 1640. Fuit primum decretum Sacri Conſilii, in quo erat proviſum, ut fierent diligentiæ, non obſtante, quod inquiſiti non erant in fortiis, confirmatum in cauſa reclamationis petitæ per Fiſcum in eadem Aula cum interventu Præſidis, & dictum quod benè proviſum, & quod factis diligentiis Mag. Cur. iterum verbum faciat, quamvis Mag. Cur. decreviſſet, pro ut paſſim decernere conſuevit, quod inquiſitis perſonaliter comparentibus provideretur ſuper petitione viduæ variantis.

Ex his colligi poteſt reſolutio propoſitæ quæſtionis, an per perſonam privilegiatam variantem ad Judicem ordinarium poſſit impediri proceſſus forjudicationis cœptus contra inquiſitos in Regiis Tribunalibus.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *AN Vidua gaudeat privilegio electionis fori contra Reos abſentes, & contumaces?*

2 *Viduæ, an, & quando competat privilegium legis unicæ in criminalibus?*

3 *Vidua nedum eligere, ſed etiam variare poteſt forum, & quoties?*

4 *An Vidua poſſit variare forum uſque ad litis conteſtationem tantum?*

5 *Vidua forum variare nequit abſque cauſa.*

6 *Virgini competit privilegium Viduæ.*

7 *Virgo habens Patrem, an gaudeat privilegio legis unicæ.*

8 *Vidua, ſeù Virgo Hebræa an gaudeat privilegio legis unicæ, &* num.11.

9 *Hebræi gaudent eadem æquitate, qua potiuntur Chriſtiani.*

10 *Mulier Hebræa tacitam habet hypothecam in bonis mariti, quemadmodum mulier Chriſtiana.*

12 *Virgo ſtuprata, an & quando gaudeat privilegio legis unicæ contra ſtupratorem.*

13 *An idem privilegium competat nedum pupillis, ſed etiam minoribus?*

RESOLUTIO VI.

1 LUra cumulat Author hic circa privilegium electionis fori, quod competit Viduæ, *ex l.unic.C.quando Imperator inter Viduam, & Pupillum*, & firmata concluſione, quod ſive agat, & accuſet, ſive conveniatur Vidua, habet ſemper fori privilegium eligendi, & variandi ex *num.1.*

Exiſtimat hoc idem privilegium habere, ubi procederetur in contumaciam, & Rei accuſati eſſent abſentes, & in contumacia perſiſterent, & eſt ſanè quæſtio nimis pulchra, ſubtilis, & nimis præjudicialis.

Supponit primò Author hoc privilegium Viduæ competere etiam in accuſatione criminali, & iſta concluſio, quod Vidua accuſando, ſeù accuſata gaudere debet privilegio *l. unicæ*, pro indubitata ponitur per DD. ut videre eſt *Franc.deciſ.257.n.1. & ſequent.deciſ.100. ex num.19. Sanfelic. deciſ.73. num.19. Giurb.conſ.48. num.8. Rovit. deciſ.49. per totum.* Undè quicquid poſſet attentari ex verbis ipſius *l.unic.C.quando Imperator*, ibi: In qua litigator, & teſtes, & Inſtrumenta, &c. & *ex auth. qua in Provincia, C.ubi de crimin.agi oportet*, ibi: omni privilegio ceſſante, & per *Bald. in d. auth. ſub num.6.* Temeraria eſſet prætenſio, quia à nemine ex modernis talis difficultas ſuſcitatur, niſi à *Marcheſ. de commiſſ.avocat.cauſ. par.2. §.3. num.92.* movens ſe ex iſto motivo *Baldi*, cui tamen ipſe idem *Bald.* ſatisfacit *ſub nu. 7.* Intelligo tamen ubi Vidua ſuam vel ſuorum injuriam proſequi vellet, alias nedum privilegio *l.unicæ* non potiretur, ſed etiam ab accuſando repelleretur ex *Farin.qu.12.n.16.*

Supponit etiam Author nedum electionem fori Viduæ competere, ſed etiam variationem, ut ſcilicet
3 à foro electo poſſit variare ex doctrina, *Afflict. in Conſtit. ſtatuimus, ex num.25.in ſecunda parte, Urſill.ad Afflict.deciſ.257. ſub num.2.* ubi refertur ita deciſum, & obſervatum, etiam cauſa appunctuata *Franc.deciſ.100.num.20.* ex regula, quod is qui habet de jure privilegium eligendi habet etiam variandi, *ex l. eum, qui certarum §. cum purè, ff. de verb. oblig.* & ibi *Bart. Afflict. in dicta Conſtitutione ſtatuimus. Caravit. ſuper rit.233.num.8. verſ. ſecundo quæro Vincent. de Franc. deciſ.264.num.6.* quam variationem permiſſam uſque ad tertiam, & quartam vicem fatetur *Carlev.de Judic.lib.1.tit.1.diſputat.2.qu.6.ſect.7. nu.609. & 610.* Sed uſque ad tertiam vicem ad evitandam infinitatem obſervatum

refert

Digitized by Google

refert *Sanfelic.decis.*278.*num.*4.*&* 5. ubi quod fuit denegata quarta variatio immò adeo pergit variationis hoc privilegium, ut petita per Viduam, ſtatim Judex fiat incompetens etiam quod nulla fuerit expedita inhibitio,ut teſtificatur *cit.qu.*6 *ſect.*7. *num.*610. Ideo nil mirum, ſi Author hic ſupponat tale privilegium ſuffragari Viduæ, etiamſi in contumaciam procedatur contra Reum ab ea accuſatum.

Impugnat tamen hanc variationem *Marcheſ. cit. par.*2.§.3.*ex num.*84. advertens, quod *gloſ.*opinio *in auth.habita, C. ne fil.pro patr. verb. optime*, volentis ſcholarem, qui de jure habet electionem,poſſe etiam variare uſque ad litis conteſtationem, movens ſe *ex l.eum, qui certarum, §.cum purè, ff.de verb.obligat.* ex qua movetur *Afflict. in dicta Conſtitut. ſtatuimus*, & antè eum *Iſern.ſub num.* 15. quod inquam non obſtante *d.l.eum qui certarum &* lectura *gloſſ. DD.* tenent communiter opinionem contrariam, & antè alios ipſam impugnavit *Cin.ſub nu.*8. quem alii poſtmodum ſequuntur, & idem *Bartol. in l.2. §.penult.in anter.lectura num.*7.*ff.de Judic.* fatetur tale dictum *gloſſ.* ab omnibus reprehendi, nec obſtare dicit *Modern.* qui ſequitur *Afflict.* quem omnes eum ſequuntur, fundamentis non ruminatis, ex quibus ipſe movetur, & *Marcheſ. ſequitur Scac. de appellat.quæſt.*7.*num.*121.*in fin. & Carav.*in puncto juris iſtam credit veriorem *cit.rit.*233. *quæſt.*2. *ſub num.* 9. licèt in practica non obſervatum.

Undè difficultati propoſitæ, vel eſt reſpondendum ne-
5 gativè, prout de jure exiſtimat *Caravit.&* DD.communiter *ex Marcheſ. cit. num.*84. *&* 85. vel ſaltem concedendum in Regno, ubi variatio conceditur ex juramento perhorreſcentiæ, de quo *in dicta Conſtit. ſtatuimus cauſa cognita*, quando abeſt cauſa illam concedendi, cum in dubio licita non ſit cenſenda, *ex Bald.conſ.*326. *num.*4. *verſ. item varians lib.* 1., ubi quod eſt legibus inimica, & doli mali plena, *Cardin. in Clemen. prima de renunciat.* 2.*notab.* ubi quod eſt mutatio cauſa deviandi à veritate, *Marcheſ.d.par.*2 § 3.*num.*86.*in fin.&* 87. *Anton.Nigr.in cap. Regni quod decretum* 42.*num.*15. & idem ſentit *Afflict. in dicta Conſtit. ſtatuimus num.*18. ubi quod tunc conceditur Viduæ variatio,cum Judex electus ab ea favet alteri parti, *Carleval.de Judic.cit.diſp.*2. *qu.*6.*num.* 611. 612. *&* 613. tunc inquam non ageretur de remiſſione cauſæ ad favorem ipſius Rei,vel Baronis, ſed de avocatione ad favorem ipſius Viduæ, cujus intuitu privilegium à *leg. Indulgetur in præjudicium Rei, & Baronis*, & magis erit ſuſpecta cum à Tribunali Regio ad Baronalem prætenditur ex dictis per eundem *Carleval.loc.cit.n.*614.*& Caucer.de for.compet.lib.*2.*cap.*2.*n.*11.

6 An autem privilegium Viduæ competat etiam Virgini, communis opinio eſt affirmativa, *ex leg. malum* 242.§.*Viduam ff.de verb.ſignific.*ut videre eſt *Gratian.diſcept.cap.*565.*num.*69.*&* 72. *Franc. deciſ.*100.*num.*5. *Peregr.deciſ.*129. *num.*6. *Giurb. deciſ.*82.*num.*1. *Caſtil.deciſ.*48. *num* 11. *Carleval.cit. qu.*6.*num.*533. *Marcheſ.d.par.*2.*num.*10.*&ſeq.* Nec habet iſta concluſio difficultatem hodie, quicquid alius de ea dubitaverit *Covar.pact.q.cap.*7. *nu.*2., *& alii relati per Carleval.cit.qu.*6.*n.*354.

7 Dubitatur multum apud DD.An Virgo,quæ habet Patrem, gaudeat privilegio *l.unicæ, cum pro negativa ſtet Novar.de elect.for. ſect.*2.*quæſt.*12.*num.*2. *verſ.verum, & num.*4. *Viſcont. ad Franch. dec.*100. *ubi ita refert deciſum Ridolfin. in ſua praxi part.* 3. *cap.*4.*num.*114. *Capiblanc.de Baron. pragm.*8.*par.*1, *num.*328. *Capyc.Latr.deciſ.*54.*num.*5.*Valaſc de privileg.miſerab.perſon.tit.*2.*quæſt.*6.*nu.*16. *De Marin. lib.*1.*cap.*338.*ex num.*2. *Gratian. cap.*421. *num.*69. Pro affirmativa *Franc. deciſ.*100.*num.*14.*Tapp. ſuper Conſtit. ſtatuimus, num.*20. *in fin. Marcell. Cala de modo articulandi*, §.1.*gloſſ.*1.*nu.*111. *Trentacinq. var.reſol.*2.*num.*16. *Carleval. de Judic. lib.*1. *tom.*1. *diſput.*2.*qu.*6.*num.*536. *Rovit.deciſ.*49.*nu.*12. *Prat. lib.*1.*diſcept.forenſ. cap.*12. *à num.* 31. ubi ità refert deciſum per *Conſ.Neapol. Gypſ.obſervat.*54. *num.*5. *&* 6. & iſta videtur verior opinio, cum ad inſtar Viduæ, quæ viro caret, Virgo, quæ virum non habuit volunt DD. quod gaudeat privilegio fori,*ex l.malum*, §.*Viduam, ff.de verb.ſignif.* Ergo quemadmodum Vidua Patrem habens fori privilegio gaudet, ut omnes admittunt, eodem modo Virgo, licèt in poteſtate patris ſit poſita. Præſens diſputatio contingit mihi diſputari in Sacra Conſulta, & prima vice fuit reſponſum, ac reſolutum contra Virginèm in una Spoletana, in qua ſoror fratris occiſi Virgo, Patre negligente, elegerat Tribunal Illuſtriſs. D.Audit. Cam., & Sacra Conſulta fuit in voto, quod eidem tale privilegium non competat, & Sanctiſſimus annuit, & cauſa illa remanſit in Sacra Conſulta non obſtante fori electione facta per Virginem.

At cum poſtmodum in una Anconitana,idem articulus diſputandus contingerit circa electionem fori factam in eodem Tribunali A.C.per quandam Virginem Hebræam ſtupratam per vim, & dolum, maturius cauſa diſcuſſa illam reliquit Tribunali A. C. juſtum exiſtimans recurſum habitum per ſtupratam ex gravaminibus receptis in illa Curia Anconæ, & habuit diſtinctionem pro vera, quod in priori caſu Virgo volebat proſequi ſuorum injuriam, non ſuam, quæ ex diſpoſitione juris ſpectabat ad Patrem, & ipſa in poteſtate Patris poſita, aptius querelam, & accuſationem proſequi non poterat,quando Pater verè mortem filii negligeret vindicare. At in caſu poſteriori Virgo ſtuprata proſequebatur ſuam propriam injuriam, nec debebat obſtare ei patria poteſtas *ex l.inter liberas, §.fil. famil. ff.ad l. Cornel. de adult.* ubi quod filius familias etiam invito patre accuſare poteſt de crimine adulterii, *Rovit.dec.*94.*num.*4. & ſanè rationabilis eſt diſtinctio, ut ſi Virgo ſuam injuriam proſequi intendat, quia ipſa principaliter eſt offenſa, patria poteſtas ei non debet nocere, nec privilegium ſibi competens impedire. Vide tamen *Rovit. d.deciſ.*49. ubi refert deciſum pro pupillis, non obſtante patria poteſtate, negligente Patre quærelare, & vindicare mortem ſocrus, immò remittente expreſsè.

Vidi poſtmodum *Marcheſ.de commiſſ.avocat.cauſ.parte* 2.*nu.*54. ubi tenet mulierem Hebræam,Viduam,
8 ſeù Virginem non gaudere privilegio *l.unicæ*, allegans originaliter pro ſua opinione *Afflict. ſuper Conſtitut.Regni de Advocatis dandis, &c. num.*5. & habuit aliquam repugnantiam in admittendo iſtam concluſionem. Ideo volui videre fundamenta *Afflict.* & reperii ſe movere ex *text. in auth.de privil. dot.hæret.mulierib.non dand.* ibi: *Omnia alia, quæ mulieribus omnibus in diverſis privilegiis à noſtris legibus data ſunt, & rurſus, ſed ſint eis inagreſſibilia omnino ex legibus privilegia, & omni privilegio ex noſtris Conſtitutionibus eis dato privabuntur*, ex quibus non videtur ſequi illatio, quia Imperator loquitur de mulieribus, quæ à Lege Chriſtiana recedunt ibi: *ii, qui alienant ſemetipſos à Dei ovili*, non de iis, qui nunquam fuerunt Chriſtiani, quod ſtrictius deducitur ex verbo *privabuntur*, quod neceſſariò ſupponit prius privilegia habuiſſe, *l. ſi decem, ff.de verb.oblig.,& concordant cum rubr.de hæreticis mulieribus,&c.* Præterea loquitur Imperator de omnibus privilegiis mulieribus conceſſis, ſed non de privilegiis conceſſis Viduis, & aliis miſera-

Digitized by Google

bilibus perſonis, tàm maſculis, quàm fœminis. Inſuper loquitur de privilegiis dotis, quæ aliis ſunt præjudicialia, ut electio fori non præjudicialis, *Carleval.cit.diſput.2.num.616.* ideò de iſtis ad iſtud non rectè videtur fieri illatio, *l.Papinianus exuli, ff. de minor.* & repugnant dicta per *Bald.in l.Spadonem, §. jam autem per illum tex.ff.de excuſat.Tutor.* ubi quod Immunitas Chriſtianis conceſſa, cenſetur etiam conceſſa Judæis, etiamſi de illis non fiat mentio, & ità in facto habuiſſe teſtatur *Alexand. in ſuo conſ.75.num.6.& ſequent. lib.5.conſ.99.nu.8. Marſ. conſ.161.num.47. Soccin.conſ.62.num.13.lib.1. Tiraquell. qui alios refert de jure primogen. q.66. n.4. Bertaz conſ.28.num.19.lib.3. Natt.conſ.620.num.8. Roland.conſ.35.num.31.& 36.lib.2.Menoch.de recuper.poſſeſſ.remed.9.nu.202. Maſcard. de probat.lib.2. concluſ.944.num.25. Tuſch.pract.concluſ.lit.I. verb. Judæus concluſ.371.num.33.& 41.,& concluſ.373. num.31.*

Rurſus gaudent eadem æquitate, qua gaudent Chriſtiani, ut pluribus firmat *Farinac.in fragm.par.2.*
9 *verb. Judæus, num.* 603. 608. & 609. Immò utuntur rigore juris contra Chriſtianos inducto, *Bal. de præſcript.quæſt.5.princip.1.part.principal.Tiraquel. de jure primog.quæſt.66. num.*6. Incertus Author *in ſyntagm.com.opin.tom.1.tit.30.rub. de Judæis cap.1. verſ. Judæus poteſt rem Chriſtiani præſcribere Farin. d. verb. Judæi, num.* 612. utuntur legibus Romanorum *Marquat.de Judeis, par.2.cap.1.num.1.Decian. tract.crim.lib.5.cap.14.n.5. Viv.com.opin. opin.*392. *nu.* 2. quia & ipſi de Populo Romano dicuntur *Farin.d.verb. Judæus,num.*621. & 622. & mulier He-
10 bræa habet tacitam hypothecam in bonis mariti, quemadmodum mulier Chriſtiana, ut eſt opinio communis *DD.* relata per *Marquat.cit.par.2.cap.1. num.9.& cap.5.num.22.& 23.cap.6.num.2.& c.8. num.1.* licèt eam controverſam referat *Tiraquel.de primogen. quæſt.*66.*nu.*10.& 11. *Incert.auth. in ſyntagm.com.opin. tom.1.tit.*30. *rubr. de Judæis cap.4. verſ.Judæorum uxores, Farin.d.verb.Judæus,n.*638.

Vel igitur doctrina *Afflict.* intelligenda eſt de mulieribus Hebræis à Fide Chriſtiana aberrantibus, ut eædem priventur privilegiis Imperialibus, juxtà diſpoſitionem *tex. in auth.de priv.dot.hæretic.mulier. non dand.* non de Hebræis ab Eccleſia toleratis. Vel ſi de Mulieribus Hebræis generalitèr intelligenda eſſet communis opinio, eſt in contrarium in ipſomet privilegio dotis, ut ex *Marquat.Suar.& Farin. loc.jam alleg.*comperitur, ut propterea privilegium fori tantò ſecuriùs competat eiſdem ex indulgentia Imperatoris *in d. l. unic.* quia & ipſæ utuntur jure communi, & quia alterius præjudicii eſt privilegium dotis, quàm fori, ut advertit *Carleval. citat. qu.6. num.*616. & quia privilegium *d. l. unicæ* non mulieribus conceditur, ſed miſerabilibus perſonis, ſive maſculis, ſive fœminis, & tandem quia clauſula generalis derogatoria privilegiorum, non includit privilegium conceſſum miſerationis cauſa, niſi de eo fiat ſpecialis mentio abundè *Carleval. citata quæſt.6.diſp.2.num.*580. hæc inducebant repugnantiam in admittenda concluſione Marcheſani.

Ad ea verò, quæ diximus de Virgine ſtuprata, ut gaudeat privilegio *l.unicæ* contra ſtupratorem, intelli-
12 genda eſt talis concluſio, quando involuntariè fuit ſtuprata, non autem quando ſtupro conſenſit, ut advertit *Carleval.de Judic. diſput.2.qu.6. ſect.7.n.*538. *Capiblanc.de Baron.prag.*8.*par.1.num.*329. *Trentac. var.reſol.2.n.*16.

Sed Virgo ſtuprata per vim, nedum habet privilegium *l. unicæ* contra ſtupratorem ex *Franc.* & aliis allegatis, ſed etiam indifferenter, quia habetur pro Virgine, ſi honeſtè vivat, *Marcheſ. de commiſſ. avocat. part. 2. §. 2. num.* 41.

An autem idem privilegium competat nedum Pupillis, ſed etiam minoribus, affirmativè reſpondent
13 *Rovit.deciſ.*49.*per tot. Carleval.de judic.diſputat.2. quæſt.6. num.*566. (licèt iſte Author propriè loquatur in minore orbato Parentibus, juxtà leges Regni Caſtellæ, cum alias orfanus non dicatur, niſi ſit pupillus); *Sanſel.deciſ.*134.*num.*5. *Andreol. controv.*235.*per tot.Paſchal.de pat.pot.par.2.cap.2.n.*92. Negant tamen *Novar.de elect. for.par.*1. *ſect.2.qu.*4. *à num.*5. *& par.2.ſect.2.quæſt.*4. *in collect.ſup.prag. in Rubr.de inſtint.perdit.num.*5.*& ſequent.* ubi impugnat audacter deciſionem *Rov. Ricc.collect.*2360. *Thor.compend.dec.par.*1.*verb.minor. & vot.*67.*n.*25. *Thomat.deciſ.Rot. Macer.*85.*num.*39. *Nicol. Ant. de Palma in Miſcellan.diverſ.juris com.& Regni par.*2. *gloſ.*16.*n.*1. ut propterea quæſtionem hanc ſatis controverſam referat *Marin. var.lib.*2.*cap.*47.*num.*16. & vix credo ſubſtineri poſſe in minoribus 18. annorum ex doctrina *gloſ.in d.l.unic.verb.* contra pupillos; ubi de pupillis loquatur, qui propriè ſunt ii, qui Patre orbati infra tempus pubertatis ſunt; refert *Paſcal.cit.par.*2.*cap.*2.*num.*92. extendendo pubertatem uſque ad 18. annum, quo plenam pubertatem aſſequitur impubes, *l.Mola in princ.ff.de alim. & cibar.legat.§.minorem inſtit.de adopt. §.fin. inſtit. quibus ex cauſis manumit.non licet l.*1. *§.pueritiam ff.de poſtuland. Joan.de Anan. in rubr. de delict.puer. num.*1.*verſ. tertia ætas,* ubi quod pubertas triplex eſt, plena, plenior, & pleniſſima, *Igneus in l.* 1. *§. Impubes num.* 36. *ff. ad Sillan.* ubi quod jura in favorabilibus ipſi minori ſic pubertatem uſque ad illud tempus extendunt *Farin.alios referens quæſt.*92. *num.*20. ita enim extendendo pubertatem, non recedimus in totum à verbo pupilli, de quo loquitur expreſsè *tex. in d.l.unica.*

Cætera ad materiam facientia reperies penes eoſdem *DD.relatos Novar.Carleval.Cancer.Ridolf.& Scacc. locis ſuprà allegatis.*

SUMMARIUM.

1 *ABſenti ad veniendum pro ſingulis viginti milliaribus aſſignatur una dies ad veniendum, declara ut num.*3.

Citatis ſtatuendus eſt terminus juxta diſtantiam locorum tàm in civilibus, quàm in criminalibus cauſis. Et talis terminus non poteſt à Judice coarctari, quia forma tradita à jure eſt ſervanda.

2 *Citationes debent continere congruum tempus, ne alias tanquam fatuæ ob anguſtiam temporis reddantur nullæ.*

3 *Terminus reo citato aſſignandus reſidet in arbitrio Judicis, Ratio num.* 5.

Judicis poteſtati quod eſt commiſſum non ſubjacet juris neceſſitati.

4 *Intellectus l.*1.*ff.ſi quis Cautio. & l.itinere faciendo ff.de verb.ſignif.*

5 *Hominum natura non eſt eadem, & una, ſed varia.*

Viæ aliæ commodæ, aliæ difficiles.

6 *Citationibus ſpatium inducitur ex qualitate temporis, proximitate locorum, & urgentia cauſæ.*

7 *Forjudicatio non redditur nulla ex eo, quod in citatione ſit brevior terminus appoſitus, quam diei unius pro ſingulis viginti milliaribus.*

Limitatur tamen ſi terminus eſſet adeo brevis, ut impoſſibile eſſet omnino accedere ad locum, ad quem quis citatus fuit.

An com-

Digitized by Google

An committatur Nullitas, si in citatione criminali assignetur inquisito brevius spatium ad comparendum, quam unius diei pro singulis 20. milliaribus, quando locus citationis distat à loco judicii.

RESOLUTIO VII.

1 PRo affirmativa videtur *text. in l.1. & ibi Bart. ff. si quis cautionib.* ubi absenti ad veniendum pro singulis viginti milliaribus unum diem statuendum ex juris dispositione colligitur; concordant *tex. in leg. itinere faciendo ff. de verbor. signific. & ritus Regni* 123. ubi sancitur dandum esse terminum citatis juxtà distantiam locorum, ut de jure est, tradunt *Afflict. in Constit. Regni si quem nostrorum num. 2. & num.* 15. *Scacc. de judiciis lib. 1. c. 91. num.* 32. qui, etsi loquatur in civilibus, tamen ejus dicta locum habent etiam in criminalibus, quia eadem dilatio datur in civilibus, quæ in criminalibus, *Speculator in tit. de citation. lib. 2. §. nunc, n. 3. Bertaz. in consil. criminal. 416. num. 1. & seq.* si igitur jure hic terminus definitus est, necessario sequitur illum non posse à Judice minui absque nullitate, cum forma tradita à jure sit servanda, *leg. non dubium C. de legibus, Afflict. in dicta Constit. si quem nostrorum num.* 10. omnisque condemnatio, quæ non dato hoc termino à jure præscripto sequeretur contra citatum, nulla proculdubio esset, quia condemnaretur tanquam contumax is, qui revera contumax non est, ad *tex in l. 4. §. si quis vis, sed si quidem minorem, ff. de re judicata, Isernia in Constitut. Regni Editorum de liter. citator. Menoch. de arbitr. casu* 40. *num.* 12. hinc advertendum judicibus, ut
2 in citationibus apponant congruum tempus, ne alioquin citationes tanquam factæ infra angusta tempora reddantur nullæ, dixit *Foller. in verbo vel eos verbaliter citari faciat, num.* 22. *Cyrill. in sua praxi crimin. in tit. de exhib. reis §. fin. num. 1. unde Judex ad primam citationem.*

3 Pro parte negativa in contrarium ponderatur, quod terminus citato assignandus non sit à jure definitus, sed potius Judicis arbitrio sit commissus, probant *text. in l. continuus, §. cum ita ff. de verbor. obligationib.* ubi si quis Ephesi se daturum aliquid promittit, Judex arbitrabitur infra quem terminum promittens accedere, vel mittere rem promissam ephesim debeat, concordat *text. in leg. de die in princ. ff. qui satisd. cog.* nec facit ad rem, quod allegata jura non in judiciis, sed in contractibus loquantur, nam nulla probabilis differentia, quoad terminum statuendum inter judicia, & contractus assignari potest; quemadmodum enim pro adimplendo contractu, ita & pro parendo Judici citanti opus est accedere ad locum, ubi adimplendus est contractus, vel coram Judice sistendum, ut ex *Petro Perticenti, ex Bartol. & Alciato* rectè expendit *Menoch. casu 2. de arbitrariis nu. 7.* esse igitur hunc terminum arbitrarium docent expressè *gloss. in c. 1. in vers. nimis brevem de dilationib. Car. rit. 122. nu. 1. & seq. Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullitat. ex defectu citat. num. 10. Speculator in allegat. §. nunc, n. 2 & 4. id Foller. in allegat. num. 22. & Cyrill. ut sup. alleg.* ubi quod qui pro Tribunali cognoscit, non semper idem tempus citato statuit, sed nonnunquam coarctat pro causæ, & personarum qualitate: si igitur terminus hic arbitrarius est, necessariò affirmandum est non cadere nullitatem super eo, quod judicantis arbitrio committitur, quia quod Judicis potestati est commissum, non subjacet juris necessitati, *l. 1. C. quomodo & quando Judex*; ad summum si Judex in hoc arbitrio partem lædat, pars ad superiorem confugere potest, non nullitatis, sed appellationis remedio, ut rectè perpendit *Menoch. de arbitrariis alleg. casu 40. num. 14.* hac opinione tanquam veriori retenta, quod scilicet prædictus ter-
4 minus sit arbitrarius. Non obstant allegata jura, quæ contrarium probare videntur, vera enim horum jurium conciliatio illa est, quam tradit *Menoch. de arbitrariis casu 2. num.* 12. quod scilicet, *text. in l. 1. ff. si quis cautionibus cum concordant.* rationem habuerit communis usus, secundum quem solent homines conficere uno die iter viginti milliario-
5 rum: verum quia non una eademque hominum natura est, non una eademque itinerum conditio, sunt enim alii Senes, imbecilles, alii juvenes, & robustiores, alii minorem, alii majorem habent conficiendi itinera commoditatem, aliæ viæ comodæ sunt, aliæ difficiliores; jura e contra rem arbitrariam innuentia hanc, & hominum, & viarum, aliarumve circumstantiarum varietatem respexerunt. Et utcunque hæc opinio attenta juris comunis dispositione controversiam pateretur, certè pro illa stare videtur tùm juris municipalis dispositio, tùm generalis consuetudo, quæ rem hanc judicantis arbitrio tribuit; ità enim statuisse videtur *allegata Constit. Regni editorum in Rubrica de lit. citat.* ubi
6 quod in citationibus spatium indicitur ex qualitate temporum, & proximitate locorum, & juxta urgentiam causæ, docuit *Afflict. in d. Constit. num.* 12. & de generali consuetudine testatur *Speculator. in d. §. nunc, in tit. de citation. n. 4.*

7 Hanc secundam opinionom anno 1638. in causa Marii Baronis à Paula M. C. uti delegata probavit, cum esset adversus sententiam fo judicationis contra ipsum latam opposita hæc nullitas, quod scilicet in citationibus fuerat brevius spatium appositum, quam diei unius pro singulis 20. milliaribus, & cum fuisset ab ipso reclamatum in Collat. Consil. ex quo visum est non adesse gravamen, fuit causa reclamationis remissa ad eandem M.C. & sententia exequutioni demandata referente Domino Letterio, in qua causa jubente quodam Regio Ministro meo familiari hæc hinc inde ponderavi.

Si tamen ageretur de termino adeo brevi in citatione assignato, ut impossibile omnino foret accedere ad locum ad quem quis citatus fuit, aliud sanè dicendum esset, & citatio proculdubio nulla esset, *Afflict. in Constit. Regni si quem nostrorum nu.* 10. & 11. *Foller. in dict. vers. vel eos verbaliter citari faciat, num.* 22. *Guazzin. defens.* 10. *cap.* 2. *num.* 11. & differentia est, quod terminus non sit commodus, vel quod infra illum quis naturaliter nequeat comparere; in primo casu Judex gravat, sed non committit nullitatem, in 2. nulliter agit, ut ex præcitatis locis videre est.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *ABsenti ad comparendum, si assignetur in citatione brevius spatium temporis, quam unius diei pro singulis viginti milliaribus, an committatur nullitas, vel præbeatur occasio appellandi? nu. 2. & 3. declara, n. 6. & 7. sequentibus.*

2 *Citatus ad comparendum quantum tempus habeat, & quod servetur in Regno?*

3 *Terminus Reo citato assignandus ad comparendum arbitrarius Judiici non est, & num. 5.*

4 *Citatio*

Digitized by Google

4 *Citatio nimis brevis eſt nulla, & ad comparendum poſt terminum non cogit.*

5 *Judex in contractibus conſtituere debet terminum, ubi tempus à contrahentibus non eſt determinatum.*

6 *A citatione brevem habente terminum ad comparendum, an & quando detur appellatio.*

7 *Exceptiones abſentiæ, & infirmitatis, quando abſenti citato juvent?*

8 *Citatione executa in domo contumacis, & nulla allegata abſentia, validè proceditur ad ulteriora.*

9 *Judex an teneatur inquirere Reum abſentem juxtà Excuſatoris aſſertionem? n.10. & ſeq.*

10 *Abſentia an ſit probanda, vel ſolum alleganda?*

11 *Probata abſentia per excuſatorem, an proceſſus reddatur nullus?*

12 *Judicis arbitrio an ſtatuatur tempus ad perquirendum Reum abſentem.*

13 *Excuſator an, & quando poſſit appellare ex dilatione nimis brevi ad perquirendum Reum abſentem? & an eo non appellante Judex validè ad ulteriora procedat?*

14 *Abſentia per Excuſatorem admittitur, & quibus caſibus admiſſio reddatur arbitraria? n.14.*

RESOLUTIO VII.

1 TRactat in iſta Reſolutione Author nullitatem, quæ ſolet allegari ex non competenti termino, ſed breviori aſſignato Reo ad comparendum, an talis nullitas de jure ſubſiſtat, & concludit cum diſtinctione, quod aut brevitas talis eſt, ut impoſſibile reddat iter intra terminum aſſignatum, & nullitas ſubſiſtit, aut non impoſſibile redditur, ſed difficile, vel ultra conſuetum, & tunc vitio nullitatis non ſubjacebit citatio, & ſententia indè ſequuta, ſed gravamen potius afferat, ex quo datur materia appellandi.

Verum etſi determinaverim quantum poſſibile eſt opinioni Authoris convenire, & in præſenti quæſtione tantò magis convenire deberem, propter auctoritatem ſupremi Collateralis Conſilii, quam refert hic Author ſub *num.* 7. attamen intuendo veritatem, quam percipere potui, nedum ex *allegatis* per Authorem, ſed ex pluribus aliis per me revolutis, exiſtimo dilationem 20. milliariorum pro quolibet die aſſignatam, & taxatam à lege, non

2 poſſe arctari per Judicem ex eodem *Menoch. allegat. caſ.* 40. *num.* 13. & 14. ubi expreſsè docet Judicem non poſſe reſtringere, & minuere tempus à lege ſtatutum, ſed illud quod illius arbitrio eſt repoſitum, & tunc ſi nimis breve terminum aſſignet, non inducet nullitatem, ſed gravat, & materiam præbet appellandi, iſta eſt diſtinctio *Menochii*. Undè in præſenti dubitatione cum lex ſtatuerit iter quod facere debet vocatus ad judicium, qualibet die, vel quod facere debet vocatum perquirens, ut habemus diſpoſitum in *l.1. ff. ſi quis caution. in l. in itinere, ff. de verb. ſignif. & in §. qui autem excuſare inſtit. de excuſat. Tutor.* non debet, nec poteſt Judex minorare, & intra tempus minus breve vocatum cogere ad comparendum, & ita etiam videtur ſentire *Afflict. ſuper Conſtitut. Regni ſi quem noſtrorum n.*15. ubi quod nedum datur talis dilatio de jure, ſed pro qualibet ſettimana una dies, in qua poſſit vocatus quieſcere, *ex gloſſ. in cap. cupientes, §.1. verb. commode de election. in* 6. *in Conſtit. cauſas alias rubric.* 50. *num.*7. *lib.*1. *in fin.* ubi quod ſi vitium eſt in citatione, proceſſus eſt nullus, idem voluit *Scac. de judic. lib.*1. *cap.*91. *num.*32. ubi etiam remiſſivè unde debeant incipere hæc milliaria, an à porta Civitatis, vel ab ædificiis, & Burgis, *gloſſ. in Clement. prima de judic. & ibi Imol. num.* 41. ubi quod habetur talis citatio pro non facta, *Bartol. in l. aut qui aliter, ff. quod vi, aut clam Afflict. deciſ.*124. *ſub num.*3. ubi quod tempus appoſitum in citatione ad comparendum debet eſſe congruum, alias citatio erit nulla allegans *Bart. in d.l. aut qui aliter, & in extravag. ad reprim. verb. per edictum, Oldrad. conſil.*43. & *Abb. in cap. Cum dilecti de dol. & contum. Octavian. Veſtr. in ſua praxi lib.*4. *cap.*2. *num.*5. ubi quod terminus concedi debet, conſiderata locorum diſtantia, idque pro modo diſtantiæ vigena millia paſſuum in ſingulos dies dinumerando, *ex l.*1. *ff. ſi quis cautionibus*, aliàs tanquam temeraria, non arctaret citatum ad comparendum etiam poſt terminum *Marant. in ſuo ſpeculo par.* 6. *notab.*1. *num.*67. ubi quod debet apponi tantum temporis, intra quod commodè poſſit citatus comparere, etſi eſſet extra Regnum debet dari terminus duorum menſium ex illa Conſtitutione *Caſſador. deciſ.*6. *per tot. de dolo, & contumac. Veral. deciſ.* 262. *ſect.*3. *nu.*8 *par.*2. idem voluit *Foller. verb. vel eos verbaliter citari faciat nu.*22. ibi: *Ponant tempus congruum ſecundum diſtantiam locorum in acceſſu, & comparitione, aliàs reddantur nullæ, quia factæ ſunt intra anguſta tempora*, & ità pluriès deciſum refert *Viv. deciſ.* 361. *per totum.*

Neque obſtat *text. in l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.* ubi quod cenſetur id potius arbitrio boni vi-

3 ri repoſitum, & ideo potius præbeatur materia gravaminis, quam nullitatis, ut ſupponit *Author hic cum Menoch. loc. per eum alleg.*

Quia reſpondet *Alciatus in l. in itinere, ff. de verb. ſignif. verb. viginti*, diſpoſitionem *illius text.* locum habere, ubi certa milliaria conſtituta non ſunt, alioquin iſta computatio ſervabitur, ut in eo, qui abſens in jus vocatus eſt, de quo *in leg.* 1. *ff. ſi quis caut.* Iſta ſunt verba *Alciat. in leg. in itinere, tertiæ in ord. ff. de verb. ſignif. gloſſ. in d. l. continuus, §. & magis, verb. diplomate*, ubi quod in judiciis certum eſt tempus, *ex d. l. ff. ſi quis cautionibus*, & ità ſentit *Bartol. & alii relat. per Menoch. cit. caſ.*2. *n.*7. & *Aretin. in §. loca, num.*2. *inſtit. de verb. obligat.* ut propterea firma remaneat concluſio, quod ubi milliaria ſunt determinata, & ſumus in judiciis, dilatio debet concedi ad formam *d. l. primæ, ff. ſi quis cautionibus*, & ità voluerunt in puncto *Caſſad. deciſ.*6. *de dolo, & contumac. num.*3. & 4. ubi pro-

4 pterea quod dilatio quadraginta dierum pro diſtantia &c. milliariorum uti nimis brevis cauſavit nullitatem, nec arctavit citatum ad comparendum poſt terminum *Afflict. ſuper Conſtitut. Regni ſi quem noſtrorum rubr.*95. *lib.*1. *num.*11. ubi quod citatio artans citatum ad comparendum Neapoli à Civitate Regii infra octo dies, eſt nulla, & *num.* 15. ubi quod debet dari commoditas pro viginti milliariis, & ultra una dies quietis pro qualibet ſettimana, *Octavian. Veſtr. cit. lib.*4. *cap.*2. *num.*5. ubi quod nec tenetur citatus comparere poſt terminum *Bajard. ad Clar. §. fin. quæſt.*34. *num.*2. *Farin. qu.*99. *num.*293. *circa fin. Guazz. def.*12. *cap.*1. *n.*12. *Scacc. de judic. l.*1. *cap.*91. *num.*32. & *melius cap.*39. *nu.*8. *verſ. reſpondeo*, ubi quod ſi Judex non aſſignaret talem terminum 20. miliariorum pro qualibet die, ſed breviorem, Reus non cogetur comparere poſt terminum, *Scyal. praxi forjud. cap.*8. *nu.*100. *Abb. in cap. Cum dilecti de dolo, & contumacia*, ubi quod ſi citatio contineat terminum, nimis brevem, ut temeraria, non artat citatum. Si verò citatus intra tempus venire non poterit, quia fuit impeditus, tenetur comparere, ceſſante impedimento

Caſſad.

Digitized by Google

Cassad. decis. 6. de dolo, & contumac. num. 1. & 2. ubi quod citatio est nulla, si continet terminum nimis brevem non obstante *cap. 1. de dilat.* quod facit in contrarium *Mant. decis. 8. nu. 2. Put. dec. 150. lib. 3. n. 2. & 3. Merlin. decis. 436. n. 12. Rot. dec. 228. par. 6. recent. n. 9.*

Neque obstat *Menoch. cit. cas. 40. num. 11. & seq.* reducens terminum absenti concedendum arbitrio Judicis *ex d. l. continuus, ff. de verb. obligat. & Vant. de nullitatibus ex defectu citationis num. 70. Quia tex. in d. l. continuus, §. & ita* loquitur in contractibus, ubi tempus à contrahentibus non determinatum, necessariò declarari, & determinari debet per Judicem *§. loca, & ibi gloss. verb. tempus.* At in judiciis iter, quod facere debet vocatus, qualibet die, est determinatum *ex d. l. ff. quis cautionibus, & in l. in itinere, ff. de verb. signif.* ità respondet *Alciat. d. l. in itinere, verb. viginti Aret. & Oinot. d. §. loca nu. 2. & 3. Bartol. & alii, ff. si quis cautionibus l. 1. & Menoc. cit. cas. 40.* volentè considerari debere per Judicem loci distantiam, qualitatem personæ, & alia, de quibus *in d. l. continuus*, intelligunt *Guazz. Bajard. & Farin. locis supra citatis*, ut non minus concedere possit, nec brevius tempus, quam illud determinatum *in d. l. 1. si quis cautionibus*, idest viginti milliaria pro qualibet die, sed longius attentis dictis circumstantiis, & sequitur *Baron. de cit. qu. 36. num. 8 & 9. in fin.* ubi reprobat in specie *Vantium*, qui Judicis arbitrio credidit talem dilationem esse repositam.

Nec minus obstat *Bart. in l. 1. §. Prætor ait, ff. de damn. infect.* ubi voluit, quod à dilatione nimis brevi po-
6 test appellari de Jure Canonico, *per tex. in c. 1. de dilat.* & quod teneretur Judex parti ad interesse, non autem procederet nulliter, ex quo motus *Sanfelic. decis. 225. num. 22.* asserit nullitatem non causari ex concessione termini nimis brevis, sed gravamen ex quo poterit gravatus appellare, & *Bald. cons. 92. lib. 1. in fin.* ubi similiter voluit, quod si terminus non sit adeo brevis, ex quo causatur impossibilitas comparendi, sententia non erit nulla, sed gravatus poterit appellare, & *Bald. sequuntur Tusc. pract. conclus. lit. S. verb. sententia, concl. 345. num. 35. & seq. & Guaz. def. 35. cap. 21. n. 7.*

Quia respondetur primò horum DD. assertionem, non posse verificari in absente, qui à brevitate termini appellare non potest, vel quia nec minus potest in termino comparere, vel quia citationis notitiam non habuit, ita respondet *Put. decis. 150. num. 2. 3. & 4. lib. 3.* sed benè verificari posse, ubi pro citato domi juxta stylum compareret excusator allegans ejus absentiam, petendo terminum ad certiorandum Reum de dicta citatione; nam si citatur Reus principalis, domi, & is comparet in judicio, vel mittit excusatorem, nihil aliud est quærendum, *ex d. l. continuus, §. & magis ad finem, ff. de verb. obligat.*

7 Unde pro faciliori declaratione, & intelligentia hujus difficultatis, est distinguendum. Aut enim agitur de termino nimis brevi concesso ei, qui absens à loco judicii, vocatur ad inibi comparendum data ei certa dilatione, & vocatus præsens est in loco citationis, & tunc aut citatus comparet, aut mittit excusatores, aut contendit, si comparet de dilatione brevi, vel congrua, difficili, vel impossibili, tractari amplius non contingit *d. l. continuus, §. & ità in fin.* aut mittit excusatorem, & quotiescumque allegat aliquod legitimum impedimentum debet admitti ex doctrina *Abb. in cap. cum dilecti num. 20. de dol. & contumac.* & aliis coacervatis per *Guaz. def. 12. cap. 1. ex n. 15.* ubi de impedimento infirmitatis, carcerationis, loci non tuti, vel similibus, aut nullum legitimum impedimentum allegat, sed solum termini brevitatem concessam ad comparendum, & tunc vix dari potest casus, qui disputationem producat rationabilem, cum si potuit comparere excusator, potuerat etiam comparere principalis, & utcumque sit talitèr comparendo validaret processum *Missing. cent. 3. n. 2. observ. 90. n. . . in princ. Vestr. in sua praxi lib. 4. cap. 3. n. 8. Vincent. de Franch. decis. 514. n. 4. Guazz. defen. 10. cap. 2. n. 24.* cum difficultas tunc, vel impossibilitas, quæ potuisset causare nullitatem, vel eam in disputationem reducere, amplius non attendatur *d. §. & magis in fin.* Aut vero citatus contendit, vel est absens, & citatur domi, & tunc aut dilatatio concessa est ad formam, seu connumerationem *d. l. primæ, ff. si quis cautionibus*, aut longior, aut brevior, si ad formam relatam, vel longior, substinetur processus *ex d. l. 1. verb. onerosa Guazz. Farin. Baron. & Bajard. loc. sup. alleg.* aut est brevior, & tunc credit auctor adhuc substineri posse, dummodò non sit adeo brevis, ut non possit vocatus intra dictam dilationem comparere, secus si cum difficultate, vel periculo ex *Menoch. Cyrill. & Vant. loc. sup. alleg.* quod negatur, cum *Menochii* dictum, intelligant *Bajard. Guaz. et Farin.* ut arbitrium Judicis exuberare valeat ex circumstantiis per eum consideratis, dilationem viginti miliaria pro qualibet die, & Vantius reprobatur per *Baron. in sua quæst. 36. n. 4. in fin.* nec repugnat *Bald. alleg. cons. 92. n. 3. l. 1.* quia de impossibili dilatione loquitur, non de contenta in *d. l. prima, ff. si quis cautionibus*, forsan eam probando non impossibilem, cum in jure impossibile etiam dicatur, quod commodè fieri non potest *l. Nepos proculo, ff. de verb. signif. & ibi Gloss. & DD. Mandos. in gloss. facultas volentis vers. commodè, & verb. possit in princ. gloss. in l. neminem, C. de inf. int. gloss. in §. pœnales instit. de action. Maur. de fideius. in præl. d. n. 53. & p. 1. sect. 6. cap. 2. n. 172. Menoch. de arbitr. cas. 237. nu. 24. Farin. in fragm. lit. D. verb. difficultas nu. 145. par. 1.* & difficile de jure reputatur pro impossibile *Gloss. in l. de illo, verb. difficile, ff. pro socio, & in l. mora, verb. difficilis, ff. de usur. l. 3. ff. de testib. §. 1. Ludovic. Moron. cons. 14. n. 33. Fontan. decis. 292. n. 14. Scacc. de judic. lib. 1. cap. 57. n. 8.* vel quod fieri non posset sine periculo *Sperel. dec. 64. n. 22.* & ideo I. C. evitare voluit difficultatem, periculum, & impossibilitatem in *d. l. prima, ff. si quis cautionibus*, & non onerosam dilationem concedere, ibi: *Nam sanè talis itineris dinumeratio neutri litigatorum onerosa est, ubi gloss.* expressè notat Judicem id facere debere, quod litigantibus non est onerosum, & ità intelligendus est *Guazz. cit. cap. 21. def. 35. n. 7.* loquens de impossibili dilatione, juxtà *cons. Bald. 92. lib. 1.* tum quia ipse idem fatetur *defen. 12. cap. 1. num. 12.* dilationem ad minus esse dandam, juxta dinumerationem *d. l. primæ, cum Farin. & Bajard.* tum quia loquens *defen. 10. cap. 2. nu. 11.* de dilatione brevi, quæ non arctat citatum ad comparendum, allegat *Vestr. lib. 4. c. 2. nu. 5.* ità dicentem in puncto, motus *ex decis. Cassadori 6. de dolo, & contumacia*, quæ ab omnibus approbatur, ut videre est *Mant. dec. 8. n. 2. Put. dec. 150. lib. 3. Merlin. dec. 436. n. 12. Rota dec. 228. p. 6. recen. n. 9. Sanfel. in sua praxi Judic. sect. 4. n. 3.* & optima ratione, quia licèt multa arbitrio Judicis remissa sint de quibus per *Menoch. in suo tract. de arbitr.* & in specie *cas. 40. ex n. 7.* attamen ea, quæ à jure definita sunt (ut de absente vocato ad judicium advertunt *Alciat. Bartol. Aret. Oinot. & alii locis supra allegatis*) Judicis arbitrio non sunt subjecta *l. prima, C. de jur. deliberandi, ipse idem Menoch. de arbitrar. quæst.*

quæst.14.n.6.& de præsumpt.lib.1.præsump.44.n.2. Barf.decis.77.n.15. Valens.cons.92.n.96. & Fontan. decis.392.n.10.

Aut (ut ad distinctionem redeamus) citatur Reus domi suæ solitæ habitationis, juxta morem, & theo-
8 ricam *Bartol. in l.prima, §.Prætor. ait. n.6.7. ff.de damno infecto*, & nemo compareret Rei absentiam allegans, & sufficit pro validitate actus, citatio domi exequuta *Bart.in d.l.prima, §.Prætor ait n.5.6. & 7.ff.quod vi, aut clam Gloss.in c.causam extra de dolo, & contumacia verb.ad domum Pacian.de prob. l.2.cap.48.nu.44.& seq.Guazz.defen.10.cap.2.nu.16. & 20.* aut comparet pro eo excusator in judicio allegans ipsius citati absentiam, & tunc distinguendum est iterum; vel enim allegat absentiam, & petit terminum ad Reum perquirendum, vel allegat absentiam, & persistentiam Rei citati in certo, & determinato loco,

Si allegat absentiam tantum, & sistit, tunc oritur dubietas inter DD.an teneatur Judex inquirere Reum
9 absentem, juxtà excusatoris assertionem, an verò licitè possit ad ulteriora prosequi, legitimè exequuta citatione Domi ipsius Rei. *Bartolus* enim putat *in dicta l.prima, §.Prætor ait n.5.&* 6. Judicem ad hanc perquisitionem non teneri ex necessitate, sed ad cautelam *Benedict.Bombin.cons.63.n.9.& 10. & cons.68.n.9.* voluit processum esse nullum, quando postea per Reum ostendatur absentia, & impedimentum, refert *Bajard.quæst.24.n.4. Farin.qu.99. n.292.& 293.* dicit Judicem cogi ad dandam dilationem excusatori, sive eam petat, sive non petat, sed multo magis si petat, & per eadem verba eum sequitur *Guazz.defens.12. cap.1. n.11.* Dicens cum *Ant.de Canar.tract.de excusatore par.2. n.13. juncto n.21.* quod aut simplex absentia à domo, vel à loco citationis, exponitur Judici per excusatorem, & Judex tunc si ultrò procedit elapso termino ad comparendum præfixo, legitimè procedet, quia potest verificari ablentia in tali loco, ubi per domesticos, vel eundem excusatorem transmitti potuit citationis tenor infra terminum præfixum (ad hoc enim tendit citatio domi exequuta) aut allegatur absentia, cum impedimento ad comparendum, vel in loco ubi intrà terminum, citatio effectum suum habere non potest, vel enarrando quod citatus est absens, nec citationis tenor potest ad eum pervenire, & tunc de rigore, nec minus causaret nullitatem, talis oppositio, nisi patefacto, ac probato postmodum impedimento, vel ante sententiam, vel post ex tradit. per *Farin.qu.11.n.54.vers.sed pareat mihi, &c.* Non enim tenetur Judex credere excusatori, qui tale impedimentum allegat, vel absentiam in tali loco, ubi citatio ad ejus notitiam devenire non potest. Verùm quia in praxi receptum
10 est, absentiam allegari absque alia probatione *Macerat.lib.3.resol.3.nu.1. Guazz.defens.12.cap.1.n.4. Bajard.q.34.n.8.* & credi excusatori, quia agitur de levi præjudicio, & ea allegata, datur terminus ad Reum certiorandum, seù perquirendum, ideò absentia taliter allegata, Judex non debet eam spernere, nec termino, non assignato procedere, quia nullitèr procedet ex *Guazz.& Farin.locis supra allegatis, & Rota Romana in una Stregonien.violationis testamenti 4. Decembris 1595. coram Mantica quæ est decis.553.* & in alia *Civitatis Castelli Parochialis S.Fortunati 23.Maii 1597.registrata tom.1. Snar.decis.in ord.484.n.4.*& ratio est, quia stylus habetur pro lege *Sanfelic.decis.33.num.9 & 10.Farin. cons.53.num.22. cons.14.n.1. & cons.85.n.108.109. & seq.*

Unde si stylus admisit Excusatorem ad allegandam absentiam absque probatione *Guazz. dict.cap.1.n.4.* utique excusari non poterit Judex, si ex isto defectu
11 spreverit absentiam allegatam, & multò magis subsistet nullitas, si postmodum nullitate opposita per Reum ex isto capite, absentia probatur eo in loco, & tali modo, quo fuerat enunciata per Excusatorem (intellige tamen prædicta, ubi absentia non esset dolosa, juxta ea, quæ tradit *Scacc. de judic. lib.1. cap.39.ex n.10.* & alii citati per *Scial.praxi forjud. cap.8 num.92.93.& 94.*) Verum isto casu termi nus
12 Excusatori ad arbitrium Judicis conceditur, *Bajard.ad Clar. §.fin.qu.34.n.4. & 16. Scacc.de judic. lib.1. qu.39. n.8.* & ideò si dilatio prætenditur brevis, poterit Excusator appellare, nec erit locus nullitati, ut volunt *Sanfel. decis.225.n.12. Scial.praxi forjud.cap.8.n.91.Bald.cons.92.n.2.* & in istis terminis procedit dictum *Menochii cas.40. de arbitr.n.7.* allegatus hic per auctorem, ut in puncto declarant *Bajard.d.qu.34.n.16.& Scacc.cit.cap.39.n.8.ibi tamen Menochius videtur tenere contrarium, sed animadverte, quia loquitur de termino ad perquirendum, qui est diversus*, comprobat *Afflict.super Constitutione Regni editorum rubr. 96. n.17.* ubi quod illa Constitutio dans certam dilationem ad comparendum vocatis absentibus à Regno, & intra Regnum verificatur in dilatione, & termino, qui conceditur Excusatori ad eos perquirendos, id idem volunt *Farin.d.q.99.n.293. & Guazz.d.cap.1.n.12.* Si verò Excusator allegaret certum locum, ubi Reus citandus existeret, & per documenta legitimè id Judici etiam demonstraret, vel demonstrare se prontum offerret (& absentia non esset dolosa) tunc non esset arbitrarium Judici dilationem concedere, sed juxtà dinumerationem *l.primæ, ff.si quis cautionibus* deberet saltem concedi *ex Guazz. citato cap.1. defens.12.n.12.in fin.Farin.quæst.99.n.293. Bajard. q.34.n.16.& Scacc.cap.39.n.8.& cap.91.n.32.* At si Excusator non afferret documenta absentiæ in loco allegato, nec se offerret probare, nec appellaret à termini brevitate, fateor quod validè procederet Judex minorem dilationem concedendo, quia rigor probationis deficit, qui ipsum arctaret ad congruam dilationem concedendam; sed si emanata sententia, Reus in fortiis Curiæ veniret spontè, vel captus, & de tali absentia allegata edoceret, nec posset appellare, utique comperto legitimo impedimento, vel nulla esset sententia declaranda, vel ex justa causa remedio in integrum restitutionis rescindenda ex tradit.per *Farin.cit.quæst.11.sub num.54.& qu.99. num.299.*

Etsi minorem concederet, ubi absentia ostenderetur cum designatione certi loci, uti temeraria, & contra juris dispositionem causaret nullitatem, quia per eum staret ne citationis tenor ad absentem pervenire posset, & citatus ad judicium venire ex tradit. per *Cartar.citata par.2.n.13.& 21.* quia certæ sunt indugiæ, quæ conceduntur absenti vocato ad Judicium de jure *auth.de requirendis Reis, §.igitur ne latente eo*, ibi: *etiam det indugias certas l.prima, ff.si quis cautionibus, l.itinere, ff.de verb.signif. Bart.Aret.Alciat.* & alii locis supra allegatis. Nec ideo Judicis arbitrio dici possunt remissæ ex eodem *Menoch. Valens. Barf. Fontan.* & aliis jam allegatis sub *n.*...

Undè resolutio Magnæ Curiæ Vicariæ confirmata in supremo Collaterali Consilio, quæ refertur hic per Authorem, vel processit in termino dato Excusatori alleganti absentiam simpliciter, vel petendo terminum ad eum perquirendum, sine expressione loci ubi erat perquirendus, seu determinandus, vel cum expressione loci in quo reperiebatur, sed nulla

pro-

Digitized by Google

probatione adducta, vel in casu quoad cautelam potiùs, quam ex necessitate, cogebatur Judex absentiæ allegationem attendere, vel omnes istas habet difficultates, quæ ex *Guazz. Farin. Scacc. Vivio Baron. Cassad. Vestr.* & aliis DD. supra enunciatis deducuntur.

Advertè demùm circà ea, quæ diximus supra, quod
13 absentia allegata per Excusatorem, debet admitti, aliàs nullitèr procedet Judex. Adverte inquam, quod *Niger super Capitulo Regni post commissum*, ex dispositione ipsius capituli voluit hoc esse Judici arbitrarium, idem voluit *Caravita super ritu M.C.266. Item si aliquis civiliter*, & decisum refert *Vinc. de Franc. decis. 327. in fin. Rovit. rubr. de appell. n.24. Amend. sup. eadem decis. 323. n.1. Ricc. in addit. ad Franc. dec. 589. Scial. praxi forjud. cap. 8. n. 99.*

Verum si admitti debebat (ex quo non verificatur di-
14 spositio *d. cap. post commissum*) & non fuit admissa, nec datus terminus Excusatori, sententia indè sequuta est nulla, *Guazz. dict. defen. 12. cap. 1. n. 11. 14. & 20. d. cap. post commissum n. 37. Sanfel. dec. 21. n. 6. Scial. praxi forjud. cap. 8. num. 90.* Undè dicas magis securè, quod debet eam admittere Judex omninò, si per Excusatorem allegetur in iis terminis, de quibus diximus supra. Verum si fuerit visus de tempore delicti, juxtà dispositionem *dict. cap. post commissum*, & dicta per *Scacc. Guazz. Franc.* & alios relatos per *Scial. cit. cap. 8. n. 93. & seq.* posset eam denegare, & in hoc consistit arbitrium, quia ad cautelam potest eam concedere, non ex necessitate, juxtà dispositionem *d. c. post commissum, & allegata per DD. præfatos*, vide eundem *Sanfel. decis. 31. 32. & 33.* An à denegata allegatione absentiæ detur appellatio, & *Scial. cap. 10. num. 11.* ubi, an tempus concessum Excusatori, computetur in termino.

SUMMARIUM.

1 *FOrjudicationis ad sententiam, ut procedi possit debent præcedere indicia sufficientia ad torturam.*

Quod limitatur in pluribus casibus, in quibus requiruntur probationes ad pœnam ordinariam sufficientes.

Incedentes per Campaneas in comitiva bannitorum, & simul cum incessu delicta committentes, & publicam quietem turbantes, si citati infra decem dies non compareant ipso jure efficiuntur forjudicati, nec requitur alia citatio.

Neque requiritur sententia declaratoria, licet ad majorem cautelam, & rei certitudinem in Regiis Tribunalibus usu receptum sit forjudicatos declarari.

2 *Forjudicari, ut possit incedens per Campaneam in comitiva non sunt satis indicia ad torturam sed requiritur, quod concludenter probetur incessus.*

Dicta forjudicatio non fundatur in pœna contumaciæ sicut aliæ forjudicationes, sed in solo delicto, & ejus odio.

3 *Forjudicatio, quando non sit in pœnam contumaciæ, sed in odium delicti plene de delicto constare debet.*

Abducentes personas de loco ad locum causa extorquendi pecunias, seù causa recaptus sunt ipso jure forjudicati, & clarius num. 10.

Debet tamen plene constare de delicto, neque sufficiunt, præsumptiones, & d. num. 10. *ubi vide, an sit correcta pragmatica inducens ipso jure forjudicationem pro prædicta personarum abductione?*

Quod intelligitur, quoad incessum per Campaneam, nam quoad alia delicta una cum incessu commissa, satis sunt indicia ad torturam, ut possit ad forjudicationem procedi.

4 *Delicta ab incedentibus per Campaneam, ut plurimum committuntur eo modo, ut cum magna difficultate possit eorum plena probatio haberi.*

D. Regentem Merlinum, uti tutissimum oraculum sæpe consulit auctor in rebus arduis, & ejus laudes.

Laudes D. Regentis Salamanca.

Intellectus ad Regiam Pragmaticam editam ab Excellentiss. Dom. M. Admirato tunc Regni Prorege contra incedentes per Campaneam cum bannitis in numero quatuor, & cum armis igneis, ut possit tempus forjudicationis coarctari ad quatuor dies, licet nihil aliud contra ipsos constet.

5 *Verba pragmaticæ, si legitimè constiterit, important plenam probationem.*

Visus in comitiva Bannitorum, juxta terminos Regiæ Pragmaticæ, si nullum aliud delictum contra ipsum deducatur, an contra ipsum procedi possit ad modum belli?

Procedi, ut possit ad modum belli contra incedentem per Campaneam cum cœtu bannitorum non sufficit solus incessus, sed requiritur delictum.

Pœna mortis per simplicem incessum per Campaneam non potest practicari, nisi sit etiam commissum delictum.

Et delictum debet esse atrox, contra Muscatellum.

7 *Præsumptio juris, & de jure sufficit ad pœnam ordinariam infligendam.*

Pœna delicto commensuranda.

Præsumptio juris, & le jure est illa, quando lex præsumit, & super præsumpto disponit tanquam comperto.

Dominus D. Franciscus Merlinus laudatur.

D. D. Michael Pignatellus vigilantissimus Præses laudatur.

8 *Pragmatica edita contra incedentes per Campaneam cum bannitis est exorbitans à jure communi, & odiosa.*

Interpretatio ea sumenda est, quæ faveat potius ordinariæ, quam delegatæ jurisdictioni, quia ordinaria favorabilis, delegata odiosa.

9 *Pragmatica supradicta edita contra visos incedere cum bannitis non procedit si illi sint banniti ob alia delicta, neque sint banniti tanquam discursores Campaneæ.*

Ex dictis in præfatione mens legislatoris regulatur, & restringitur.

10 *Pragmatica 10. de exulibus correxit pragmat. 8. ejusdem tituli in hoc, quod scilicet committentes crimen recaptus cum asportatione personarum haberentur pro forjudicatis absque citatione, & contumacia, hodie requiritur citatio ad comparendum intra quatuor dies, & an sufficiant indicia ad torturam, cum* num. seq.

11 *Pragmatica 1. de duello disponens, quod citatus pro dicto crimine, & non comparens infra tres dies forjudicetur, hodie est abrogata, neque servatur nisi secunda vice in illud crimen incidatur.*

12 *Pragmatica 13. & 14. de exulibus, quæ inducunt forjudicationem ipso jure contra immittentes ignem in ruribus ubi sunt segetes, fructus, & similia ex causa recaptus declarantur.*

13 *Pragmatica 2. de duello procedit etiam si pro prima vice contraveniens sit punitus, vel gratiam reportarit, sive non punitus.*

In quibuſnam caſibus non ſufficiunt indicia ad torturam, ſed requiruntur plenæ probationes in eadem materia forjudicationis? & traditur intellectus ad multas Pragmaticas de Bannitis, & eorum exceſſibus loquentes.

RESOLUTIO VIII.

1 Uod dictum eſt *reſ.*15. ſufficere ad forjudicationis ſententiam indicia ad torturam, limitandum eſt in aliquibus caſibus, in quibus illa non ſufficiunt, ſed probationes ad pœnam ordinariam ſufficientes requiruntur, & prima limitatio ſe offert in incedentibus per Campaneas in comitatu bannitorum, & ſimul cum inceſſu delicta committentibus, ac publicam quietem turbantibus, contra quos per *Reg.Pragm.*11.*de exulibus*, ſæpius ab aliis Proregibus renovatam ſtatutum eſt, ut ſi perſonaliter intra decem dies ſeſe non exhibuerint in Curiis, à quibus fuerunt citati, aut inquiſiti, ipſo jure ſint forjudicati, ac ſi per ſententiam eſſent forjudicati; qui decem dies in illis, qui ante bannum prædictum delinquerant à die banni, in illis, qui poſt bannum delinquunt, à die quo primum cœperunt incedere per Campaneas, ac delicta committere, computandi ſunt, adeo ut non ſit neceſſaria alia citatio; quemadmodum ex verbis *d.prag.* colligitur *num.*1.& 2. & advertunt *Jo: Grand. de bello exulum ſpeciali* 65. *n.*3.*Caravit.in pragm.*1.*de exulibus n.*12.*& ſeq.* ubi quod *ipſamet pragm.* ſive bannum vim monitionis, ſeù citationis obtinet, & *n.*21. quod neque neceſſe eſt fuiſſe formatum proceſſum aliquem, ſed ſatis eſt, in pragmatica ſive banno fuiſſe nominatos, & monitos incedentes, & delinquentes in comitiva; immò nec eſt neceſſaria aliqua ſententia declaratoria, cum ipſa feratur ab ipſamet lege *Rovit.pragm.*10.*de exulib.num.*4. ad intellectum conſimilis pragmaticæ infra allegandus: & licet in Regiis Tribunalibus hæc ſententia declaratoria in uſu ſit, hoc tamen fit ad uberiorem cautelam, & rei certitudinem, ut ſcilicet forjudicatio cunctis innoteſcat, prout reſcripſit Regium Collaterale Conſilium Regiæ Audientiæ Luceriæ ſub *die* 18.*Junii* 1608. quo reſcripto juſſit ad majorem claritatem reos ejuſmodi forjudicatos declarari, licet vigore bannorum jam ſint forjudicati, ut ex regiſtro Secretarii dictæ Regiæ Audientiæ legitur.

Ex his infero limitationem, nempè ad hoc, ut dictæ forjudicationi locus ſit non ſufficere indicia ad tor-2 turam, ſed inceſſum concludenter probandum eſſe; ratio, quæ movet eſt, quoniam hæc forjudicatio non fundatur in pœna contumaciæ, quæ in forjudicatione, quæ fertur pro aliis delictis, in cauſa eſt, ut rei citati, & contumaces habeantur pro confeſſis, & convictis de delictis pro quibus ſe contumaces fieri patiuntur, ut colligitur *ex Conſtit.Regni pœnam eorum*, ubi notant ſcribentes, præſertim *Afflict. n.*47.*& n.*67. *Iſern.in verſ.hoc verum eſſet, & verſ. plus autem.* Fundatur igitur tanti rigoris plena forjudicatio in ſolo delicto, & in ipſius odium inducta eſt: debent igitur adeſſe probationes, quæ ad pœnam ordinariam, ſi rei in fortiis eſſent, ſufficerent, ne alioquin ſine probatione ſequatur condemnatio pro delicto, contra *vulg.jura in l.ſciant cuncti, C.de probat.& l.qui ſententiam, Cod.de pœnis*, omnino ad rem *Foller.ſuper pragm.*1.*de duello n.*19. ubi docet, quod quando forjudicatio non fit in pœnam contumaciæ, ſed in odium delicti, & propter ipſum 3 delictum, plene de delicto conſtare debet: confirmatur ex reſcripto Collateralis Conſilii, de quo meminit *Capiblan.tom.*2.*cap.*52.*n.*15. ubi ad intellectum *pragm.*8.*de exulib.* mandantis, ut abducentes perſonas de loco ad locum animo pecunias extorquendi, ſeù ex cauſa, ut ajunt recaptus, ſint ipſo jure forjudicati, teſtatur declaraſſe Collaterale Conſilium non poſſe dictam pragmat. practicari, niſi de delicto plenè, non præſumptive liqueat: hoc rurſus intelligendum eſt, quoad ipſum inceſſum per Campaneam, in cujus odium edita pragmatica fuit; quoad vero delicta inſimul cum inceſſu commiſſa ſatis eſt, ut *d.pragmat.* praxis obtineat, ſi per Fiſcum adducantur indicia ad torturam; ita expreſsè docuit *Caravit.pragm.* 1.*de exulib.nu.*106.*& ſeq.* ubi adducit præcipuas rationes, quia alioquin raro, aut nunquam poſſet diſpoſitio pragmaticæ practicari, nullus enim auderet bannitum per Campaneam incedentem occidere licet facinoroſum, cum ſemper ambigere poſſet ſint ne delicta de quibus notatur plene, vel præſumptive probata, & delicta ut plurimum ab ejuſmodi perſonis committantur eo modo, ut cum magna difficultate poſ- 4 ſit eorum plena probatio haberi, & ad rem conſiderari poſſunt verba *d.pragm.*11. *num.*1. ibi: *delli delitti, che ſe li pretendono*, quæ verba non innuunt plenam probationem, ſed adaptari poſſunt etiam ubi ſola adſint indicia, & ut judicantes tutius huic opinioni adhæreant, compertum habeant, hanc ſententiam pro indubitata habere D. Regentem D. Franciſcum Merlinum, cujus tutiſſimum oraculum ſæpe conſuevi in rebus momenti conſulere, ſciens me errare non poſſe tanti viri auctoritate; quem per omnes munerum publicorum gradus ætate florentem ad ſummos, & meritos honores evexit virtutum omnium, ne dum experientiæ, ac ſcientiæ matura canities, qui nunc noſtri Regis lateri in ſupremo Italiæ conſilio aſſiſtit, cum altero noſtræ tempeſtatis miraculo D. Michaele Salamanca, qui ad eamdem ſupremam dignitatem inſolito exemplo ante 38. ætatis annum ob inſolita merita evolavit.

Idem omnino affirmandum eſt in terminis *pragmaticæ editæ* ab Excellentiſs. Dom. Magno Admirato tunc Regni Prorege ſub *die* 19. *Maii* 1644. *num.*6. qua cavetur, ut ſi legitime conſtiterit aliquem fuiſſe viſum in comitiva bannitorum numero ad minus quatuor armatorum cum armis igneis, contra illum poſſit tempus forjudicationis coarctari ad quatuor dies, licet nihil aliud contra ipſum conſtet; id quod deducitur etiam ex illis verbis 5 pragmaticæ, ibi: *legitimamente coſtarà*; quæ important plenam probationem *text. in cap.conſultationi, in primo reſponſo de ſponſalibus, gloſſ.in cap.at ſi Clerici in verſ. legitima probatione, de judiciis*, & *l.cum de indebito in verſ.legitimis, ff.de probation.*

Ad cujus pragmaticæ intellectum occurrit dubitare, an contra eum, qui fuerit viſus in comitiva bannitorum, juxta terminos dictæ pragmaticæ, ſi nullum aliud delictum contra eum adducatur, poſſit 6 procedi ad modum belli; dubium faciebat, quia, etſi ad procedendum ad modum belli ſit neceſsarium delictum una cum inceſſu in cœtu bannitorum, juxta diſpoſitionem *Reg.Pragm.*10.*de off.jud. n.*48.*verſ.l'armare*, tamen cum legislator indixerit pœnam mortis, quæ pro ſimplici inceſſu per Campaneam non poteſt practicari, niſi cum inceſſu ſit etiam commiſſum delictum, juxta tradita per

Ca-

Digitized by Google

Caravitam pragm.1. de exulib. n.187. & Jo:Grand. in præd.tract.q 1.n.3.Muscatel.de furtis,& rapinis n.46. & seq. id quod absque controversia practicatur, quinimmo nec vera doctrina est *Muscatelli* asserentis *num.47.*quamlibet minimam vim cum incessu sufficere ad pœnam mortis, nam nulla legis, vel rationis auctoritate fulcitur, est enim contra mentem dictæ pragmaticæ, quæ apertis,& expressis verbis requirit atrocia delicta, ex quibus omnino quies publica turbetur, ibi: *varii, e diversi enormi delitti perturbando il quieto vivere de' popoli, &c.* nec pragmaticæ similes in quibus se fundat *Muscatellus* alia continent verba, sed omnino similia, easque sancitas esse pro refrænandis excellibus, & enormissimis delictis bannitorum tentatur *Caravit. prag.1. de exulib.n.1.* præsumit igitur necessario legislator hunc visum, ut supra etiam delinquentem,
7 vel saltem complicem delictorum à comitiva bannitorum cum quibus visus fuit commissorum (id quod sufficit ad procedendum ad modum belli, seu vigore potestatis extraordinariæ, *pragm.10. de off. judic.d.n.48.in fine)* præsumptione juris, & de jure, quæ ad pœnam ordinariam sufficit, juxta terminos *vulgatæ legis si qui C.de adulter.cum concord. l.consiliarios, C.de assessor.Menoch.q.97.lib.1.de præsumpt. num.1. & seq.* cum quamplurimis per eum relatis, cum alioquin si delictum una cum incessu non præsumeretur, pœna delicto non commensuraretur contra *vulg. l.sancimus, C.de pœnis*, dico, præsumtione juris, & de jure, quia talis præsumptio est, cum lex præsumit, & super præsumpto disponit tanquam comperto, juxta definitionem Alciati, quam adducit *Menoch. d.lib.1.qu.3.n.17.& seq.* His tamen non obstantibus tutius visum est eidem Domino D. Francisco Merlino, quem super hac difficultate consului, uti contra bannitos supremum à Domino Prorege delegatum, cum essem Auditor in Provincia Salerni, & consultoris munere fungerer de dicto Domini Proregis mandato apud Dominum D. Michaelem Pignatellum vigilantissimum Præsidem, & acerrimum bannitorum infectatorem
8 Eboli ex hac causa degentem; est enim pragmatica illa proculdubio exorbitans à jure, odiosa utpote in odium delinquentium inducta, unde restringenda *vulg.cap.odia de reg.jur. in 6.cum concordantib.* nec facile ea interpretatio sumenda est, quæ delegatæ potius, prout est potestas ad modum belli, quam ordinariæ faveat jurisdictioni, quæ delegata jurisdictione favorabilior est, immò ordinaria favorabilis, delegata odiosa est, *gloss. in cap.1. in verb. processus, de rescrip.in 6.Menoch.de præsum.præs.16. lib.2. n.13. & 25.* cum igitur de modo procedendi nihil dixerit legislator, sed tantum de pœna, non est cur prædictam pragmaticam extendamus ultra legis verba in odium delinquentium,& jurisdictionis ordinariæ præjudicium.

9 Ad ejusdem prag.intellectum alia occurrit dubitatio, an satis sit aliquem esse visum in comitiva non bannitorum incedentium per campaneam,sed forjudicatorum ob alia delicta: & proculdubio dicendum est prædictam pragmaticam fuisse editam ad compescenda delicta bannitorum incedentium per campaneam, ut ex præfatione colligitur;unde ex dictis in præfatione mens legislatoris regulatur, & restringitur necessario tantum ad bannitos per campaneam incedentes, ad tradita per *Menoc.præsumpt.190.lib.4.num.5.& præsumpt.2.lib.6.num.2. & sequent.* & ad locutionem factam in proœmio referuntur omnia, quæ sequuntur, *l.regula §. penult. vers.nam initium ff.de juris, & facti ignorantia, Caravita prag. 1. de exulib.num. 3.* Licet pragmatica loquatur de bannitis, forjudicatis, ac discursoribus campaneæ: & in eandem sententiam idem Dominus D. Franciscus Merlinus inclinavit, cujus responso libentissimè acquievi unà cum cæteris collegis, licèt uti Fisci Advocatus aliquam difficultatem propter verba prædicta generalia contra præ-
10 dictum intellectum excitassem. In crimine etiam recaptus per *Regiam Pragmaticam de exulibus 10. num.2.*constitutum est abducentes personas ex causa ut ajunt recaptus, ut sic pecunia se redimant à manibus bannitorum, vel per nuncios, aut epistolas minaces personis metum incutientes, ut pecuniam aliudve simile metu coactæ minantibus tradant, si citati non compareant infra quatuor dies, in illo tunc pro veris forjudicatis habendos esse, atque uti tales declarantur pragmaticæ ministerio, ac si verè per sententiam forjudicati essent declarati, ita ut si vivi capiantur post prædictam contumaciam, facta recognitione personarum,sint statim morti tradendi absque alia sententia declaratoria; cum satis sit illa declaratio, quæ ab ipsius pragmaticæ conditore lata est, *Rovit. in dicta prag.10.num.4.& seq.Capibl.prag.8.de Baron.par.2. n.128. & sequen. & tom.2. cap. 52. num.14.* (licet quoad hoc videnda sint quæ inferiùs dicam *Resolut. 27.* ubi innuo quid agendum sit cum captus est declaratus forjudicatus tantum à lege:) In hoc forjudicationis severissimo modo necessariæ sunt probationes concludentes, aut saltem indicia indubitata secundum supradictam traditionem, ne scilicet tam odiosa specialia multiplicentur, ut absq; solemnitatibus requisitis in aliis sententiis forjudicationis, absque citatione consanguineorum ex processu informativo quis tam angustissimo temporis spatio damnetur ad mortem cum facultate impunè eum occidendi, *Capiblanc. in d.tom.2. cap. 52. num.16.& seq.* ubi ita servari testatur, & adducit provisiones Collateralis Consilii requirentis plenam probationem ad hoc, ut possint practicari termini *pragmaticæ 8. de exulib.* sed scriptis à *Capibl.* refragatur, ut ipsemet advertit *prag. ipsa*, quæ expresse sanxit sufficere ad ipsam practicandam illa indicia, quæ satis sunt in aliis sententiis forjudicationis; & provisiones Collateralis Consilii,quas adducit, loquuntur in aliis terminis nempè *prag. 8. de exulib.* quæ inducebat forjudicationem ipso jure contra capientes, & asportantes personas gratia extorquendi recaptum absque ulla omnino citatione, & contumacia: non possunt igitur applicari prædictæ provisiones ad terminos *pragmaticæ prædictæ de exulibus* 10.juxta quos, licet infra brevem terminum,citantur tamen rei, & contumaces fiunt; quæ quidem *pragm.10.* correxit dictam *pragm.8.*in hoc, quod scilicet committentes crimen recaptus cum asportatione personarum, de qua loquebatur *dicta prag.8.* non absque citatione, & contumacia, ut olim statutum erat in *dicta prag. 8.* sed prævia citatione ut compareant infra quatuor dies, & contumacia, si citati non compareant pro forjudicatis habeantur, quomodocumque crimen illud committentes: undè dici potest idcirco sancitum esse ut sufficiant indicia, quæ in aliis sententiis forjudicationis satis sunt, quia non omnino citatio, & contumacia ablata est in terminis illius *pragm.* sed forjudicatio ab illa inducta habet annexam aliquam licet brevissimi temporis contumaciam; & licet supradictum sit contumaciam tam angusti temporis non habendam in consideratione in crimine duelli, tamen adest diversitas casuum, quia in hac forjudicatione pro duello, quæ fertur contra non comparentes infra tres

Digitized by Google

dies juxta *pragmaticam primam de duello*, (quæ hodie est abrogata, neque servatur nisi contra secunda vice in illud crimen incidentes, *pragmatica 2. de duello*,) non est expressè sancitum sufficere in-
11 dicia ad torturam, quemadmodum est sancitum in crimine recaptus contento *in d.prag.*10. *de exul.* Equidem ubi vigeret multitudo bannitorum, quemadmodum vigebat tempore, quo, ut suprà dixi, assedi uti consultor rerum campaneæ Domino D.Michaeli Pignatello, cui demandatum erat munus infectandi numerosissimas bannitorum catervas, quæ provinciam Salerni infestabant, cum amplissima potestate concedendi indultus, & omnia alia necessaria ad bannitorum extirpationem faciendi, minimè dubitarem servandum esse rigorem *dictæ pragmaticæ*, quam superior non abrogavit, & servari postularet eadem ratio militans, quæ olim militabat, aliis vero temporibus magis pacatis cogitandum relinquo.

12 Supradictæ limitationes possunt proculdubio accomodari in terminis *pragmaticarum* 13. & 14. *de exulib.* inducentium forjudicationem ipso jure contra immittentes ignem in ruribus, ubi sunt segetes, fructus, & similia, vel occidentes, aut occidi mandantes, aut cooperantes in ejusmodi delictis ex causa recaptus, ut in illis continetur: quæ limitationes nituntur rationibus supra ponderatis, quas hìc non repeto, habentur enim ac declarantur pro forjudicatis ipsarum pragmaticarum ministerio, prout in incedentibus, ac committentibus delicta per campaneam dictum est.

13 Et quod procedant eædem limitationes in crimine duelli jam supra dictum est authoritate *Follerii num.*11. Illud hic addere libet *prag.* 2. quæ rigorem *prag.*1. servari mandat in secunda vice duelli prohibitioni contravenientes, locum habere etiam si pro prima vice contraveniens sit punitus, vel gratiam reportaverit, sive non punitus, argumento eorum, quæ tradunt *Jo: Antonius de Nigris in cap. Regni ad hoc de furtis nu.* 68. *Farinac. qu.*167. *n.*64.68. *& seq. & quæst.*23. *num.*10. *& seq.*

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Forjudicatus verè per sententiam, an differat ab eo, qui pro forjudicato habetur?*

2 *A beneficio nominationis non excluditur condemnatus in contumaciam pro homicidio de mandato, licet statutum excludat homicidam proditorem, & Assassinum.*

3 *Delinquens si cum Banditis associetur, potest impune occidi, & de ejus capite alter Banditus valet indultari, & remitti, n.*4.

4 *Recaptum facientes, si citati infrà terminum non compareant, dicuntur forjudicati.*

5 *Banditus, ad hoc ut talis habeatur, an requiratur sententia declaratoria?*

6 *Delinquens, cui concessa fuit remissio ob præsentatam alicujus Banditi cum clausula, dummodò non accedat ad locum partis offensæ sub pœna reincidentiæ, an possit impunè occidi, si contraveniat, & num. seq.*

7 *Clausula apposita in Gratia, dummodo non accedat ad locum Partis offensæ, an in casu contraventionis operetur, ut delictum semel per gratiam extinctum, iterum reviviscat?*

RESOLUTIO VIII.

Licèt alias ad forjudicandum, & condemnandum Reum absentem, necessaria sint indicia ad torturam, quando tamen delinquens non forjudicatur, sed declarari debet forjudicatus juxtà leges speciales, & Pragmaticas Regni, talia indicia non sufficiunt, sed requiruntur plenæ probationes, dicit Author in præsenti Resolutione.

De hac materia fuit plenè discussum suprà Resolutione prima, & quatenus requirat Author hic plenas probationes, adde *Novar. decis.* 80. *per tot.* Solùm superest advertere, quod aliud est esse forjudicatum, aliud haberi pro forjudicato, *Rovit.prag.*10. *de exul.num.*4. & 5. quia qui habetur pro tale, dicitur fictè, non verè talis, *Andr. de Can. tract. de extension.num.*66. *Farin.q.*135. *num.*70. & 71. *Rovit. prag.*1. *de persequen. malefact. num.*22. & 23. *Author noster resol.*1. *num.*19. *Giurb.observ.*45. *n.*21. *Garzia de benef. par.*5. *cap.*9. *tit. de Patronis sub n.* 117. *Sperell. decis.*46. *num.*11. & ideò in statutis, ubi verba sunt accipienda verè, & non fictè, casus fictus non erit comprehensus, si loquantur in casu vero, *Rovitus pragmat.*1. *num.*22. *Giurb. d. observ.*45. *nu.*21. Quid autem differat fictio à præsumptione docet *Vincent. de Franch. decis.*536. *num.*17. 18. 19. ex istis, & aliis obtinui de anno 1661. in Sacra Consulta de-
2 clarari in causa Petri Smachini condemnati in contumaciam pro homicidio de mandato in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum per Tribunal Illustriss. & Reverendiss. Urbis Gubernatoris non excludi à beneficio nominationis, quod bandimentum Sacræ Consultæ promittit occisori alicujus Banditi capitalis, dummodò nominatus non esset Banditus pro assassinio, homicidio proditorio, vel patricidio, ut in eodem bandimento legitur sub §.11. *si dichiara parimente*, licèt mandans occidi pro vero Assassino habeatur, & declaretur ex bandimentis generalibus Urbis sub *cap.*18. Placuit enim Eminentiss. Cardin. Imperiali tunc Progubernatori S. Consult. consuli, in qua etiam ipse uti Card. interveniebat, & intervenit super talis dubii declaratione de bannimenti interpretatione & intellectu agebatur, quod ordine S.C. emanaverat.

Adverte etiam quod si Reus inveniatur simul cum
3 forjudicatis, potest impunè occidi, eodem modo, ac si esset etiam ipse forjudicatus, & de ejus capite potest indultari, & remitti unus Banditus, ut in Pragmaticis Regni relatis per *Scial. prax. forjudic. cap.*10. *num.*16. & in Statu Ecclesiastico id idem statuitur *ex Bulla Sixti V. & aliis Constit. Pontif.* vide *Farin. qu.*103. *num.*272. & bandimentum Sac. Cons. emanatum de anno 1661. §.21.

Et ad eandem materiam ultra *Authorem, & Rovitum*
4 *cit. pragmat.*10. *de exul.* vide *Scial. cit. cap.*10. *n.*15. *usque ad* 22. ubi reperies, an Reus manens Domi cum banditis subjiciatur pœnis ejusdem Pragmaticæ, & quomodo debeat citari in crimine recaptus, ubi etiam extat similis pragmatica habens delinquentem pro forjudicato, si citatus infra terminum non compareat, allegans *Novar. Capibl. & Dansam.*

5 Et demum adverte, quod licèt Statutum, Bandimentum, lex, vel Bullaris Constitutio præcipiat aliquem ipso facto incurrere aliquam pœnam, vel haberi pro bandito, forjudicato, rebelle, hoste publico, diffidato, &c. adhuc necessaria erit sententia Judicis declaratoria, ut concludit Author hic sub *num.*10. & firmat *Scial. cit. cap.*10. *num.*21.

Mastrill.

Digitized by Google

Mastrill. de Indult. cap. 22. num. 14. etiamsi dicatur absque alia declaratione *Joan. Salas de legibus q. 96. tract. 14. disp. 15. sect. 2. post nu. 31. & 33. sect. 3. n. 42. Franc. Suarez eodem tract. de legibus lib. 5. cap. 7. Thomas Sanchez in præcep. Decalogi lib. 2. cap. 22. nu. 19. & 20. Farin. in fragm. par. 2. verb. lex num. 164.* ubi reprobat *Eugen. contrar. volunt. in suo consil. 23. n. 72. & seq. Sanfel. dec. 242. n. 8.*

Et hinc nota ad remissiones Delinquentium, quę fiunt 6 in Urbe, & Statu Ecclesiastico ob præsentatas aliorum Banditorum, in quibus apponitur solita clausula dummodò non accedant ad locum, ubi degunt Partes offensæ sub pœna reincidentiæ ipso jure, &c. quia non ex hoc remissus poterit impunè occidi, si contravenerit, & in loco vetito fuerit inventus, & tantò magis si ordine Principis talis clausula, seù talis pœna, non fuerit comminata ex tradit. per *Rovit. prag. 1. de guidat. n. 48. & dec. 4. nu. 38.* ubi distinguit gratiam à Principe ordinatam sub tali conditione & comminatione, & appositam à Judice in 7 exequutione gratiæ. Ut primo casu, uti apposita ordine illius, qui habet potestatem subrogandi illam pœnam comminatam pro pœna illius contraventionis, vel faciendi potius gratiam conditionatam, seù limitatam, non generalem valituram in omni loco, tunc solum dubietas cadit circa voluntatem, & excusationem, quam posset Reus deducere ad excludendam contraventionem: at ubi illa pœna reincidentiæ non fuerit ordinata in eadem gratia Principis, sed appolita fuerit per Judicem in exequutione, tunc non solùm non incurritur sine declaratoria præcedenti, sed neque declaratoria juridicè sequi posset, quia gratiam perfectam, & simplicem Reo factam per Principem, ejus Minister debet exequi, venerari, & observare, nec est in ejus potestate eam limitare, aut restringere, idem *Rovit. cit. pragmat. 1. nu. 48. & 53. Sanfelic. dec. 48. num. 7. Giaz. decis. 11. num. 5. vers. & propterea Cavalc. dec. 55. num. 9.* & talis comminatio potiùs censeri debet appolita ad terrorem pro majori securitate exilii observandi, quam juridicè, & animo eam exequendi, *Bim. com. 149. num. 15. Roland. cons. 47. num. 60. lib. 2. Rimin. Jun. cons. 327. num. 2. & 337. num. 27. Giurb. observ. decis. 45. n. 20.* Gratia enim, & remissio promittitur bandito, occisori alterius banditi simpliciter per bandimentum S. Consultæ, & est gratia, quæ quodammodo transit in contractum, *Vinc. de Franc. dec. 433. num. 1. Merl. cent. 1. c. 53. num. 6. & c. 54. nu. 4.* quia suo periculo eam sibi lucratur banditus, ideo non debet per Judicem in exequutione limitari, *Cavalc. dec. 255. num. 9. Rovit. dec. 4. num. 38.* Et licet per Bull. Constit. ordinetur Reos taliter remissos exulare à loco, ubi degunt Partes offensæ, donec pacem habuerint, ut in *Constit. San. mem. Pii V. 40. in ord. Bullar. veter. & Pii IV. in ord. 80.* & ità servari refert *Farin. qu. 103. num. 146. in fin.* Attamen Summus Pontifex inibi non modificat gratiam, nec minus idem bandimentum Sacræ Consultæ, quod in eisdem Bullaribus Constitutionibus confirmatur, sed simpliciter mandat exulare, ut legitur sub §. 10. ibi: *E decretandosi, che li si deve la remissione, vuole la Sacra Consulta, che non avendo la pace, se li servi l' esilio dal luogo del delitto conforme alla Bolla di Pio IV. san. mem.* Debent igitur cogi ad observantiam exilii, non gratiam obtentam amittere *ex Farin. cons. 97. num. 11. Rovit. decis. 4. num. 13. & 14. & Sanf. decis. 51. n. 17.* Etsi velimus dicere per dictas Constitutiones pœnam non esse impositam pro controventione. Respondetur quod non ideò imponi posset amissionis gratiæ, sed arbitrariam *ex Cabal. cas. 1. num. 16.* vel ad formam dispositionis, *tex. in l. relegati ff. de pœnis, & l. capitalium §. in exulibus, ff. eodem tit. & l. qui cum uno §. in Insulam, ff. de re milit.* de quibus latè per *Guaz. defens. 33. c. 27. ex num. 1.*

SUMMARIUM.

1 *FOrjudicatus si pendente guidatico capiatur est reponendus in pristinam libertatem.*

Invulnerata debet esse libertas in quam reponitur delinquens captus sub guidatico; adeo ut neque substineatur empara pro causa civili, nec possit fieri recognitio.

2 *Si tamen guidatus novum delictum committat, potest pro omnibus delictis puniri, & si sit forjudicatus poterit contra eum exequi sententia forjudicationis, & quomodo hoc intelligendum sit declaratur.*

3 *Ad hoc ut amittatur guidaticum per novum delictum debet plenè constare de delicto ad exemplum gratiæ, quæ si concedatur cum clausula, quod ea amittatur, si aggratiatus novum delictum committat, istud novum delictum debet esse plenè probatum, sed vide num. 4.*

Non potest argui ab amissione fori Ecclesiastici, & immunitatis Ecclesiasticæ ad amissionem guidatici, quia aliud est esse fundandam jurisdictionem, quo casu sufficiunt indicia ad torturam, aliud est amittere guidaticum propter delictum ad pœnam infligendam, quæ non potest imponi sine sufficiente delicti probatione, & ideo cum non adsunt nisi indicia ad torturam, guidatus torquebitur super novo delicto; & si illud fatebitur, punietur pro omnibus; si non fatebitur reponetur in pristinam libertatem, sed vide infra.

4 *Contrarium decisum est in Magna Curia Vicariæ quod scilicet sufficiant ad amittendum guidaticum indicia ad torturam novi delicti.*

Justificatur hæc decisio Mag. Cur. doctrina Bald. & Bossii, quæ defenditur à contrariis, & declaratur.

Extractus legitimè pro uno delicto ab Ecclesia potest pro omnibus aliis delictis puniri, & refertur decisio Mag. Cur. Vic.

5 *Respondetur ad argumentum supra relatum de gratia, & quæ differentia sit inter amissionem gratiæ, & guidatici declaratur.*

6 *Quid sit guidaticum ad discussionem indultus? & quod illud non amittatur per novum delictum.*

7 *Guidatus ipso jure amittit guidaticum, si de novo delinquat, & ideo si sit forjudicatus potest impunè interfici, secus est si guidatus ad discussionem indultus novum delictum committat.*

Quæ delicta requirantur, qualisve eorum probatio necessaria sit, ut contra forjudicatum, non obstante guidatico propter novum delictum, debeat exequi sententia forjudicationis, vel is possit occidi?

RESOLUTIO IX.

1

Orjudicatus, si pendente guidatico in fraudem fidei publicæ capiatur, est proculdubio reponendus in pristinam libertatem cum termino competente ad se in tuto recipiendum, in casu quo non esset guidaticum continuandum, *Afflict. decis. 4. num. 7. Farinac. quæst. 29. num. 3. & sequent. & num. 11. de Franc. decis. 590.* ubi tradit libertatem hanc,

hanc, in quam inquisitus reponendus est, debere esse invulneratam, ità ut recognitio ipsius inquisiti relaxandi vigore guidatici facta, dum erat in carceribus, nulla censenda sit ex traditis in *ea decis.*, & concordant tradita, & decisa *in decis.* 415. ubi quod non valet empara pro causa civili adversus eum, quem reponendum in pristinam libertatem pro delicto quo fuit captus, decernitur.

2 Si tamen post obtentum guidaticum illo pendente delinquat, omnino guidatici beneficium amittit, adeo ut non solum pro delicto novo, sed pro omnibus aliis delictis puniri possit, & sententia forjudicationis contra eum exequenda sit, *Franc. decis.* 258. habet enim guidaticum tacitam conditionem, nisi ipse guidatus novam præbeat offensionis causam, *Afflict. in Constit. Regni pœnam eorum, num.* 60. *& sequent. Muta ad pragmat. de sententia banni num.* 35. *& seq. Farinac. q.* 29. *num.* 60. & licèt hanc conclusionem aliqui intelligant, quando quis dolosè guidaticum procuravit, ut commodius delinqueret, alii habere locum existiment in delictis appensatis commissis pendente guidatico, non autem in delictis rixosis, ut videre est ex *Menoch. de arbitrar. casu* 237. *num.* 13. *& sequen. ex Farinac. d. quæst.* 29. *num.* 61. *ex Josepho Ludovico decis. Lucen.* 11. *num.* 30. *ex Caball.* 118. *num.* 6. *& seq.* in Regno tamen ea recepta est opinio, ut satis sit delictum infra tempora securitatis commissum esse verè punibile, *ad text. in prag.* 1. *de guidat. & ibi Rov. num.* 1. *Franch. decis.* 258. dummodo non prætendatur aliquod leve delictum, & capiatur guidatus sub hoc colore, ut pro delictis antea commissis puniatur, *dictus Reg. Merlinus tom.* 1. *controvers. forens.* 40. *nu.* 17. *Dominus Reg. Sanfelic. decis.* 48. *nu.* 1. *& 2. Pascal. de viribus patr. potest. par.* 4. *cap.* 3. *num.* 18. ubi quod per *prag.* 1. *de guidatic.* sublata est controversia, quæ procedebat attento jure communi.

3 Sed dubitari contingit, an ad effectum amittendi guidaticum delictum pendente guidatico commissum, debeat esse plenè probatum, vel satis sit probari per indicia? quod debeat esse plenè probatum suadetur ex traditis per *Dominum Regentem Sanfelicium decis.* 48. *num.* 4. *&* 9. ubi auctoritate *Decciani in tract. criminal. lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 84. & aliorum habetur, quod gratia concessa cum clausula, quod si quid simile in futurum perpetraverit ipso jure intelligatur privatus gratia, clausula locum non habet nisi novum illud delictum liquidissimè probetur; & in puncto *Caball. d resolut.* 118. *num.* 10. *vers. nec alia fuerit sequuta decisio*, post recitatas varias opiniones quale delictum esse debeat, ut securitas amittatur pendente securitate commissum, subdit non fuisse in hoc subsecutam decisionem, ex quo delictum non erat sufficienter probatum, & sic ad hoc, ut guidaticum, seu securitas amittatur, ex delicto propter quod potest amitti securitas, manifestè sentit delictum esse sufficienter probandum: hinc si adsint super novo delicto indicia ad torturam, reum super illo torquendum esse, ut siquidem fateatur, puniatur pro omnibus, si non fateatur, reponendum in pristinam libertatem tradit *idem Dominus Reg. Sanfelicius eodem num.* 4. *vers. vel saltem*. Nec huic opinioni obstat, quod ad fundandam jurisdictionem sufficiunt indicia ad torturam, unde indiciatus ad torturam pro crimine excepto amittit immunitatem Ecclesiæ, vel fori, & quod idem videtur dicendum in hoc casu ex traditis per *Capiblanc. de Baronibus tom.* 2. *cap.* 31. *num.* 32. quia respond. magnum esse discrimen inter utrumque casum, cum in uno casu de fundanda jurisdictione per qualitatem agatur; in altero verò de fundando delicto ad pœnam imponendam, quæ non potest imponi nisi delicto plenè probato, *vulg. lege sciant cuncti C. de probat.* ad rem *Dominus Reg. Merlinus tom.* 1. *controvers. Forens. cap.* 40. *num.* 16. licet ad alium effectum dictum discrimen consideret.

4 Contrariam opinionem sequuta est Mag. Curia Vicariæ delegata in casu relato per *Dom. Reg. Sanfelicium in decis.* 48. *num.* 6. *& sequent.* ubi Magna Curia forjudicatum indultatum cum necessitate inserviendi in militia habuit pro guidato, donec militare servitium compleretur; & cum hic forjudicatus esset inquisitus de vitio nefando commisso sub prædicto guidatico, fuerunt ei datæ defensiones super dicto crimine, ad finem videndi an deberet nec ne gaudere prædicto guidatico, secundum praxim, de qua testantur *idem Dominus Reg. Sanfelicius in eadem decis.* 48. *num.* 5. *& Dominus Merlinus tom.* 1. *controvers. Forens.* 40. *n.* 16. & cum contra eum resultassent indicia ad torturam, fuit exclusus à dicto indultu obtinente vim guidatici, & provisum, quod exequeretur sententia forjudicationis, quemadmodum cum effectu exequuta, laqueoque suspensus fuit, quamvis idem Dominus Reg. Sanfelicius exclamet contra dictam decisionem, eamque admirandam provisionem vocet. Pro Mag. Cur. decis. omisso fundamento *Capiblanc.* adversus quod supra relata consideratione usus sum, consideravi, quod illa potest optimè defendi solida illa traditione *Bald. in consil.* 90. *lib.* 2. quam sequuntur *Decian. in tractat. crimin. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 9. *Guaz. defens.* 1. *cap.* 38. *num.* 16. quod legitimè captus pro uno delicto potest pro omnibus aliis justè puniri: cum igitur supponimus esse aliquem pro delicto commisso pendente guidatico indiciatum ad torturam, constat eundem legitimè, & ritè captum proculdubio, ad tradita per *Clar. §. fin. q.* 20. *num.* 2. *& sequent.* & alios passim: consequens igitur est, posse eundem pro aliis delictis puniri: & hanc Bald. & sequacium Doctrinam ponderavi in Mag. Curia cum ageretur de Jacobo Picciullo, qui cum fuisset, accedente etiam consensu Eminentissimi, extractus ab Ecclesia pro homicidio proditorio, fuit, omissa disputatione an adessent pro homicidio probationes sufficientes, ad pœnam ordinariam damnatus, habitum pro vero, quod extractus legitimè pro uno delicto ab Ecclesia potest pro omnibus aliis puniri, cum legitima extractio ab Ecclesia nihil aliud sit, quam legitima captura, licèt in loco sacro, *Remig. in opusc. de immunitat. q.* 2. *num.* 3. *vers. attenta opinione Reg. Constantius in supplicatione ad Paulum V. num.* 68. dices, quod si *Bald.* & sequacium allegata doctrina in hoc casu concluderet, sequeretur non esse ad guidatici amissionem necessaria indicia ad torturam in delicto, quod guidato imputatur, sed satis esse leviora, quæ scilicet sufficiant ad legitimam carcerationem; est enim absque controversia passim receptum, posse legitimè ad carcerationem procedi, etiamsi indicia ad torturam non sufficientia, sed longè leviora contra carcerandum adsint, *Clar. d. q.* 20. *num.* 2. & alli passim, quæ sanè sequela cum sit apertè falsa videtur concludendum, & antecedens, ex quo illa sequela deducitur esse falsum vulgatis juribus, ad tradita per *Franc. decis.* 717. ubi decisum est reponendum esse in pristinam libertatem eum, qui de furto in via publica arguebatur, ex quo pro delicto, quod ei imputabatur, non aderant indicia neque ad torturam, neque ad condemnationem sufficientia. Respondeo ad propo-

propositum de quo agitur, necesse esse ad hoc ut quis dicatur legitimè carceratus, non solum ut justè sit ab initio carceratus, sed etiam ut adsint legitima indicia ad formandam contra illum inquisitionem, & ad justè illum post datas defensiones retinendum, quod dici nequaquam potest, nisi formato processu resultent contra illum indicia ad torturam, vel condemnationem sufficientia, nam alioquin absurdum esset, ut si è carceribus esset relaxandus, & absolvendus pro delicto, quod ei imputatur, in pœnam delicti nullo modo probati amitteret guidaticum: neque potest dici, ad hunc effectum justa, & legitima carceratio, quæ cum nullum possit contra reum operari effectum, in nihilo differt ab injusta carceratione, ac proinde tanquam injusta carceratio censenda est: hæc responsio est ad mentem *Bossii in tit. de remediis ex Clementia Principis num.* 65. cujus dicta mihi videntur apertè probare prædictam sententiam, dum ibi quærit, an securitas concessa prosit ei, qui ex culpa sua finito tempore securitatis reperitur in carceribus, & ex sua sententia concludit, quod si compilato processu venit absolvendus pro delicto, quod ei imputatur, reponendus est in pristinam libertatem, alias secus, & ad *text. in l.* 2. *§ fin. ff. si quis caut.* ubi habetur, quod carceratio ex culpa carcerati proveniens non prodest, respondet quod si compilato processu absolvendus quis venit, hæc carceratio reputatur injusta, si vero non venit absolvendus, obstat carceratio ex propria culpa proveniens: hæc sanè est mens Bossii, si rectè ejus verba perpendantur, quem favere meæ sententiæ concludendum est, cum ex ejus verbis æquipollentibus, quæ à me supra deducta sunt, non obscurè deducantur; ad eandem sententiam aliquantulum etiam facit suprà allegata de *Franchis dec.* 717. Nam licet nihil certi ex ea deduci posse fatear, tamen non absque mysterio ponderavit in illo casu relato non adesse indicia neque ad torturam, neque ad condemnationem sufficientia, pro novo illo delicto, quod imputabatur illi guidato, quem Sac. Consil. revocans decretum Mag. Cur. decrevit esse in pristinam libertatem relaxandum.

5 Hac sententia sic fundata, non obstant in contrarium adducta, & primò non obstat quod de gratia dicitur, nam respondeo guidaticum longè differre à gratia, gratia omnino vetus delictum extinguit, nec ex novo delicto reviviscit, guidaticum non extinguit delictum, sed tantum delicti pœnam suspendit, *Franc. decis.* 433. Hoc posito quando in gratia adjicitur clausula, ut per novum delictum inquisitio vetus reviviscat ex provisione Principis, qui est lex animata in terris, clausula est contra juris dispositionem, quo jure, ut suprà dictum est, delictum per gratiam omnino extinguitur absque spe revivi scendi: est igitur strictissimè intelligenda ex vulgata juris regula, quod dispositio contraria juri communi quantum fieri potest restringenda est. Diversa ratio est in guidatico, quod ut per novum delictum amittatur, ipsa juris dispositio inducit; unde dispositio juri communi conformis non est restringenda, sicut dispositio, quæ juri communi adversatur, ad tradita per *Dominum Regentem Merlinum d. tom.* 1. *cap.* 40. *nu.* 17. cum aliis per eum relatis: & non obstat *Cabal. auctoritas*, nam ut videre est, nihil allegat, nec fieri potest fundamentum in eo, quod non fuit discussum, *Franc. decis.* 367. *num.* 14.

6 Supradicta locum habent in guidatico ad certum tempus, non autem in guidatico, ut ajunt, ad discussionem indultus, quod solet concedi delinquentibus, qui fecerunt aliquod notabile servitium Regiæ Cur. & propterea prætendunt indultum, & licet bonam habeant causam, tamen quia Fiscus aliqua opponit adversus hanc delinquentium prætensionem, solet hæc provisio accipi, ut reus manuteneatur in guidatico, donec hinc inde discussis tàm fisci, quàm delinquentium juribus plenè super indultus admissione, vel exclusione pronuncietur, *Dominus Reg. Merlinus controv. forens. tom.* 1. *c.* 54. *num.* 12. *& seq.* & ideo hujus guidatici resolutio non pendet ex novo delicto, sed ex discussione an delinquens adimpleverit nec ne requisita ad consequendum indultum, *idem Dominus Reg. Merlinus eod. num.* 12. & sapit speciem indultus, nam constituit delinquentem in quasi possessione indultus, & ideo non potest expediri nisi ab habentibus facultatem concedendi indultum, *D. Capibl. tom.* 2. *de Baronib. cap.* 31. *num.* 18. & licet in guidatico ad certum tempus multæ soleant apponi clausulæ, & conditiones, guidaticum ad discussionem indultus expeditur liberè, & absque conditionibus, idem *Capiblanc. d. cap.* 31. *num.* 38. ubi quod solus accessus Neapol. excipi solet.

Ex quo infero, quod licet guidatus novum delictum committens ipso jure guidatici beneficium amittat, ità ut si sit forjudicatus non obstante guidatico statim post delictum occidi possit, *Afflict. in Constit. Regni pœnam eorum num.* 60. *vers. decimo, & ultimo quæro, & sequent.* ubi ponit casum de quodam forjudicato, qui occidit inimicum suum durante securitate, & postea durante tempore securitatis fuit occisus à consanguineo ejus, quem interfecerat forjudicatus, & resolvit occisorem forjudicati, licet guidati, nullam pœnam mereri, quia eo ipso quod delinquerat occidendo inimicum suum amiserat beneficium securitatis, *Paschal. de viribus patr. potest. part.* 4. *cap.* 3. *num.* 16. tamen aliud dicendum esset si quis occideret forjudicatum guidatum, ad discussionem indultus ex supradictis rationibus, & ità practicavi cum essem Auditor Salerni, nam citandum censui sub die 4. Maji 1645. ad informandum, & ad capitula cum abbreviatione quemdam Jesunensem ex eo quod ictu scoppitti occiderat quemdam guidatum, ad discussionem indultus, licet prædictus guidatus ad discussionem indultus pendente dicto guidatico, & ipse prius homicidium commisisset: & confert quia licet pendeat adhuc discussio indultus, non tamen quis per novum delictum indultum, si illum meretur, amittit *Franc. allegat. decis.* 433. *Paschal. de viribus pat. potest. alleg. part.* 4. *cap.* 13. *num.* 19.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *SAlvus conductus bandito concessus amittitur, & contra eum potest exequi sententia forjudicationis, si de novo delinquat, sed an debeat plenè constare de novo delicto, vel sufficiant indicia ad torturam? & num.* 3. & 4.

2 *Delictum novitor commissum ad exclusionem gratiæ, an plenè probandum veniat?*

Delictum, quo Reus ad alium Judicem est remittendus; vel Ecclesiastica Immunitate privandus plenè, & certè probari debet.

3 *Plena probatio delicti requiritur in quolibet judicio cum agitur de præjudicio irreparabili inferendo, & num.* 4.

4 *In delictis omnibus in quibus agitur ad privationem est necessaria concludens probatio.*

5 *Semiplena probatio sufficit, quando tractatur solum de*

lum de removenda sententia ad finem, ut deinde de meritis disputetur, & generaliter in Judicio Summario, cum possit præjudicium in ordinario judicio reparari.

6 *Guidaticum an Reus amittat, si de delicto noviter commisso urgeant indicia indubitata? 7.8.9.*

7 *Reus ex indiciis indubitatis, an ad pœnam ordinariam, vel corporalem possit damnari?* num.8. & seqq.

12 *Carceratus pro uno delicto, an possit arrestari pro antiquo, & puniri?*

Extractus ab Ecclesia pro uno delicto qualificato, potest etiam pro aliis condemnari.

12 *Gratia in quo differat à Guidatico.*

RESOLUTIO IX.

RAnditus, & forjudicatus si obtento guidatico iterum delinquat puniri poterit etiam pro delicto, & bando, pro quo fuit assecuratus, si delictum de novo commissum non sit leve, & indicia ad torturam concurrant pro delicto noviter commisso hoc dicit Author in ista resolutione defendens resolutionem M.C.V. de qua miratur *Sanfelic. decis.*48. *num.*4.& 9.

1 Sanè articulus est valdè præjudicialis cum sæpè contingat disputari in causis banditorum, qui excluſi ab exceptione salviconductus, aliud non sperant remedium adversus sententiæ exequutionem, & præciso articulo gratiæ conditionalis, seù modalis, quæ in illa causa relata per *Sanfel.* contingit disputari, de qua videri potest *Rovit. pragmat.*1.*de guidaticis*, & per *Capyc. Latr. decis.*105. *n.*51. *Rota decis* 645.*n.*2 *par.*2 *recent. Caval.decis.*255.*à n.*4.& *Peregr.de jur.Fisc.lib.*5. *tit.*2.*n.*86. Difficultas articuli tota restringitur respectù probationum, an scilicèt delictum novum, cujus prætextu privari intenditur Reus salvoconductu, seù guidatico, probandum sit plenè, & concludenter, an potius sufficiant indicia ad torturam, ut judicavit M.C. & tenet Author in præsenti resolutione eam aliis mediis confirmans.

Sanfelic. dicit eam admirandam, & successivè non justam fretus auctoritate *Deciani tract. crim. lib.*3. *cap.*35.*num.*84. *vers.hic verò*, loquens in puncto de gratia Reo facta, dummodò aliud delictum non perpatraverit de novo, & inquit plenam requiri probationem, si novum delictum contra eum prætendatur commissum ad excluſionem gratiæ: affert etiam *Cabal. cas.*118. *num.* 10. *versic. nec alias*, ubi quod in eo dubio non fuit capta resolutio, ex quo delictum non erat sufficienter probatum, adducit ultra *Gam.decis.*170 *num.*2. & *Ambros. de Immunitat.Eccles.cap.*11. *nu.*4. qui etiam requirunt plenam probationem pro remissione rei ad alium Judicem, vel privatione Immunitatis Ecclesiasticæ, concludens ex istis DD. jurisdictionem, vel potestatem non tribui Judici procedendi contra assecuratum de delictis antiquis, nisi plenè constet de delicto noviter commisso.

Et faciunt pro ista opinione omnes alii DD. qui sequuntur *Gamm.*, & *Ambros.* quos reperies penès *Giurb.conf.*50. *num.*6. *vers.prima fuit*, & *Sperell. decision.*101.*num.*28. *Merlin. Pignat. cent.*1.*cap.*51. *num.*2.*cap.*40.*num.*8. & *cap.*64.*n.*10.11.& 12.

Quod autem sufficiant indicia ad torturam juxtà opinionem *Capiblanc.* adducitur idem *Gam. decis.*179. *num.*2. *Giurb. conf.*50. *num.*9. & 10. & *consil.*100. *num.* 28., & *alii DD. relati per Sperell. cit. decis.* 101.*num.*13.14.15.& 16. *Marin.var.lib.*1.*cap.*176. *num.*4. & *allegat.*79. *num.*7. *Merlin.Pignat.cent.*1. *cap.*51.*num.*3.*cap.*40.*num.*8. & *cap.*64. *nu.*10.11., & 12. & *ipsemet Sanfel.dec.*137.*n.*2. & 3.

Recensitis fundamentis utriusque opinionis, admi-
3 randa videtur opinio *Capiblanc.* & resolutio Magnæ Curiæ Vicariæ, si ex indiciis ad torturam sufficientibus se movit ad excludendum Reum securitate, quam obtinuerat de delictis præteritis, cùm de pœna agatur, quæ est ultimi supplicii, nec possit de jure Reo imponi sub prætextu novi delicti commissi, nisi delictum liquido probaretur ex *lege sciant cuncti, C.de probat.* talis est pœna quam incurrit assecuratus noviter delinquendo, ideo de novo isto delicto convinci debet, *Specul.in tit. de officio omnium Judicium §.fin.nu.*18. ubi quod si agatur de præjudicio irreparabili inferendo, probatio debet esse plena, sive in judicio summario agatur, sive ordinario, sive extraordinario, *Bald.in l. Judices num.*2. *C.de judic. Farin.conf.*168.*nu.*13. *juncto num.*8. *Gam. cit.decis.*279. *num.*2. & *decis.*363. *num.*4. *Ciarlin.contr.forens.cap.*10.*num.*73.*Sperell. dec.*101. *nu.*21.34.36.57. & *seq. Marin. lib.*1. *c.*51. *num.*8.& *cap.*232.*num.*6.7.8.& 9.*lib.*2. ubi in specie quod non sufficiunt indicia ad torturam mirificè comprobat *Giovagn. resp.*69. *num.*21.& 22. ubi quod si agatur de restitutione petita per minorem ad finem removendi obstaculum, ut audiri possit super meritis, & non requiritur plena probatio læsionis ex dolo partis, vel negligentiæ suorum, quia plenariè de ea potest agi in alio judicio, sed ubi agitur de pleno præjudicio, quando scilicet principaliter agitur de meritis ad subvertendam sententiam, vel ad excludendum contractum, tunc plena requiritur probatio, & plena causæ cognitio, hoc ipsum confirmat *Merlin.Pignat.cit.cap.*40.*n.*9. 10. 11. & *seq.* ubi differentiam apertam constituit in judicio repositionis ad Ecclesiam, vel remissionis ad Judicem Ecclesiasticum illius Clerici, qui inquisitus reperitur de crimine assassinii, & repositionis in priſtinam libertatem, quam opponit banditus per exceptionem guidatici concludentis in isto secundo casu, ubi de pleno Rei præjudicio agitur, cum nihil aliud remaneat agendum, nisi sententiam forjudicationis exequi excluso reo ab exceptione proposita, plenam cognitionem præcedere debere circa exceptionem propositam, & ab ea assecuratum excludi non posse, nisi supposito delicto.

Id idem confirmant plures decisiones Sacræ Rotæ,
quæ volunt delictum alicui objectum, plenè, &
4 concludenter esse probandum, etiamsi civiliter agatur, dummodo ad finem inducendi ex eo privationem alicujus beneficii, vel alterius juris jam acquisiti, ut videre est *in illa Firmana Cappellaniæ 7.Maji* 1582. *coram san. mem. Clemente VIII. tunc Sacræ Rotæ Auditore vers. effectuatio non obstat*; *in alia Tullen.Parrochialis* 28.*Maji* 1593.*coram Serafino*, *in Calaguritana confidentiæ* 25.*Junii* 1593. *coram san. mem. Panfilio*, & *in Tullen. Monasterii Sancti Mansueti* 27.*Jan.* 1597. *coram Penia inter suas decisiones tom.*1.*in ordine* 454.*num.*4. id idem firmat *Cartar.decis.*91.*num.*62. *per tot.* Si igitur ex probatione hujus novi delicti Reus privandus est gratia, & guidatico obtento, & puniri debet ex delictis antiquis, pro quibus fuit assecuratus, dummodo de novo non delinquat, ut *in pragmat.* 1. *de guidat.* concludunt DD. Neapolitani, quicquid dicendum sit de jure *ex traditis per Farin. quæst.* 29. *num.* 61., & *Caball. cas.* 118. *per totum*, & latius fuit dictum per nos suprà *resol.* 1. *num.* 1. oportet

plenè

plenè delictum novum probari, ut Reus primis præjudiciis remaneat ſubjectus, & privetur ſalvo conductu, ut in terminis voluerunt *Decian.& Caball. relati per Sanfelic.*, & concludunt *Gamm. deciſ.279. Marin. Sperel. Farin. Giovagn.*, & alii ſuprà allegati concludentes, quod ubi agitur de pleno Rei præjudicio, in alio judicio, non reparabili, plena cauſæ cognitio requiritur, & plena probatio delicti imputati, & confirmant *Cartar.* & Rotæ deciſiones ſuprà allegatæ.

Nec videntur conſtare oppoſita ex *Capiblanc. de Baronibus pragm.6.cap.31.num.32.*,& aliis DD.pro con-
5 traria opinione allegatis,quia reſponſio patet ex eodem *Sperell. deciſ.*101. *num.* 57. 58. & 59. *Merlin. cap.40.num.*13.14.& 15. & *Giovagn. reſp.*69.*nu.*21. & 22.*lib.*1. ut ſcilicet ea procedant ubi non agitur de pleno Rei præjudicio, ſed de tali, quod in alio judicio poteſt reparari, ut explicant *Gam. Merlin. Giurb.Giovagn. & Sperell.locis ſup.alleg.*

Exiſtimo tamen hanc plenam, & concludentem probationem deſumi, & deduci poſſe etiam ex indiciis verè indubitatis, quia ex eis Reus de delicto etiam dicitur legitimè convictus ex *l. fin. C.de probat.* ibi: *vel indiciis ad probandum indubitatis, &c. cap. pro humani de homicid.l.2. C.de appell.* ibi: *argumentis convictus Gram. conſ.2. poſt.dec. num.* 21. & *vot.*11. *num.*20. *Farin.qu.*86.*num.*55. 111. & 114. *Merlin. Pignat.cent.*1.*cap.*64.*num.*16. *Sperel. dec.*101. *n.*40. *Giurb.conſ.*41.*num.*25. & *conſ.*50. *num.*10. *Crivell. deciſ.dolan.*93. *num.*3. *Intrigliol. deciſ.*40. *num.* 41. cum aliis coacervatis per eundem *Farin.q.*86.*n.*55. & 56.

Nec facit objectio, quod plures DD. velint ex indiciis indubitatis Reum in pœnam ordinariam condemnari non poſſe immò nec in aliquam corporalem, ut videre eſt eundem *Farin.cit.qu.*86.*n.*113. & *ſeq.* de qua dubietate videndus eſt *Gam. citat.deciſ.*179.*num.*2.& 3.& 381. *num.* 1 *Caball.caſ.*288. *num.*15. *Vincent.de Franch.deciſ.*372.*in fin.* & 538. *poſt.num.*15. *Surd. conſ.*132. *num.*14. *Merl. Pignat. cent.*1.*cap.*19. *per tot. nu.*6. ubi etiam, Reus in tortura negans fuit per quinquennium condemnatus ad remigandum, *Sanfel.deciſ.*47.*num.*4. *Crivel.deciſ.*93. *Theſaur.deciſ.*13.*limit.*2.& *Rovit.dec.*63.*per tot.* Idque dubitare fecit Senatum Luſitanum, ut refert *Gam.cit.deciſ.*281. *n.*1. ibi: *eamque per quam delictum ità probatum ſit, ut reus pœna ordinaria delicti mulctetur.*

Quia reſpectu articuli reſtitutionis in priſtinam libertatem, vel etiam repoſitionis ad Eccleſiam (ſuper quo tamen remitto me ad mentem, & reſolutionem S. Congr. Immunit. cujus eſt Conſtit.Bullarem ſan. mem. Gregor. XIV. declarare, præſertim ex illa dictione veræ inibi appoſita) Non eſt inſpicienda talis diſtinctio; vel DD. controverſa opinio, cum non ea diſcuſſione, ſeù immediata probatione Reus condemnari debeat ad mortem, vel ad aliam pœnam extraordinariam, ſed reſolvi articulus, an gaudere, vel non gaudere debeat guidatici exceptione, & ſic an delictum noviter imputatum commiſerit ad hunc finem, quod videtur affirmandum ex *DD. allegatis ſub §. exiſtimo*, dum ex indiciis indubitatis adhuc Reus de jure dicetur convictus, ut poſſit condemnari ad pœnam quamcumque extraordinariam, ultrà mortem, quod in praxi receptum fuit, non quia indicia indubitata Reum de delicto imputato non convincant; id enim clarè diſponitur in *d. l. ſciant cuncti, C. de probat. & l.2. C.de appellat.* ſed quia certitudo haberi non poteſt, & vera regula talium indiciorum, ut advertit *Rovit. cit. deciſion.*63.*num.*7.

8 Idque ſecurius ubi de qualitate delicti probanda ageretur, ut advertit *Gam.citata deciſ.*179.& 381. *Merlin.cap.*40. *num.*16. *verſ. conſideranda*, vel de delicto occulto, cujus veræ, & naturales probationes ſunt indicia, quia coram teſtibus non ſolet committi, juxtà diſtinctionem *Rovit.cit. deciſ.*63. *num.*9. *Barb.in l.*1. *in princ.num.*89. *ff. ſolut.matr.* & *tradita per Far. q.*88. *num.*29. ut indiciis indubitatis ad ordinariam pœnam mortis condemnatum comperimus inquiſitum de vitio nefario per Mag.Cur.Vic. penes *Sanfelic. deciſ.*47. *in addit.* attenta diſpoſitione illius Regiæ Pragmaticæ.

Quando enim Reus de delicto qualificato imputatur, & gravatus reperitur indiciis indubitatis, ſeù ur-
9 gentiſſimis, licet arbitretur fiſcus magis Reipublicæ ſatisfacere, ſi tormentis ipſum ſubjiciat cum ſpe habendi confeſſionem, eumque puniendi pœna mortis ſimplici, vel qualificata ad terrorem aliorum, quam pœna extraordinaria illum punire: attamen non ex hoc dici poterit Reus non eſſe convictus de illo delicto ad finem gaudendi,vel non gaudendi indultu, ſeù gratia, vel exceptione guidatici, quod ante torturam eſt inſpiciendum, & diſcutiendum ſubſiſtentibus indiciis in ſui virtute, non aliquo modo debilitatis per tormenta ſuperata: idque videtur æquum, juſtum, & rationabile, nam aliàs reus ex novo delicto imputatus, & urgentiſſimis indiciis gravatus, vel exponendus eſſet neceſſariò torturæ, ut poſſit, novum delictum confeſſus, etiam de delictis antiquis puniri, vel extraordinariè condemnari ad triremes perpetuas, vel temporales, juxta illius qualitatem, & urgentiam indiciorum ex *Cabal. Merlin. Sanfel.Clar., & aliis ſupra allegatis*, & ità impunitatem antiqui delicti reportare, pro quo fuiſſet dividendus in fruſta.

10 Juſtius igitur eſt concludendum, ut Reus indiciis urgentiſſimis gravatus, pro delicto novo uti convictus, à guidatici exceptione excludatur, vel alio beneficio, quod ex eodem delicto commiſſo privandus eſſet convictus, licet poſtmodum elegerit Judex eum tormentis ſubjicere, qui eſt caſus à *Gamma* relatus *cit. deciſ.*179. *num.*1. & 2. dum in principio ſupponit Reum urgentiſſimis indiciis gravatum, & poſt torturam, ubi extitit, negativus ad perpetuum exilium condemnatum, & *deciſ.*281. etiam ante *num.*1. cum in arbitrio Judicis ſit repoſitum de jure, num velit reum ità gravatum, tormentis ſubjicere, vel extra ordinem condemnare, *ex Farin.quæſt.*86.*num.*58. & in eiſdem terminis intelligendus eſt *Giurb.citato conſ.*50.*n.*10. ubi requirit indicia indubitata, & poſtmodum coarctat ea ad indicia ad torturam, ut advertit *Sperel.cit.deciſ.*101.*n.*16.*in fin.*

11 Et ità ſubſtineri poſſet reſolutio Mag.Cur. relata per *Sanfelic.* cum admiratione in cauſa Caroli Petræ inquiſiti noviter poſt aſſecurationem de vitio nefando, quia vel urgentiſſima indicia aderant contra eum, ſed non talia, ex quibus poterat ad pœnam ordinariam condemnari, ut in alio caſu relato per eundem *Sanfelic. deciſ.* 47. *in addit.* fuit obſervatum; vel M.C.Vic. nimis excandeſcens de delicto, (ut ſolet accidere in pœnis arbitrariis teſte *Decian.tract.crim.lib.*2.*cap.*5. *de leg. nu.*10.*t.*1.) & de perſona inquiſiti aliquantulum animosè ad illam reſolutionem devenit juxta illud *Dec. relat. d. num.* 10. *cap.* 5. ubi quod excandeſcentia criminis etiam bonam mentem turbare ſolet *ex Ariſt. lib.* 3. *polit.*

Nec videtur ſubſtinendum,quod Author hic dicit ſub
12 *num.* 4. quod dum poteſt carcerari pro novo delicto, poteſt etiam confirmari, & arreſtari pro an-

Digitized by Google

tiquo assecurato, quia non est novum, ut pro uno delicto puniatur reus, pro alio impediatur puniri, ut observat *Gipt. ad Capyc. Latr. obser. 71. n. 3. & Sanfelic. decis. 55. per totam*, quamvis verum sit, quoad articulum immunitatis, quia si inquisitus de pluribus delictis extrahatur pro uno qualificato ab Ecclesia; & ejus immunitate privetur, condemnari etiam poterit pro aliis, *Font. dec. 582. & 583. per totam, & alii allog. per Authorem sub d. n. 4.*

33 Nec minus differentia subsistere videtur de gratia, & de guidatico, quia illa perpetua, istud ad tempus, cum circa perpetuitatem, & temporalitatem, nulla possit colligi ad hunc effectum differentia, immò paria sint, *ex Giurb. cons. 80. nu. 27.*

SUMMARIUM.

1 *Distinguuntur plures casus an, & quando guidaticum, quod concedi minimè debebat, si concessum sit, reponendus necne sit reus in pristinam libertatem, & declarantur dicta Menoch. & aliorum per totum num. 5.*

6 *Refertur auctoris fere nova distinctio rationibus, & modernis decisionibus fundata, contra aliorum sententiam, & distinctiones supra relatas. Traditur intellectus ad decisionem Afflict. 4. & excepto crimine læsæ Majestatis semper servandum esse guidaticum concessum à publica persona ostenditur, licet non habeat potestatem illud concedendi, nisi lex guidandi potestatem cum clausula annullativa ademerit, & quod credenti etiam privatæ personæ, sit à Judice succurrendum in hac materia affirmatur.*

An trabens arma habita licentia à non habente potestatem sit excusandus.

Regens Antonius Caracciolus laudatur.

7 *Guidaticum subreptitiè, vel obreptitiè impetratum non suffragatur.*

D. Reg. Hector Capyc. Latro laudatur ibidem.

8 *An sit necessaria in guidatico expressio omnium delictorum.*

9 *An guidatici concessio comprehendat omnia delicta etiam occulta.*

Et an minora expressis.

An forjudicatus captus cum guidatico nullo ex defectu potestatis, vel causæ, sit adhuc reponendus in pristinam libertatem, vel potius puniendus?

RESOLUTIO X.

1 EST magna inter Doctores controversia super proposita quæstione, ad quam videtur posse responderi cum hac distinctione, quod aut guidaticum conceditur à persona carente jurisdictione, & guidaticum non est servandum, quia perinde est ac si illud à privata persona concedatur, etiamsi concedens publicum officium gerat, nam sicut absurdum esset Judicem teneri servare guidaticum concessum à privata persona, ita servare non debet concessum ab eo, qui cum careat jurisdictione, quoad hoc privatæ personæ æquiparatur: in his terminis procedere videtur *Afflict. decis. 4.* ubi deciditur guidaticum concessum à Fisci Advocato non esse servandum, sed eo non obstante inquisitum esse puniendum; cujus decisionis ea videtur ratio, quia Fisci Patronus caret jurisdictione, & consequenter guidare non potest, ut notat *Ursillus ad dictam decis. Farin. quæst. 29. nu. 99.* ubi Ursilli advertentiam commendat, & *nu. seqq.* extendit prædictam decisionem ad actuarios, & barricellos forsan guidatica concedentes. Quod si insistat quis, quod unusquisque etiam privatus fidem datam servare debet, *l. conventionum ff. de pactis, & l. 1. ff. de constit. pec. Decius in l. ea est natura num. 8.* & ibidem *Cagnol. num. 20. ff. de reg. jur.* Hoc nihil aliud infert nisi quod idemmet, qui guidaticum, licet sine potestate concesserit, illud servare debeat, non autem ut Judices illud servare teneantur, *idem Farinac. ead. quæst. 29. num. 101.* defectus enim jurisdictionis est omnibus aliis potentior, *Vantius in tit. de nullitat. ex defect. jurisd. ordinariæ num. 1. & 2.*

2 Aut guidaticum fuit concessum ab habente quidem guidandi facultatem, sed in aliis casibus, quam in casu, in quo concessum est; & tunc aut Princeps, vel ejus Locumtenens concessit, & omninò servandum est, quoad hoc scilicet, ut guidatus non sit sub illius clypeo decipiendus, & puniendus; hoc probat *decis. Pegu. 39.* ubi ampliat etiamsi casus esset prohibitus à lege cum clausula annullativa, sequitur *Rovit. pragm. 1. de guidaticis nu. 56. vers. nec huic ultimo.*

Aut vero non est concessum à Principe, vel ejus Locumtenente, sed ab alio Judice inferiore; & tunc aut facultas guidandi est in illo casu expressè adempta Judici guidanti cum clausula annullativa (exemplum poni potest in prohibitione, de qua fit mentio *in prag. 10. de offic. Jud. num. 69. & sequentibus,*) & tunc guidaticum secundum receptiorem opinionem, quicquid alii in contrarium velint, nullo modo servandum est, cum enim nullitatis pœna à lege, cujus ignorantiam allegare minimè licet, expressè sit introducta, si aliud diceretur, lex esset frustratoria, *Menoch. dicto casu 337. num. 7. Farin. dicta quæst. 29. n. 97. Rovit. prag. 1. de guidaticis n. 56. vers. quod multo, & vers. seq.*

4 Aut guidaticum est quidem minus ritè concessum, & in casu non permisso, non tamen adest lex expressè pœnam nullitatis in casu concessionis inducens: & tunc aut guidaticum non est omnino prohibitum, sed tantum est prohibitum ex defectu causæ, quia verbi gratia Judex habet facultatem in illo casu guidaticum concedendi, sed debet id facere ex causa, & guidaticum minus ritè concessum est, ex eo, quia sine legitima causa concessum est, & tunc delinquenti servandum est, quoad hoc ut sub illius clypeo non decipiatur, debetque, si forsan captus fuerit, pristinæ libertati relaxari, cum termino competente ad se in tuto ponendum: & militant omnes aliæ rationes, quæ neminem suadent sub fide publica decipiendum, *Menoch. dicto casu 337. num. 5. & 11. Farinac. quæst. 29. num. 95. & sequ.* ubi hanc opinionem communiorem, & receptiorem testatur: idemque dicendum est ubi guidaticum esset nullum ex defectu solemnitatis, *Vulpell. respons. 19. num. 12. & 13. Farinac. d. qu. 29. num. 96.*

Aut guidaticum est concessum in casu omnino prohibito, in quo scilicet nec cum causa, nec sine causa ob defectum potestatis, in illo casu concedi potest (exemplum poni potest in bannito à Superiore, cui Judex inferior ob reverentiam Superioris nullo modo salvumconductum concedere potest; aut in delinquente inquisito in Regiis Tribunalibus, cui, licet vassallus sit, tamen Baro concedere guidaticum ex eadem ratione non potest) & tunc guidaticum servandum non est, quia in hoc casu deficit etiam potestas seu jurisdictio, *Menoch. dicto casu 337. n. 11.*

Capiblanc.

Digitized by Google

Capiblanc. tom.2.de Baron.cap.32.num.13. quod neceſſariò reſtringendum eſt, ut non habeat locum quoad ipſum concedentem, nam licet iſtud guidaticum non ſit ſervandum à Superiore, vel parem habente auctoritatem, tamen ab ipſo concedente ſervandum eſſe ex ſupradictis deducitur, immo & ab ejus ſucceſſore, *Menoch.dicto caſu 337. num.11.* Et adverto, quod hic caſus differt à caſu relato per *Afflict. in deciſ.4.* nam ibi ſupponitur concedentem guidaticum nullam prorſus habuiſſe facultatem guidaticum concedendi, & in nullo caſu; hic vero ſupponimus concedentem habere poteſtatem in aliis caſibus, ſed deficere in hoc caſu, ex eo quia inferior non debet manum apponere, & diſpenſare circa factum Superioris, *cap. inferior 21.diſtinctione*; & hic eſt ſenſus *Menoch. in allegat. num.11.* loquitur enim etiam in Judice, qui dat ſecuritatem bannito ab alio Judice; & ſic *Menoch.* æquiparat quoad hoc eum, qui nullam habet poteſtatem, & eum, qui habet poteſtatem, ſed non in illo caſu, in quo guidaticum conceſſit, licet *Farinac.* indiſtinctè pro ſua ſententia *Menoch.* adducens, ſi rectè advertatur, guidaticum tunc non eſſe ſervandum opinetur, cum, à nullam habente omnino poteſtatem, nec in caſu in quo conceſſit, nec in aliis caſibus conceſſum eſt; & ſervandum eſſe, quoad hoc, ut quis reponatur in libertatem, etiamſi conceſſum ſit à Judice inferiore illi, qui eſt bannitus à Judice ſuperiore, licèt dari non debeat, & nulliter detur, ut colligitur ex traditis *à num.88. uſque ad num.101. Rovit. tamen in pragm. 1. de guidaticis num.55.* exiſtimat quomodocunque nullum ſit guidaticum, ſive ex defectu poteſtatis, ſive ex defectu ſolemnitatis, ſive ex eo quia eſt conceſſum in caſu prohibito, minimè eſſe ſervandum, niſi ab ipſo concedente, vel inferioribus, niſi à Principe vel ejus Locumtenente concedatur, in quo caſu exiſtimat tantum procedere *deciſ.Pegu.39.*

6 Contra ſupradictam *Rovit.* ſententiam, & contra ſupradicta diſtinctionum capita ſunt aliquę deciſiones moderniores: una eſt, quam refert *Reg. Tappia lib.4. de jure Regni in tit. de moratoria, & ſalvo conductu ad ritum 287. num.9. & in deciſ.Sac.Conſ. 21.* ubi traditur guidatum à quodam Commiſſario Regiæ Audientiæ nullam omnino habente guidandi facultatem, licet plura enormia delicta confeſſus fuiſſet, decretis M.C. & Sac.Conſil.in priſtinam libertatem repoſitum: quæ deciſio eſt omnino contraria ſupradictis, quibus firmatum eſt hoc caſu tantum ab ipſo concedente guidaticum ſervandum eſſe, non à Superioribus Judicibus, vel etiam æqualem auctoritatem habentibus, nam in caſu prædictæ deciſionis non tractatur, an ille guidatus eſſet à Commiſſario Regiæ Audientiæ puniendus, ſed an eſſet ab ipſo Tribunali Regiæ Audientiæ, cui concedens guidaticum erat ſubordinatus, de delictis confeſſatis puniendus. Alia eſt *deciſio*, quam refert *Tho. tom.1.compen. deciſ. in verbo captus*, ſimiliter de quodam guidato capto à quodam commiſſario campaneæ nullam habente poteſtatem guidandi, qui decreto Collateralis Conſilii ad relationem Commiſsarii Generalis fuit in priſtinam libertatem repoſitus, & tamen non agebatur, ut puniri poſſet ab illo commiſſario nullam habente juriſdictionem ſed an puniri poſſet à commiſſario generali: ex quibus deciſionibus patet guidaticum etiam nullum ex defectu omnimodæ poteſtatis eſſe ſervandum quoad hoc, ut licet nulliter guidatus, in priſtinam libertatem reponatur; obſtat etiam alia pulchra *deciſio Reg. Tapp. Sac.Conſ.55.* in qua refertur, quod plus eſt, aſſecurationem amici, & ſic privatæ perſonæ prodeſſe illi, qui fuit ab illo aſſecuratus literis ut veniret, ex quo gratiam delictorum conceſſerat Prorex, & dolo falſi amici fuerat in carcerem conjectus, ita ut deciſum fuerit eum redire debere in cauſam ſuam. Unde in hac materia ita noviter diſtinguerem: Aut guidaticum fuit conceſſum à privata perſona, & tunc non ſolum nulliter datur, ſed nullatenus eſt à Judice ſervandum, abſurdum enim eſſet, ut Judex privatæ perſonæ ſecuritatem ſervare teneretur, quidquid ſit quoad ipſum concedentem, qui fidem ſervare tenetur, & ſibi imputare debet, qui tam fatuus eſt, ut ſecurum ſe exiſtimet, cum privatæ personæ ſalvo conductu, & ità procedant tradita per *Farinac.qu.29. num.101.* licet hoc limitandum exiſtimarem, ubi juſtis ex cauſis privato aſſecuranti credidit, & hoc auctoritate relatæ *deciſ.55. Regentis Tapp.* ubi Sacrum Conſilium pro ſua deciſione ponderavit fuiſſe illum carceratum juſtis ex cauſis motum ad credendum aſſecurationi illius amici: aut guidaticum eſt conceſſum à perſona publica, & tunc aut à Locumtenente Principis, & indiſtinctè ſervandum eſt etiam in caſu prohibito cum clauſula annullativa conceſſum, & ità procedat deciſio ſupra relata *Peguer.39.* aut ab inferiore, quam ſit Locumtenens Principis, & tunc aut eſt conceſſum in caſu prohibito cum clauſula annullativa, & minimè ſervandum eſt, & ità procedat traditio *Menoch.caſu 337. num.7. Rovit.prag.1. de guidat. num.56.* niſi quoad ipſum concedentem, juxtà tradita per *eundem Rovit.prag.1. num.55. & alios ſuprà relatos*: at verò licet caſus ſit prohibitus, non tamen adeſt clauſula annullativa, & tunc guidaticum licet nullum ſit ex defectu poteſtatis, & etiamſi in nullo caſu concedens habeat poteſtatem, tamen ſervandum eſt, & ità procedant relatæ deciſiones, nempè *Regens Tapp. 21. & Tho. in verbo captus*; hoc limitatur in rebelle Regis, & ità procedat *deciſ. Afflict.4.* quæ deciſio ſi rectè advertatur non fundatur in eo, quod Advocatus Fiſci juriſdictionem non habeat, immo in contrarium ponderatur, quod Advocati Fiſcales ſolent amplas à Principe habere commiſſiones; ſed totum fundamentum ſit in eo quod agebatur de rebelle Regis, cui nec ad guerram capitaneus ſecuritatem dare poterat, ſed ſolus Princeps; & ratio vera, & evidens eſt, quia cum per hoc crimen ipſe Princeps offendatur, juſtum non eſt, ut inferior à Principe, diſponat circa offenſam factam ipſi Principi ſecuritatem concedendo ipſum offendenti, *Caball.reſolut.50.num.5.*

Libet hic, cum fecerim mentionem publicæ fidei obſervantiæ, referre, quod cum quidam eſſet captus cum pugione in Urbe Neapolis cum licentia Præfecti belli in Inſula Niſitarum, qui hanc auctoritatem concedendi licentiam non habebat, fuit admiſſus ad tranſactionem in viſitatione, quam in M.C. agebat D.Reg. Antonius Caracciolus, quem inſtar illius celeberrimi Titi Imperatoris poſſum verè delicias hujus Regni appellare ob morum, ac virtutum omnium ſuavitatem in illo nobiliſſimo viro refulgentem, licet enim non eſſet puniendus pœna corporali, ex eo quia dolo carebat, attamen culpa non vacabat, *Bart. in l. juſtè poſſidet num.4. ff.de acqu.poſſ. Bovad. lib.4. cap. 5. num. 44.* ubi de licentia conceſſa à non habente poteſtatem trahendi aliquod vetitum.

7 Supradicta de reponendo reum in priſtinam libertatem limitanda ſunt, ubi guidaticum venit irritandum culpa impetrantis, qui ſubreptitiè, vel obreptitiè illud impetravit, exprimendo aliquid falſum, vel reticendo id quod erat exprimendum,

Digitized by Google

tunc enim nulla habita ratione guidatici, puniendus est captus sub hoc guidatico, non enim potest dici sub fide publica decipi, sed potius ipse tanquam deceptor carere debet impetratis, sibiq; imputare debet, qui non expressit id quod exprimere debebat, vel falsum expressit id quod expressit, ità *Capiblanc. in cap. 31. tom. 2. de Baron. num.* 28. cum multis per eum congestis, & *in decis. 105.* latè *n. 13. & sequent. D. Reg. Hector Capycius Latro*, in quo singularis humanitas tantis natalibus digna doctrina, integritas admiranda mirum in modum refulgent, *Guazzin. defens. 12. cap. 1. num. 58. vers. & caveat Advocatus*, quamvis in praxi non sit necesse,
8 ut exprimat omnia delicta eorumque qualitates, prout dicit *Guazzin. loco relato*, sed satis est, quod pro omnibus delictis guidaticum obtineat, dummodo non commiserit delicta, pro quibus guidatici concessionem lex prohibet, prout in Regno sunt multa delicta, pro quibus hæc legis prohibitio adest, & hæc generalis guidatici concessio comprehendit ne dum delicta, de quibus jam accusatus est, vel vel condemnatus sed forjudicatus, sed etiam delicta occulta, *Bald. Menoch. & alii*, quos refert, & sequitur *Farin. quæst. 29. num. 57.* si tamen quis exprimeret aliqua delicta (id quod non est consulendum) si expressa sunt majora non expressis, guidaticum extenditur etiam ad non expressa, *Boss. in tit. de remediis ex clementia Principis num. 70. Farinac. ead. quæst. 29. n. 57. in princip.*

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *SAlvusconductus quot modis possit impugnari, & quando sustineri? num. 2. usque ad 6.*

2 *Guidaticum subreptitium bandito non prodest.*

3 *Subreptio quando vitiet rescriptum, & Principis gratiam, & num. 4. & 5.*

5 *Delinquens sub guidatico punitur pro delictis etiam assecuratis.*

6 *Guidaticum ob controventionem conditionis in eo appositæ, an reddatur nullum? & an etiam gratia Principis, num. 7.*

7 *Gratia, si est nulla, nec punitur Reus, sed libertati reponitur, delicti pœnis subjectus.*

8 *Guidaticum injustè concessum, an semper sit servandum?*

9 *Narrans in præcibus, se non animo deliberato homicidium commisisse, si ex actis contrarium appareat, poterit torqueri sine præjudicio gratiæ, nisi alio modo patefaceret exposita esse vera.*

Assecuratus pro simplici homicidio securitate non gaudet, si delictum saperet aliam qualitatem graviorem ex indiciis indubitatis.

10 *Gratia facta à Principe alicui cum clausula, dummodo non accedat ad locum Partis offensæ sub pœna reincidentiæ ipso jure extinguitur ob controventionem, secus si non ex ordine ipsius Principis talis clausula apponatur.*

11 *Gratia concessa cum clausula, dummodo non accedat ad locum Partis offensæ sine pœna reincidentiæ, an extinguatur ex contraventione.*

12 *Potest taliter aggratiatus permanere, & conservari in loco delicti, cum Partes offensæ non adsunt, vel earum notitia non habetur.*

13 *Rescriptum gratiæ operatur quoad delicta, pro quibus pars offensa finit concordata, licet alia remaneant sine remissione.*

RESOLUTIO X.

Uidaticum, seù securitas Delinquenti, aut Bandito ad tempus concessa, an ex defectu potestatis, vel jurisdictionis concedentis observanda adhuc sit obtinenti, ut saltem reponendus sit in libertatem primævam, tractat Author in præsenti Resolutione.

Ad quod observandum est, quod ex triplici defectu impugnari solet guidaticum, seu securitas prædi-
1 cta, vel ex defectu potestatis, & ex isto capite impugnatam per Fiscum cum *Afflict. decis. 4. & Rovit. pragmat. 1. de guidat. Decian. cons. 96. num. 1. lib. 3. Menoch. cons. 244. num. 13. cons. 110. num. 197. & de arbitrar. cas. 337. num. 10. & seq. Eugen. consil. 68. num. 31. Farin. quæst. 28. num. 96. & seq. quæst. 104. num. 184. Capiblanc. de Baron. quæst. 31. per totum tom. 2.* defendens eam cum DD. relatis hic per Authorem *num. 2. & 6. Peguer.* scilicet *dec. 39. Farin. quæst. 29. ex num. 2. 95. & 96. Tapp. decis. 55. per tot. & in suo tract. de jur. regn. lib. 4. tit. de moratoria, & salvoconductu num. 5. & decis. Sac. Cons. 21. Thor. comp. decis. tom. 1. verb. captus, Cabal. cas. 50. nu. 5. & seq.* quibus adde *eundem Cabal. cas. 118. num. 12. & 13. Merl. Pignat. cent. 1. cap. 53. & 54. per tot. Giurb. cons. 57. num. 2. & seq. cons. 80. ex num. 10. Guazzin. defen. 12. cap. unic. num. 58. vers. benè verum est, Capyc. latr. decis. 105. ex n. 27. Font. de pact. nupt. claus. 4. glos. 15. num. 154. & seq. & decis. 349. num. 13.*

Vel ex defectu voluntatis, quia forsan expressis deli-
2 cti qualitatibus Princeps salvumconductum non concessisset, & successivè ex capite subreptionis, de quo *Farin. qu. 6. num. 47. citata quæst. 29. nu. 95. & 96. Menoch. cons. 3. num. 3. cons. 53. num. 7. cons. 59. num. 16. cons. 131. nu. 6. & cons. 201. num. 2. 9. 10. 16. & seq. Marin. lib. 1. cap. 159. num. 1.* ubi de gratia obtenta pro secundo delicto, nulla facta mentione de primo, *Gratian. discept. 283. n. 16. Cavalc. de brach. reg. par. 2. num. 31. Federic. post cons. Farin. lib. 2. resolut. 52. per totam, Bajard. ad Clar. §. fin. qu. 32. n. 37. & qu. 59. num. 86. Valens. cons. 58. num. 27. Guazzin. defens. 12. cap. 1. num. 58. vers. & caveat, Maresc. lib. 2. resolut. 99. num. 1. Anna consil. 38. num. 39. & sequen. Capyc. Latr. citata decis. 105. num. 12. & seq. Giurb. cons. 22. num. 15. & 57. num. 11. cons. 80. nu. 8. Sanfelic. dec. 26. n. 10.*

3 Sed Reum defendes cum *Moed. decis. 7. de rescript.* ubi quod non omne tacitum, quod Principem forsan reddidisset difficiliorem ad gratiam concedendam, vitiat gratiam, sed id tantum quod de jure erat exprimendum cum *Felin. in cap. super litteris de rescriptis Verall. decis. 46. seu 14. part. 2. Cassad. dec. 12. num. 5. de præbend. Bellam. decision. 298. per totam, Bajard. qu. 59. num. 74. de Pont. cons. 2. nu. 38. Giurb. cons. 57. num. 22. cons. 80. nu. 12.* ubi quod servanda est, sive ex defectu delicti non fuisset concedenda, sive quia persona concedere non poterat, sive respectu solemnitatis quæ non intervenerat; & *num. 16. 21. & 22. Capyc. Latr. decis. 105. num. 58. & 59. Anna cons. 114. num. 4. Macerat. lib. 1. resolut. 8. num. 17. Ludovis. decis. 108. num. 6. Grat. discept. 535. num. 26. Menoch. cit. cas. 201. num. 26. Merlin. Pignat. cent. 1. cap. 54. nu. 8. & cent. 2. cap. 87. ex n. 1. Marin. cit. cap. 149. num. 5.* ubi quod tunc gratia de secundo delicto corruit, nulla facta mentione de primo, quando primum delictum est generis, alias secus.

4 Et de subreptione dari non potest, quando Princeps tacitam illam qualitatem sciret alias, *Verall. decis. 221.*

Digitized by Google

decis.221.par.3. ubi fuerat hoc probatum per teſtes, vel ſi ad relationem proceſſerit gratia, quia tunc nec ſubreptitia ſupponi poteſt, *Thor.in addit.ad Jo: Grand.de bell.exul. de prædicam. quantit. quæſit.3. ſub num.13. Giurb.conſil.57. num.23. Far. conſ.92. num. 2.*

5 Vel impugnatur ex eo, quod poſtmodum Reus deliquerit, nec ideo dignus ſit amplius gratia, vel ſecuritate conceſſa, & de iſta materia plenè fuit tractatum in reſolutione præcedenti ad eam recurras, & *ad reſol.1. ſub nu.21.cum ſeqq.* quibus adde *Sanfelic.deciſ.49.num.6. & Paſcal. de pat.pot.par.4.c.3. num.18. & ſeq.* ubi quid de jure communi, & quid de jure particulari ex Regia Pragmatica Regni.

6 Vel ſaltem quod ſecuritati, ſeu gratiæ, ejuſque conditioni appoſitæ controvenerit, de qua vide *Rov.dec.4.per tot. Sanf. deciſ.50. per totam deciſ.51. pariter per totam, & deciſ.49.num.4.Giurb.conſ.81. per tot. Thor.compend.deciſ.in ſupplemento verb.gnidaticum fol.249. &* 250. ubi de conditione ſuſpenſiva, vel reſolutiva appoſita in gratia *Paſcal. citat. par.4.cap.2.ex num.21. Marin.lib.1.cap.116.per tot. Rot.deciſ.465.p.2.recent. & Cavalcan. deciſ.255. ex num.4.*

7 Et obſerva, quod gratia, ſeù ſecuritas poteſt eſſe valida, & tunc obſervari debet generaliter, poteſt etiam eſſe invalida, ac ex defectu poteſtatis, vel ſolemnitatis, vel qualitatis delicti, quod aſſecurari non poterat, & tunc licèt obſervari non debeat, defendit tamen aſſecuratum, ne pro delictis aſſecuratis puniatur, ſed ut propter fidem publicam reponatur in libertatem ſubjectus eiſdem præjudiciis, ut per *Giurb.cit.conſ.22. num.14.conſ.57. num.2. &* 3. *conſ.80. num.10.11.12.14. & ſequ. & num.16. Guaz.def.nſ.12.cap.unico n.58.verſ.benè verum eſt Merlin.cit.cap.53.n.10. &* 11.

8 Obſerva etiam *opin. Farinac.quæſt.103.num.484.* rejectam per *Bajard.§.homicidium num.126. & Bajardi* ſententiam receptam per *Giurb. cit. conſil.57. num.5. Merl.cit.cap.53.nu* 12. & 13. & opinionem *Roviti pragm.1. de guidaticis* impugnatam, vel declaratam per eundem *Giurb.conſ.80. nu.10. & ſeq. & Merlin.cap.53.n.14.*

9 Obſerva pariter quod ſi fiat Reo gratia de homicidio rixoſo, quia taliter ipſe expoſuerit Principi homicidium fuiſſe commiſſum, & ex proceſſu de homicidio formato inſurgant indicia præmeditationis, & appenſamenti, gratiatus, vel ex probationibus elidet indicia, vel torqueri poterit ſuper eadem qualitate præmeditationis, abſque gratiæ offenſione, *Bajard. quæſt.59. num.29.* at ſi indicia eſſent indubitata pro qualitate, quæ transformaret delictum in alteram ſpeciem aſſaſſinii, ſcilicet in caſu relato per *Giurb. conſ. 22. num.15. Merlin. cent.1.cap.54. num.16.* vel latrocinii, ut in *caſ.* relat. per *Federic.reſolut.52. num.1. &* 5. aſſecuratus pro ſimplici homicidio, ſecuritate non gauderet, *Merlin.cit. cap.54. num. 16. & ſequent. Federic. & Giurb. locis jam alleg.* & faciunt plenè deducta *in Reſolutione præcedenti.*

Obſerva demùm quod ſi fiat gratia, vel remiſſio ali-
10 cui bandito, vel delinquenti cum clauſula, dummodò non accedat ad locum, ubi degunt partes offenſæ, ſub pœna reincidentiæ ipſo jure, obſerva inquam, quod iſta conditio appoſita ordine Principis, qui fecit gratiam, reddit gratiam ipſam limitatam, & per controventionem gratia amittitur, ſecus ſi non ex ordine ipſius Principis, *Rovit.prag. ſeu deciſ.4. num.38.* & ratio eſt, quia Miniſtri, & Officiales Principis non poſſunt gratiam Principis alterare, vel limitare, *Cavalc. deciſ. 255. num.9.* ſed ſi non apponatur illa pœna ordine Principis,
11 ſed ſimplex clauſula, dummodo non accedat, &c. tunc maxima eſt difficultas, an gratia ſit modalis, vel conditionalis; & per controventionem reſolvatur, ut videre eſt *Rovit.citata deciſ.4.per totam, & Giurb.conſ.81.per totum, & Rota Romana dec.465. num.3.par.2. recent.* ubi quod datur actio ad adimplendum modum. In caſu bandimenti, ſeu taleæ promulgatæ ordine Sacræ Conſultæ, quâ Reis remiſſis per præſentationem, ordinatur injungi exilium à loco, ubi degunt Partes offenſæ, dicendum eſt abſque dubio clauſulam illam, ſeu conditionem non vitiare gratiam in caſu contraventionis; quia procedit ordinatio prædicta ad formam Conſtitutionis ſan. mem. Pii IV. 80. *in ordine*, & Pii V. *in ordine* 40. *Bullar.vet. fol.*992. & pro illius exequutione, quia diſponitur ſimpliciter Reos ità remiſſos exulare debere à loco, ubi degunt partes offenſæ, nulla pœna oppoſita in caſu controventionis, adeout pœna illa comminetur in exequutione potius ad terrorem, quam ut exequi debeat ad tradita per *Gram. deciſ.36. ſub num.1. Maſcard. de probat.lib.1.concl.162.num.63. Guazz. defenſ.29. cap.2.num.23. verſ. Necnon deducat Bim. conſ.143. num.15.Roland.conſ.47.nu.60. lib.2. Giurb.conſ.83. num.10. & obſerv. deciſ.45. num.20.* & in omni caſu ſive legitimè apponatur, ſive ad terrorem citra Principis voluntatem, erit ſemper neceſſaria declaratio, quamvis dicatur ipſo jure, abſque alia declaratione *Joan. Salas de legibus q. 96. tract. 14. diſput.15. ſect.2.poſt nu.31. &* 33. *verſ. non ergo*, paſſim *Thom.Sanch. in præcept. Decalog. lib.2. cap.22. num.19. &* 20. *Farinac. in fragm. par.2. verb. lex num.164.Peguer.dec.90.2erſ.ſed his non obſtantibus, Giurb.conſ.55.n.46. Sanf. dec.242.n.8.*

Et tandem recorderis, quod ſi Partes offenſæ non ad-
12 ſint, vel notitia eorum non habeatur, non debet Reus perpetuò exulare, ſed immò non impedietur permanere, & converſari etiam in loco delicti, & in ſua Patria, quia Bullaris diſpoſitio *Pii IV. & V.* relata ſuperiùs, non dicit Reum remiſſum exulare debere à loco delicti, ſcd à loco, ubi degunt Partes offenſæ, & ità etiam obſervatur in Regno Neapolis, ut per *Rovit.prag.1.de guidat.num 8.Sanfel. deciſ.41.num.38. verſ.ad ultimum, & dec.50. n.22.* & ità fuit declaratum per Sacram Conſultam in cauſa Jo: Baptiſtæ Cagnoli de anno 1662. reformata priori reſolutione, in qua fuerat ordinatum, ut exulare deberet à loco delicti; & ita fuit facta expeditio, ac remiſſio per acta Charitatis, quod nota. Et ubi gratia à Principe ità fuiſſet obtenta, & neſciretur locus, & etiam perſona offenſa, quid poſſit tunc à Principe intercedi, vide *Sanf.dec.53. num.18.*

13 Et ſi concedatur, ſeu publicetur indultum pro omnibus delictis, pro quibus adeſt Pax, & remiſſio Partis offenſæ, an Reus habens pacem pro aliquibus delictis, pro aliis vero pacem habere non valens, gaudeat gratia pro iis, pro quibus pacem obtinuit? pro affirmativa deciſum refert *Sanf.dec.55. n.18.* quod etiam eſt valdè notandum.

SUMMARIUM.

1 *SI conſtructo proceſſu producantur ſcripturæ publicæ excludentes delictum, & reus in fortiis non eſt, adhuc procedendum eſt ad citationem.*

2 *Contrarium de jure verius oſtenditur, idque quomodo procedat enucleatur.*

3 *Reſpondetur ad contraria.*

4 *Declaratur Ritus* 269. *excludens ex parte citati omnes*

ti omnes exceptiones præter tres.

5 *Refertur proviſio Mag. Cur.*

An, & quando reus non in fortiis exiſtens, poſſit audiri ad impediendam citationem. Ponderavi infraſcripta uti Advocatus, & refertur deciſio M. Cur.

RESOLUTIO XI.

IN proceſſu facto de pluribus prætenſis delictis contra Illuſtrem Dominum Marchionem Murconi inſtantibus ejus vaſſallis fuerunt de ordine Collater. Conſil. receptæ plurimæ publicæ, & authenticæ ſcripturæ, licet cum clauſula, quod ponantur extra proceſſum, ex quibus clarè liquet de innocentia dicti Domini Illuſtris Marchionis, & calumnia cum reveren. Vaſſallorum; quo ſtante dictus Dominus Marchio prætendit non poſſe per M. Cur. contra ipſum ad citationem procedi, ſed eſſe ipſius Advocatos allegantes (ad Dominorum Judicum inſtructionem) ejus innocentiam clarè fundatam in dictis ſcripturis, audiendos, non obſtante quod ſit abſens; quæritur an ſit audiendus.

1 Prima facie videtur reſpondendum ipſum non eſſe audiendum, ſed contra ipſum eſſe procedendum ad citationem, nec habendam eſſe rationem prædictarum ſcripturarum niſi ipſo perſonaliter comparente, idque *ex text. in l. penult. §. ad crimen, ff. de publ. judic.* ubi in delictis publici judicii, quemadmodum pleraque ſunt ex his, de quibus Marchio inquiritur, docet Juriſconſultus poſſe quem admitti ad allegandum cauſas abſentiæ, ſed minimè admittendum ad allegandam abſentis defenſionem ſeù innocentiam, & concordant notata per *Vivian. in figuratione caſus l. reos C. de accuſat.* Ratio in qua fundatur hæc juris concluſio duplex eſt, una ne reddatur judicium eluſorium, ſi reus, qui forſan pœnam corporalem ſubiturus eſt, non habeatur; altera quia expedit reum perſonaliter comparere, ut animadvertat Judex, qua trepidatione, qua voce, qua conſtantia loquatur, ad arguendam vel excludendam ex his delicti præſumptionem, *Antonius Roſſellus inter conſ. criminal. Cæpoll. conſ. 46. in princ. Claud. ad Bertazzol. patrem conſ. 46. in verſ. placet*; & ſaltem eſſe Judici arbitrium ut poſſit, ſi velit cogere reum, ut perſonaliter compareat ad reſpondendum inquiſitioni docent *Bart. in l. ſervum quoque §. publicè num. 6. ff. de procurat. Jo: Baptiſta Roſell. inter eadem conſil. crimin. Cæpoll. conſil. 52. num. 4.*

Secundò videtur id expreſsè lege hujus Regni municipali ſancitum, nempe *Ritu* 269. quo tres tantum exceptiones ex parte citati, vel citandi ſcilicet abſentiæ, infirmitatis, aut captivitatis allegari permittuntur, *Carav. ritu n. 8.*

2 Contrarium tamen verius cenſendum eſt; moveor quia quemadmodum delicta puniri rei publicæ intereſt, ita etiam rei publicæ magis expedit innocentem, licet abſentem ſublevari, & à quocumque defendi, ne innocentia indefenſa periclitetur: luculenter hoc probat *text. in l. ſervum quoque, §. publicè ff. de procuratoribus*, ibi: *ubicumque ita abſens quis damnari poteſt*, ibi: *quemvis verba pro eo facientem, & innocentiam excuſantem audiri æquum eſt*: hinc communi ferè conſenſu, in quacumque cauſa, in qua contra abſentem procedi poteſt, tradiderunt Doctores poſſe Judicem ex officio, etiam nemine petente, veritatem, & conſequenter abſentis innocentiam perquirere, & multò magis aliquo hoc poſtulante, quia quod licet ex officio, multo magis alio petente fieri juſtum eſt, *Bart. in d. §. publicè num. 3. & ſequent. Angel. in l. planè ff. de pet. hered. Jaſon. in l. ubi pactum num. 13. C. de tranſact. & l. 1. num. 9. quæſt. ff. de juriſdict. omn. Jud. Marſil. in §. ſequitur nu. 43. Grammat. poſt deciſiones conſ. 1. num. 24. Cyrill. in ſua prax. criminal. §. unico de procurat. num. 2. part. 1. Bertazzol. conſ. 137. num. 6. conſ. 303. num. 6. & ſequent. & inter conſ. Cæpoll. crim. Antonius Roſell. d. conſ. 26. num. 8. & alii inſignes Doctores conſ. 47. nu. 10. conſ. 49. n. 8. conſ. 50. num. 3. conſ. 40. n. 9. & 10.*

3 Nec obſtant in contrarium allegata, & 1. non obſtat *tex. in d. l. penult. §. ad crimen*, & quæ ad illius exornationem tradita ſunt, quia omiſſis aliis ſolutionibus, de quibus *Bart. in d. §. publicè num. 1.* & inter dicta *Cæpoll. conſil. Modeſt. Polent. conſ. 47.* vera, communis, & ad noſtrum caſum accommodata ſolutio eſt, quod aut quis vult ad defenſionem innocentiæ abſentis audiri uti procurator, & ſuſcipere telam judicii, & poſſunt procedere in contrarium allegata, aut quis ad ulterius innocentiam allegandam petit admitti non uti procurator, ſed uti ſimplex inſtructor, & Judicis informator de inquiſiti innocentia, ad hoc ut Judex ex illa inſtructione veritatem circa delictum, aut innocentiam aſſequatur; quemadmodum eſt in caſu noſtro, & hoc jura non prohibent, immò præcipiunt, ut Judex modis omnibus hanc veritatem ſcrutetur; & hanc diſtinctionem habemus ex ſupracitatis Doctoribus, nempe *Bart. Angel. Jaſon. Gram. Marſil. Bertazzol.* & clariſſimè omnium tradiderunt ſupra relati inter *Cæpol.* conſulentes ſupracitatis locis, & *idem Cæpol. conſ. crimin. 72. n. 11. verſ. 3. principaliter Gram. conſ. civil. 37. num. 11. & ſequent.*

Et licet non negem (quod negare poſſem auctoritate *Gram.* & aliorum per eum relatorum *conſ. civil. 37. num. 9.*) arbitrarium Judici eſſe compellere reum ad perſonaliter ſe in indicio exibendum, non tamen debet propter hoc rejicere inſtructionem innocentiæ, ſed utique admittenda eſt, ita ut ex qualitate defenſionum ad inſtructionem productarum arbitrium circa hoc à Judice ſumendum ſit, *Antonius Roſel. d. conſ. 46. in fin.* nec *Bart.* in allegato loco ita intelligendus contrarium ſenſit, & quod in hac re concludendum videtur eſt, ut ſi quidem adhuc urgeant judicia delicti pro citatione ſufficientia, nec ea ſint ſatis evacuata à productis defenſionibus, citandus ſit reus: quod ſi indicia qualitas productarum defenſionum ita eliſit, ut jam nullus ſit dubitandi de rei innocentia locus relictus, quemadmodum res ſe habet in caſu noſtro, abſurdum ſit dicere eum eſſe citandum de cujus innocentia jam liquet, ad tradita per *Cyril. in ſua prax. crimin. de procurat. §. un. par. 1. n. 2. in fin. Cæpol. conſ. crim. 29. n. 21. Modeſt. Polent. inter ead. Cæpoll. Conſil. conſ. 47. n. 11. Caball. reſ. 256. n. 3.*

4 Non obſtat 2. *alleg. ritus* 269. quia præterquam quod ille ritus loquitur, ubi quis jam eſt citatus (quod non eſt in caſu noſtro) ut advertit *Caravit. d. Rit. n. 6.* reſpondeo illum ritum loqui in procuratore, non in ſimplici inſtructore innocentiæ, & ſic ſupradicta diſtinctio tollit oppoſitionem ritus; & quod in terminis ritus non repellatur ſimplex Judicis inſtructor circa innocentiam inquiſiti, quia aliud eſt proponere exceptionem ex parte inquiſiti, aliud eſt implorare officium Judicis, & illum de innocentia inquiſiti inſtruere, in terminis dicti Ritus

tas tradidit *Joan. de Arno*, quem refert, & sequitur *Bertazol.d.conf.*137.*n.*6. *& conf.*303.*num.*6. *& seq.* & in fortioribus terminis statuti prohibentis admitti exculatorem, vel defensorem absentis, plenioribus,& amplioribus verbis sequutus est *Marsil. conf.*73.*n.*61.*& sequent.& conf.*90.*n.*20.*& in supra alleg. §.sequitur n.*43. quem sequitur, & refert *Bertazzol.d.conf.*303.*n.*6. concordant *Angel.in d.l.plane*, ubi dicit se hoc infinitis vicibus practicasse in terminis statutorum prohibentium admitti exceptiones nisi reis personaliter comparentibus, *Jason.* & *Gram.loc.sup.cit.*

Nec prædictis obstant tradita per *Clar.§ fin.q.*33.*n.*2. nam præterquam quod loquitur contra tot patrum receptam sententiam, loquitur ille cum ex parte absentis sunt recipiendæ probationes, & examinandi testes: in casu nostro nihil tale postulatur, nec factum est, sed tantum ad instructionem sunt productæ publicæ scripturæ, quæ probatione non egent; unde *Clari* auctoritas supra traditis non refragatur, quia loquitur in diversis terminis, nam rejectis à statuto exceptionibus non censentur rejectæ illæ exceptiones, quæ in promptu probantur *Caravit.rit.*166.*n.*57. cum aliis per eum relatis.

5 Tandem quod prædictarum scripturarum ratio haberi debeat, dicendum est jam declaratum satis fuisse per dictum Collateralem Consilium, ad quid enim jussit eas recipi nisi ad Judicis instructionem, extra tamen tela judicii, ut supra expliçatum est? certe alioquin frustratorium esset Collaterali Consilio decretum, quia frustra fit, quod factum non relevat, *l.si quis*, *§.exigitur*, ubi *Ang. notat*, *ff. de edendo*, quod permitti non debet, quia tam supremi Consilii decreta inania, & elusoria esse non debent, ad *text.in l.si prætor*, *ff.de judic.l.si plures*, *ff. de testam. tutela*, ad tradita per *Surdum decis.*17. *num.*2. *& per Jo: Donatum à fina in enchiridio conclusionum lib.*2.*in vers.frustratorium.*

Sed post hæc scripta Collaterale Consilium apertius declaravit, ut M. C. unitis omnibus scripturis de justitia provideat ita ut prædicta à me tradita pro veris habuerit, nec ullus relictus est disceptandi locus.

Exitus causæ fuit, ut M. C. solum eum citandum censuerit ad deponendum pro quodam levi crimine, habita ex prædictis notitia innocentiæ.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 EXcusator potest opponere exceptiones ex quibus excluditur delictum Inquisiti absentis intelligi *ut* n.2.cum seqq.

2 *Confessio ficta inducitur ex legitimis indiciis præcedentibus ad torturam?*

3 *Reus absens quare prohibeatur audiri, & defendi?*

4 *Cuilibet etiam invito assignatur defensio.*

5 *Judex admittere debet testes de tota facti serie informatos, & non qui solum Fisci, & accusatoris intentionem coadjuvant.*

6 *Dicta testium integrè redigenda sunt in scriptis.*

7 *Judex ob cujus negligentiam non apparet Innocentia condemnati, punitur.*

8 *Per Procuratorem admittuntur non solum probationes circa innocentiam Inquisiti absentis, sed etiam circa minorationem pœnæ*, & n.9.& 10.

9 *Consanguinei, & affines pro honore familiæ possunt deducere, ut delinquenti non irrogetur pœna infamiæ, ne puniatur pro fractura pacis.*

10 *Exceptio Clericatus recipitur ad evitandum rigorem pœnæ ordinariæ.*

11 *Judex certus esse debet suæ jurisdictionis.*

RESOLUTIO XI.

1 MAteriam hujus conclusionis tractavi supra Resolutione secunda, ubi de minore egimus inquisito de homicidio, & vocato ad respondendum Inquisitioni minus tractando propter minorem ætatem, quæ allegaretur per ejus exculatorem. Adde in præsenti *Farin.conf.*35.*n.*1.2. *&* 3. ubi refert, ad instantiam partis fuisse examinatos testes informatos de veritate facti, & filium absentem fuisse defensum ex testibus per patrem nominatis, quia ubi absens potest condemnari, interest Reipublicæ, à quocumque defendi *l. absentem*, *ff.de pœn. l.servum quoque*, *§.publicè*, *ff.de procurat. Canar.de excusat.part.*1.*n.*7.*&* 8. *Odd.de rest.in integr. quæst.*38.*art.*4.*n.*38. *&* 40. ubi quod ideò dicitur causa favorabilissima *Merlin. Pignat. cent.*2. *cap.*39. *ex n.*1. ubi quod etiamsi absentiam sit affectata ex versura, planè *Add.ad d.conf.Farin.* 35.*lit.A.verb.Defensor, & lit.D. verb.Instructor* allegans infinitos inter alios *Cephal. conf.* 48. *num.*4. *conf.*49.*per tot.conf.*51.*n.*53.*&* 54.*in divers.numer.* ex quibus concludit, Judicem teneri in syndicatu, & facere litem suam si rejiciat instructorem innocentiæ, dicens ultrò, esse conclusionem indubitatam idem *Farin.quæst.*99.*limit.*44.*num.*230.*& seq.* idque potissimum ubi Instructor, seù innocentiæ defensor in promptu afferret testes de innocentia informatos, ex *Menoch.Bosf.* & aliis in dicta *addit. ad conf.*35. *verb.Instructor Manil.conf.*77. *num.*24. *& seq. Jas.conf.*144.*n.*2.*in fin. lib.*4. ubi quod potest defensor implorare officium Judicis, ut ex officio innocentiæ defensionem suscipiat, *Cartar. de capt. band.in præfat.n.*31.*& seq.Clar.§.fin.qu.*32.*num.*19. *vers.nisi talis exceptio esset notoria, & n.*20.*per tot. & in fin.* ubi de innocentia probata per unum ex sociis imputatis, *Guaz.def.*12.*cap.unic.n.*49 *Farin. d.conf.*35.*n.*2. & licet conclusionem prædictam improbet *Jul. Clar. §.fin.qu.*33. *vers.sed quod plus est*; dicitque esse ridiculam, attamen Clarum redarguunt *Menoch. de arbitr. qu.*80.*n.*58. *Alex.de Neu. conf.*89.*inter crim.conf.num.*23.*in parvis Cartar.de capt.band.in præfat.n.*46. *& Farin.cit.q.*99.*n.*638. quæ opinio admittenda videtur cessante suspicione, ut iidem DD. fatentur, & comprobat *Author in præsenti resolutione.*

2 Non enim voluit lex, statutum, vel consuetudo prohibens reum absentem audiri, & defendi, ut Innocens puniatur ex sola contumacia in non comparendo, sed, ut persistens in contumacia, nec respondens Inquisitioni, uti confessus de illo delicto possit condemnari, quæ ficta confessio induci non potest, nisi indicia præcedant legitima ad torturam, sive ad reum vocandum absentem, vel eum inter reos constituendum, ut alias diximus plenè, inter quæ nulla, vel minima comperitur differentia.

3 Undè, etsi verum sit, quod ex illa ficta confessione justificetur sententia, illa tamen ficta confessio induci non potest, nisi constet prius de delicto commisso, ut in resolutione prima fuit conclusum, & nisi legitima præcedant indicia de delicto commisso per reum, qui vocatur ad respondendum Inquisitioni, & prohibuit lex audiri, & defendi absentem ex pluribus causis, rationibus, & inconvenientibus consideratis per *Clar.cit.qu.*33.*n.*2. *vers.*

sed

Digitized by Google

ſed quod plus eſt,& ex illa præcipuè, nè prius quam ore ſuo interrogetur, neget, vel fateatur delictum, indicia contra eum reſultantia per alias probationes elidat, vel non probando judicium, poſtea remaneat eluſorium. At ubi reo de crimine imputato, & non comparente, excuſator, defenſor, vel innocentiæ Inſtructor compareret, & per publicas ſcripturas, vel alias non ſuſpectas probationes, ſeù per teſtes nominatos oſtenderet Domino Judici, reum citatum de illo delicto non eſſe culpabilem, ipſaque probatio eſſet vera concludens, & non ſuſpecta, vel ex qualitate teſtium nominatorum, vel qualitate probationis, quæ omnem ſuſpicionem rejiceret, tunc finis legis prohibitoriæ non violaretur, ſed immò adimpleretur, cum non ideò tollat Judici inquirenti obligationem indagandi veritatem, ac rei innocentiam ex officio perquirendi, ut advertit *Author hic*, & probat *Farin.cit. quæſt.*99. *n.*232.*&* 262 *& ſeq.qu.*11.*n.*11.*qu.*39.*n.*98.*conſ.*35. *n.*1.2.*&* 3. & ibi plenè *Additionator* cum videamus diſpoſitum, & ordinatum, ut etiam perire volens defendatur invitus *l.non tantum, ff.de appellat.verſ. quid ergo ſi reſiſtat,& verſ.ergo, & ſi ipſe acquieſcat*
4 *ſententiæ*, & totam legis diſciplinam eſſe attentam, nè Innocens puniatur *l.abſentem, ff.de pœn. l.*1. *§.ſi quis ultrò*, ibi: *prudens conſilium tuum, ff.de quæſtionib.* adeò, ut patiatur potiùs eludi *l.meminerint C.undè vi*, ibi: *ne fortè injuriarum naſcatur occaſio, unde jura naſcuntur Scacc. de Judic. lib.*1. *cap.* 53. *n.*27 *& de re Judic.gloſ.*14.*qu.*21.*num.*47. Si igitur compareret talis defenſor, & Judici indicaret teſtes informatos de veritate facti, vel ſcripturas exhiberet, quæ illam imputationem eliderent, non ex eo ejici deberet, quia lex, ſtatutum, vel conſuetudo reſiſteret, ſed quia ex rationabili cauſa eas ſuſpectas cognoſceret: Ubi enim laboraret aliqua ſuſpicio, tunc eas rejiciendo non deficeret à ſua obligatione indagandi veritatem, at ſi ex alio capite rejiciat, ab ejus obligatione videretur deficere, & exponeret ſe periculo evidenti innocentem condemnandi, & nocentem ac delicti authorem cooperiendi, ac dimittendi impunitum. Propterea ubi caſus occurreret læto animo exequatur Judex, & admittat probationes non ſuſpectas; nec particeps fit amaritudinis, quam aliis cauſat deſtructio proceſſus. Pluries enim evenit ut iſti teſtes, qui ad notitiam deducuntur per defenſorem, ſeù Innocentiæ
5 Inſtructorem ejecti fuerint in ipſa formatione proceſſus, & alii recepti, qui non in totum informati de eo ſolum deponunt, quod Fiſci, & adhærentis intentionem coadjuvant, & ij, qui facti ſeriem poterant enarrare totam, ac nocentiam, vel innocentiam rei concludere rejecti fuerunt, vel impediti, id ſolum depoſuerunt, quod interrogando materia ſuggeſſit, ut quandoque audivi auribus propriis teſtem talia dicere, *avevo incominciato a dire tutto queſto*, enarrando factum integrè: *ma mi riſpoſe il Notaro, io non vi dimando queſto, riſpondete ſtrictè all'interrogatorio, & a quello che vi ſi dimanda*. Ita ſucceſſerat in illa cauſa Marii Saltini relata in reſolutione: qui occiderat uxorem ex ira cordis, & ex cauſa honoris, & imputabatur quod temeraria ſuſpicione ductus de ejus inhoneſtate, eam occiderat, alii enim de facto plenè informati, non fuerant recepti per Curiam, alii de honeſtate deponentes, & non informati de illa occulta inhoneſtate fuerant admiſſi, quod facilè evenire poteſt, ubi ad inſtantiam accuſatoris proceditur, ſeù Fiſco adherentis, cum ipſe ſemper quærat Judici eos teſtes adducere, & nominare, qui vel non informati de tota cauſa, vel facilius aliquid tacent, vel admiſcent, quod accuſato præjudicat, & ideo ſit cautus Judex, quia hoc de jure, Notario, & Judici prohibetur *Scacc. de Judic.lib.*1.*cap.*86.*n.*9. *Clar. §.fin.q.*23 *in princ.*
6 Non enim partem Fiſco damnoſam ejicere poteſt, & utilem tantum ſcribere *Anton.Scapp.de jur. non ſcript.lib.*5.*cap.*82.*n.*8. *Bajard.ad Clar.q.*23.*n.*1. ubi tamen quod malè ſervatur *Granat. ad veſtr. lib.*6. *cap.*2.*n.*44.*Farin q.*74.*n.*16.*Jo:Ant.de Nigr.ſup.Conſtit.Regn.c.*26.*n.*37. *Ambroſ.de proc. informat.lib.*1. *cap.*2.*n.*8. *Guaz.def.*14. *cap.*2.*n.*1. *verſ.ac etiam caveant Judices*, *& nu.* 4. Immò debet teſtes ſuper toto negotio interrogare, ut delicti qualitatem, & rei innocentiam explanet, *l. ſi non defendatur, & ibi notat Bart.ff.de pœn.l.*1.*§.fin.* ubi *Bart.ff.de quæſtion. Scapp.d.cap.*82. *num.*8. *Farin.conſ.*35. *num.*2. *Scacc. d.cap.*86. *nu.*9. Immò pœna dignus eſſet Judex, ſi ob ſui culpam, vel negligentiam de ea non conſtaret, *Cartar.de capt.band.cap.fin.n.*15. *Scacc. de Judic.lib.*1.*cap.*97.*num.*186. *Vanſ. de nullit. tit. quoties, & intra quod tempus nu.*44. *&* 45. *Giurb. conſ.*23. *num.* 4. & proviſum extat expreſsè in Regno, *ex pragm.*6. *ſub tit.de actuar.relat.per Guaz. cit.cap.*2. *ſub num.*3. & per *Giurb. conſ.*23. *nu.*2. & in Urbe, & Statu Eccleſiaſtico *per ſan.mem. Pauli V. in reformat.Tribun.Urb.ſub tit.de Judicibus Criminalibus, & pertinentibus ad eos ſub §.& tàm reos, quàm teſtes, §. reſponſiones ſimiliter rerum, & teſtium, & §.nec ullo pacto Judicibus liceat*, ubi præcipitur, ut teſtium dicta integrè ſcribantur, tam pro reo facientia, quam pro fiſco, ſuper toto negotio interrogentur, ac auditi non dimittantur examine eorum prætermiſſo; ſi iſtud quod de Jure communi ordinatur, & per conſtitutiones, ac leges ſpeciales injungitur expreſsè, ſpecificè, poſtmodum obſervaretur in praxi, difficultas iſta de recipienda, vel ejicienda probatione indicata, vel producta per defenſorem, & innocentiæ inſtructorem non contingeret de facili, quia Judex ſe ex ipſo indagaret veritatem facti, ac rei imputati innocentiam, vel defenſionem, at quia commiſſo delicto, omnis excogitatur via, ut illud occultetur propter timorem pœnæ, & ſæpè teſtes procurantur nominari, qui apparent de facto informati, ut per Fiſcum recipiantur, & deinde ex eorum depoſitione attentant facti veritatem confundere, & intricare, ut advertit *Cavalc.de brach.reg.par.*2. *num.*159. *& par.*3.*num.*190.*&* 294.*p.*3. *Guaz. def.*14.*cap.*2.*n.*1. Evenit poſtea, ut ſub iſto prætextu etiam veræ probationes appareant ſuſpectæ, & repugnantia reperiatur in earum receptione, ac tutus ſit Judex in involvendo teſtes, qui aliquod favore rei deponunt, maximè quando eorum dictum repugnat depoſitioni aliorum teſtium, ut refert *Guaz.cit.cap.*2.*nn.*2. quod utinam obſervaretur favore rei, quando per accuſatorem inducitur aliquis teſtis, qui nimis animosè deponeret, & ſuſpicionem oſtenderet in primis verbis, utinam obſervaretur eadem regula; prout omnino deberet fieri, ut idem *Guaz. advertit cit.cap.*2.*n.*5.*verſ.ac etiam.*
8 Id quod diximus pro innocentia rei detegenda, quando in ejus abſentiam producerentur ſcripturæ, vel aliæ probationes concludentes, & nulla ſuſpicione laborantes, ſecurius admittendum videtur, ubi non ipſius rei totalis innocentia prætenderetur detegi, ſed aliqua circumſtantiæ qualitas, vel cauſa, quæ delictum & illius pœnam mitigaret, prout de minori ætate diximus in *Reſol.* 2. vel nobilitate ad notata per *Farin.qu.*98.*num.*93.*& per tot.Fonſ. dec.*158.*num.*4. *Cavalc.de brach.Reg.par.*4.*num.*15. *Ricc.deciſ.*11.*per tot.par.*2. *& deciſ.*236. *ibid.Sanſ. deciſ.*56. *num.* 30. & ità fuit obſervatum in cauſa

Clerico-

Clericorum Roberti de Vicariis, & Antonii de Petio, quibus ex eorum nobilitate oppoſita per excuſatorem, fuit pœna triremium ante eis comminata in Tribunali A.C. per acta Palutii commutata in pœnam detruſionis ad Ergaſtulum, quia in Regno ubi delictum eis imputatum erat commiſſum pœna triremium nobilibus non imponitur ex dictis mox allegatis, idque debet attendi, ut in puncto advertit *Guazzin. def.33.cap.4.n.9.*

9 Et in pœna picturæ, quæ totam familiam offendit idem *Guaz. def.33. cap.6. in fin. Farin.conſ.150. num.4.* utrobique referentes ità ſervari in Sac. Conſulta, ut ſcilicet conſanguinei admittantur ad exceptionem opponendam, quæ talem pœnam excludit.

10 Et in exceptione Clericatus, quæ nihil tangit de crimine, ſed ſtatum perſonæ, quæ puniri intenditur, de quo Judex debet eſſe certus, *leg.qui cum alii ff. de reg. Jur.* quæ regula habet etiam locum in criminalibus, ut per *Alex. conſil.77.lib.3. Cartar.de exequut.ſent.capt.band. cap.fin. num.26. & 27.* & ideò ſepiùs obſervatum vidi, & me patrocinante fuit obſervatum ex iſto capite reformari monitoria, tam in Tribunali A. C. quam Gubernatoris Urbis, quæ contra abſentes continebant pro homicidio appenſato pœnam vitæ, & confiſcationis bonorum, & deindè Bullis productis per excuſatorem, ſeù defenſorem reformata, & commutata in pœnam triremium temporaneam, vel perpetuam, prout qualitas delicti, & homicidii ſuadebat, de quo etiam fuit dictum *reſolut. 2.ſub num.35. & reſol.4.*

11 Licet enim utramque exerceant poteſtatem Rectores horum Tribunalium, attamen certi eſſe debent de eorum juriſdictione, ut per eundem *Cartar.cap.1. nu.376.* & ſic de conditione, & ſtatu perſonæ, quem punire intendunt, *d.l.qui cum alio ff. de reg. jur.* quia poſſunt, & Clericum, & Laicum punire, ſed diverſis pœnis, & diverſa lege Clericos debent punire, non iis, quibus laici puniuntur, *Cartar.deciſ.1.num.74.*

SUMMARIUM.

1 *JUdex in citatione debet exprimere, an procedat uti ordinarius, vel uti delegatus.*

2 *Judex delegatus tenetur inſerere in citatione copiam reſcripti delegationis, nec ſatis eſt ſe aſſerere delegatum; non tenetur autem tranſmittere ipſam originalem delegationem.*

3 *Quandonam delegatus teneatur oſtendere ipſam originalem delegationem?*

4 *Quæ differentia ſit inter delegationem falſam, vel ſubreptitiam quoad nullitatem procedendi?*

5 *Judex ordinarius, ſi efficiatur delegatus à principe tenetur etiam ſub pœna nullitatis inſerere copiam reſcripti delegationis in citatione, alioquin actus eſt omnino nullus, & non valet nec ex vi poteſtatis ordinariæ, nec ex vi poteſtatis delegatæ, & affertur deciſ.Mag.Cur.*

An actus ſit nullus, ſi ordinarius à Principe delegatus procedat ordinariè, vel Præſes cum debeat procedere ad modum belli, procedat ordinariè?

Et quod poteſtas ad modum belli idem eſt, quod poteſtas delegata, & infra num.10.

6 *Ex quibus verbis in Judice ordinario inducatur delegatio, vel juriſdictionis ordinariæ excitatio?*

Et an delegatus à Principe teneatur admittere appellationem, quando delegatio eſt ſine clauſula, appellatione remota.

7 *An quando Princeps delegans eſt præſens, vel parum diſtans à loco judicii, non ſit inſerenda copia delegationis in citatione?*

Contrarium eſt verius: reſpondetur ad doctrinas, quæ contrarium ſuadere videntur, & confirmatur exemplo ſupra relatæ deciſionis Mag. Cur.

8 *Limitatur ſupradicta neceſſitas inſerendi copiam delegationis, ubi delegatio eſt clauſa in corpore juris.*

9 *Limitatur etiam ubi delegatio eſt ad univerſitatem cauſarum: declaratur quænam dicatur delegatio ad univerſitatem cauſarum?*

Adducuntur exempla hujus praxis quotidianæ.

20 *Præſes qui habet poteſtatem procedendi ad modum belli, citat etiam abſentes cum poteſtate extraordinaria, & datur interpretatio reſcripto Coll. Conſil. jubentis contra carceratos tantum procedere ad modum belli.*

Delegatio ſimpliciter conceſſa competit etiam contra abſentes.

Demonſtratur reſcripto Collat.Conſil.poteſtatem ad modum belli cum effectu non aliud eſſe, quam poteſtatem delegatam.

11 *Si adſint plures inquiſitiones, quarum una pertineat ad poteſtatem ordinariam, alia ad poteſtatem delegatam nulliter procederet Judex, qui vellet pro omnibus procedere uti delegatus: affertur ratio, & deciſio Mag. Curiæ.*

12 *Juriſdictio data pro vera opinione, quod poſſit prorogari, non poteſt prorogari in Judicem delegatum.*

14 *Si ſint plures delegati, an & quando debeant omnes coniunctim procedere.*

An citatio ad informandum poſſit ſubſcribi ab uno tantum ex Regiis Auditoribus, quando Regia Audientia procedit ex delegatione, demonſtratur.

Quomodo ſint concipiendæ citationes cum ex delegatione proceditur, & multa ad materiam traduntur.

RESOLUTIO XII.

1 INter alia requiſita, quæ debet continere citatio pro cauſa criminali eſt nomen Judicis citantis, ut *Conſtitut.Regni edictorum.* Hoc requiſitum declara primò, ut continere debeat nomen Judicis juriſdictionale, ac exprimi an procedat uti delegatus, vel uti ordinarius; quemadmodum *Marant.in 6.part.1.memb. num.63. Foller. in verſ.vel eos verbaliter citari faciat num.5. Gaill. obſervat.48.lib.1.num.17. Decian.lib.4.cap.25.nu.12. in tract.crim. Scaccia de judiciis lib.1. cap.32.n.10. & cap.39.num.4. Guazz.defenſ.10.cap.1.num.4.* ubi *verſ.* & *judex*, addit Romæ ſervari, ut Judex in ſubſcriptione debeat opponere nomen, cognomen, & officium; quod in Regno non ſervatur, ſed nomen officii apponitur in corpore citationis, & in ſubſcriptione apponitur tantum cognomen, ut teſtatur *Guazzin.loco citato, & Scaccia d.capite 39. num.5.*

2 Secundo declara, ut ſi agatur de Judice delegato, nedum delegatus aſſerere debeat ſe delegatum, ſed in prima citatione inſerere debeat copiam reſcripti delegationis, alioquin nulla eſt citatio, *Bald. in l.2.num.12. ff. ſi quis in jus vocatus non ierit, & ibidem Angel.num.4. Marant.part.6. in vers.concipiatur citatio num.75. & diſtinct. 5. judiciorum in verbo an ſit judicium ordinarium, vel delegatum, pnm.59. Gail. d.obſerv.48.num.17. & ſequen.* ubi de

communi *Menoch.de præsumpt. lib.2. præsumpt.15. num.8. Scac.de judiciis lib.1.cap.32.num.fin. Decianus in tract.crimin.lib.4. cap.25.num. 12. Farinac. in frag.in vers.delegatio nu.91. Guazz.def.10. cap.2. num.8. Vivius opin.407.num.5.* ubi quod ita quotidiè servatur in praxi, *Mynsig.centur.3.obs.1.* & ante eos *Add.ad Felin.in cap.in cap.cum in jure extr. de off. delegat.* ubi dicit se ità semper practicasse, quicquid in contrarium *Felin.in d.cap. cum in jure num.5. & alii, quos refert Farinac.in d.verbo delegatio nu. 92.* asserant non esse necessariam hanc copiæ insertionem, sed satis esse, quod quis se asserat delegatum: & licet rursus Judicem delegatum oportere una cum citatione transmittere etiam probationem suæ delegationis videatur inferri, *ex tex. in cap.cum in jure de off.delegat.* ubi quod nisi quis certus extiterit de mandato Apostolico, non tenetur exequi jussa sub prætextu dicti mandati, & faciunt adducta per *Mynsing.cent.3.observ.1. in princ.* quæ videntur probare delegatum teneri transmittere ad ipsum citatum originale rescriptum delegationis, quia non præsumitur pro jurisdictione delegata, sicut ptæsumitur pro ordinaria; tamen in praxi receptior opinio est satis esse solam copiæ insertionem ad hoc ut citatus teneatur comparere: &

3 adducta in contrarium procedunt in aliis terminis, ubi scilicet jam citatus comparuit, tunc enim potest instare, ut sibi originale exhibeatur, *Innoc. in cap. præterea extr.de dilationibus, num.1.vers. ulterius quæro*, ubi quod licet delegatus citans non miserit rescriptum suæ delegationis bullatum, citatus tenetur comparere; subditque quod si nulla esset delegatio facta, & falsum tenorem quis delegationis misisset, tunc nihil valeret quod faceret contra non comparentem, sed salvum erit jus citato si compareat, *Mynsing.d.obser.1.cent.3.Gratian.discep. forens.179. n.19.* immò post comparitionem, si reus forsan velit redarguere de falso delegationem assertam, non solum ipsum originale, sed etiam petere potest ponderandi gratia copiam delegationis, cum opus sit studio ad ponderandam fallitatem, *Felin. in d.cap.cum de jure num.6.* & ex prædictis liquet,

4 etiamsi post contumaciam falsitas delegationis detegatur, id semper reo prodesse ad annullanda acta in contumaciam facta, quia obstaret defectus jurisdictionis, secus si rescriptum delegationis non falsum, sed subreptitium esset, quia citatus non comparens ad opponendum de subreptione, sed patiens se contumacem reddi, sibi imputare deberet, *Castrens.in l.2.n.2.ff. si quis in jus vocatus non ierit, Gaill.lib.1.observ.48.n.18.*

5 Quod dictum est, tenorem delegationis inserendum esse in citatione, ampliandum est etiam ad Judicem, qui in aliqua causa à Principe, ut moris est, delegatur, itaut de ordinario sit in illa causa effectus delegatus, nec alioquin tenetur citatus comparere, utcunque se asserat delegatum, cum enim in illa causa utatur jurisdictione delegata, adhuc in hoc casu obstat regula suprà allegata; quod pro jurisdictione delegata non præsumitur, & faciunt tradita per *Menoch. cum aliis, quos copiosissimè citat præsumpt.15. lib.2. num. 4.* ubi quod non præsumitur delegatio in quavis persona illustri, atque excelsa asserente se delegatam; quod intelligendum est proculdubio, ut nec ex vi potestatis delegatæ, nec ex vi potestatis ordinariæ comparere adstringatur; non ex vi potestatis delegatæ, cum inutiliter, & nulliter ea utatur; non ex vi potestatis ordinariæ, quia dum Princeps licet ordinario causam delegat, ordinaria potestas alioquin illi in causa delegata competens revocatur, & suspendi-

tur per delegatam, *Butr. in cap. cum ex officio de prescript. relat. per Abbatem in eodem cap. cum ex officiis num. 19.* & adducitur ratio, quod quemadmodum in diversis personis processus ordinarii, & delegati se non compatitur, si uterque vellet procedere, & post eum docent *Marant. in verbo an sit judicium ordinarium, vel delegatum num. 38. Menoch.præsumpt.16.lib.1.num.12 & 13.* ita nec compatitur in eadem persona, quia scilicet talis delegatio facta ordinario facit personam jure diversorum censeri, *Felin.in d.cap.cum ex officii num.10.* ubi *Butrii* sententiam in potestate verè delegata locum habere declarat, & quod si Judex ordinarius à Principe in causa effectus delegatus vellet procedere ex potestate ordinaria, processus esset nullus, & *num.32.vers.3.casus Decian. in tract crim. lib.4. cap.25. num.15.* ad quod videndus *Trivisan. dec.1. lib.1. & Jo: Grand.de bello exulum special.74. & 75.* ubi fundata hac conclusione in causis, in quibus est procedendum ad modum belli, (quod in idem reincidit, ac ex potestate delegata, ut infrà dicam) postea subdit in praxi contrarium servari, ut scilicet non committat nullitatem Regia Audientia, sive Præses si omisso modo militari adhibeat ordinarium: sed esto quod Judex ordinarius effectus delegatus à Principe posset utramque potestatem delegatam scilicet, & ordinariam validè exercere secundùm *Abbat.in dicto cap.cum ex officii num. 18. & sequent.* cujus dicta non possunt procedere in potestate verè à Principe delegata Judici ordinario, *Decianus loco supra citato*, & antè eum *Felin.locis suprà citatis*, sed in delegata ab inferiore à Principe juxtà dicta per *Abb.ipsum in d.cap.cum ex officii n.23.* adhuc hoc minimè prodesse potest quoad actus validitatem, nam ex eo quod Judex asseruit se delegatum dignosceretur nolle ipsum uti potestate ordinaria, unde obstaret regula, quod potuit, noluit, &c. Et quod valens explicare actum uno modo, si eligat alium minus legitimum, corruit actus *Abb.in d.cap.cum ex officii num.28. in fin.* neque de hac ampliatione in praxi dubitandum est, eamque absque ulla disceptatione, & controversia sequuta est M.C. quæ cum esset à Prorege delegata in inquisitione Pauli Magnacervi declaravit nullam primam citationem contra ipsum Paulum emissam non inserta copia delegationis, referente tunc Domino Sanfelicio, de anno 1631. in Banca Rosæ Scriba Majorinus; non obstante quod in dicta citatione fuisset insertum Chirographum secretar. Proregis, in quo destinabatur commissarius causæ dictus Dominus Sanfelicius, & fiebat mentio delegationis per hæc verba enunciativa; *S.E. manda, che V. S. sia Commissario nella causa di Paolo Magnacervo, che hà delegata alla Vicaria.*

6 Quando autem ordinarius dicatur effectus à Principe delegatus per causæ commissionem, hæ sunt passim receptæ conclusiones, quod ubicumque simpliciter ordinario committitur causa, quæ absque commissione ad ipsum spectaret, non inducitur delegatio, sed excitatur tantum ordinaria jurisdictio; quod ampliatur etiamsi à Principe jussum esset ut cum rigore, vel celeri punitione in reum animadverteretur; hoc præter dicta per *Felin in cap.licet num.1. de off.ordinarii, & cap. cum ex officii de præsumption. num.10. Jason.in l. jus civile num.2. & sequent. ff.de just. & jure, Guazz. defens.1. cap.1. num.23.* & alios per eum relatos, statuitur in *prag.10.de off.Judic.num.14.* & notatur ad marginem *prag.1.de delegat.* ubi recensentur rescripta: ubi vero committitur ordinario causa, quæ alioquin ad ipsum non spectaret, vel etiamsi causa

alioquin

alioquin ad ordinarium ſpectaret, alteratur ordinaria juriſdictio aliquid addendo, vel diminuendo, aut injungitur ordinario ut Principis auctoritate, & nomine procedat, tunc inducitur delegatio, *Felin. in d.cap.licet nu.2.& ſeq. & cap.cum ex officii n.32. de præſcript. Jaſon in d.l. jus civile num.5. & ſequ.* ubi infert, quod per hæc verba: cognoſcas, & ante executionem ſententiæ referas, inducitur delegatio, quia eſt alterata juriſdictio, *Guazzin. eodem num.23. Menoch.lib.2. præſumpt.16. num.24. & ſeq.* ubi notat, quod alteratio inducit delegationem in eo quod alteratur, eumque adducit, & ſequitur *Maſtrill. deciſ.292. num.7. & num. 16. & ſequent.* & addo, & ſi quoad effectum procedendi appellatione remota requiratur, ut expreſse id dixerit Princeps, *Rov. in prag.5. de off. Sacr. Conſ. num.17.* ſatis tamen eſt ſecundum hodiernam praxim Principem uſum eſſe verbo delego, ut poſſit Judex hoc modo delegatus ſententiam quamlibet exequi, nec teneatur appellationem admittere, niſi Princeps delegans inhibuerit, vel certam formam tradiderit, ut ſententia non exequatur niſi conſulto, ut ſolet fieri, Principe delegante, & propterea induci delegationem, per verbum delego innuit *pragmat. 10. de off. Judic. d.num.4.*

7 Prædicta ſecunda declaratio, in qua dictum eſt eſſe inſerendam copiam delegationis, limitatur ubi Dominus, ſeu Princeps delegans eſt præſens in loco, ubi eſt exercenda delegatio, cum enim ſit præſens Princeps, credendum eſt aſſerenti ſe delegatum, nec præſumitur mentiri, cum alioquin veritas facile ex ore Principis ſciri poſſet, *Menoc. de præſumpt. lib.2. præſumpt.15. num.10. Decian. lib.4. cap.25. num.58. Guazzin. defenſ.1. cap.1. nu.11. Farinac. in frag. in verbo delegatio num. 67. Scacc. de judiciis lib.1. cap.32. num. fin.* limitatur etiam ubi reus degit in loco citationis, vel parum ab eo diſtat, *Add. ad Felin. in cap. cum in jure num.5. de off. delegat. Foll. ad Marant. in ſuo ſpecul. in ver. an ſit judicium ordinarium, vel delegatum n. 60. Scacc. d.cap.32. num.fin.* ſed prædictas limitationes in Regno praxis non admittit, ut patet ex ſupra relata deciſione M. Cur. in cauſa Pauli Magnacervi, nam & Regni Prorex aderat præſens, nempe Neapoli, ubi reſidet Mag. Cur. quæ erat delegata, & reus etiam Neapoli ſuos habebat lares; ita ut firmanda ſit concluſio in praxi, etiam in caſibus prædictarum limitationum inſerendam eſſe copiam delegationis à quocumque Judice delegato. Neque obſtat auctoritas ſupra allegata *Follerii*, quam tradidit ex *Mariano*, & ante eos *Abbas* relatus à *Mynſing. obſerv.1. centur.3.* quia ea locum habet in aliis terminis, quam citationis pro cauſa criminali, ut innuit licet ad aliud propoſitum *Mynſing. ibidem*. Reſpondeo etiam quod tertium diſtinctionis caput, quod pro ſupradictis limitationibus adducitur fundatum in ratione modici præjudicii, & propterea excludens neceſſitatem inſerendi copiam reſcripti delegationis, non poteſt adaptari ad hunc caſum, ubi agitur de citatione, ex qua poteſt ſequi forjudicatio, & ad mortem condemnatio: immo potius ad hunc caſum accomodari poſſet primum diſtinctionis membrum loquens de graviſſimo præjudicio, & requirens etiam probationem aſſertæ delegationis, niſi obſtaret ſupratradita, & quotidiana praxis contenta inſertione copiæ in citatione etiam quoad effectum procedendi ad forjudicationem. Rejectis igitur duabus limitationibus ſupradictis.

8 Prædictam ſecundam declarationem limitandam proculdubio cenſeo, ubi delegatio eſſet clauſa in corpore juris; exemplum habetur in *pragmatica 1. de duell.* ubi certum delictorum genus delegatur Mag. Cur. nam tunc proculdubio non eſt inferenda copia delegationis in citatione, ſed ſufficit aſſertio delegatæ poteſtatis, quia delegatio in eo caſu probatione non indiget, cum ſtatuta unuſquiſque ſcire teneatur, & præſumatur, *Gram. dec.36. num. 17. & ſeq.* & in hoc caſu juriſdictio delegata ſapit naturam juriſdictionis ordinariæ, *Jaſon in l. à Judice C. de judiciis in fine.*

9 Limitandam etiam arbitror ubicumque aliquis eſſet à Principe delegatus ad univerſitatem cauſarum, ut tunc minimè teneatur inſerere copiam delegationis in citatione, ſed ſatis ſit ſe aſſerere delegatum; ratio eſt, quia delegatus ad univerſitatem cauſarum æquiparatur ordinario, *Jaſon in l. more majorum num.19. ff. de juriſdiction. omn. Judic. & l. ſi uni 36. nu.7. ff. de re judic. Marant. in verſ. an ſit judicium ordinarium, vel delegatum nu. 55. Scacc. de judic. lib.1. cap.66. num.7.* ubi etiam *n. 6.* declarat, quod delegatus ad univerſitatem cauſarum dicitur is, cui eſt delegata aliqua cauſarum ſpecies, ut puta ſi ſit delegata cognitio criminum falſæ monetæ, aſſaſſinii, furtorum in via publica. Hinc de praxi quotieſcumque per Præſides Provinciarum, vel Regias Audientias in delictis ubi proceditur ad modum belli expeditur citatio, ſatis eſt, quod fiat mentio poteſtatis extraordinariæ per hæc verba: *Ex proviſione Præſidis, vel Regiæ Audientiæ procedentis vigore poteſtatis extraordinariæ &c. citetur talis &c.* nec inſeritur dictæ poteſtatis extraordinariæ (ſeu quod idem eſt ac delegatæ) copia. Dixi hoc ut obiter etiam notetur eſſe extra controverſiam quod poſſit contra inquiſitos de delictis pertinentibus ad facultatem procedendi ad modum belli, procedi cum auctoritate illa extraordinaria ad citationem, eorumque in abſentia, ſi contumaces fuerint, condemnationem: neque obſtant proviſiones, quas adducit *Danza to. 2. cap.1.* Collateralis Conſilii reſtringentes poteſtatem procedendi ad modum belli contra præſentes tantum; loquuntur enim quoad hoc ut non poſſit coarctari forjudicatio ad horas, id quod Reg. Audientia non juridicè uſurpaverat; exiſtimabant enim illam facultatem procedendi ad horas vigore poteſtatis ad modum belli poſſe practicari non ſolum contra carceratos, ſed etiam contra abſentes non comparentes, & poſſe terminum forjudicationis reſtringi ad horas; hunc conqueſtum continebant preces porrectæ Principi, cujus reſcriptum ſecundum ſupplicata intelligendum eſt, *leg.1. C. de diverſ. reſcript. Menoch. de præſumpt præſumpt.29. lib.2. num.2.* non autem reſtringit juriſdictionem extraordinariam, ſeu delegatam in certis delictis, ut illa nequeat contra non comparentes exerceri, nam conceſſa ſimpliciter delegatio porrigitur tam contra carceratos, quam contra abſentes ut poſſint contumaces reputari, & condemnari, *text. in cap. præterea extra de offic. & poteſt. delegat.* neque aliud eſt extraordinaria illa poteſtas, quam Præſides uti commiſſarii campaneæ, ut ajunt, habent, quam quædam delegatio facta Præſidibus, & iis abſentibus Regiis Audientiis, quoad effectum, quem hìc conſidero, ut procedant nomine Principis, & omni appellatione remota, ut non obſcurè inſinuat *pragmatica 10. de offic. Judic. num.49. in fin.* & clariùs habetur in *proviſionibus Collater. Conſ. expeditis ſub die 28. Decembris 1641.* quas refert *Danza tom.1. in tit. de poteſt. ad modum belli cap.2. num.15.* ubi quod iſtæ cauſæ pertinentes ad poteſtatem ad modum belli intel-

ligantur tanquam causæ delegatæ.

11 Declara tertiò, ut si contra inquisitum adsint plures causæ & inquisitiones, quarum v. gr. una pertineat ad potestatem ordinariam, altera, ad delegatam, advertat Judex delegatus, ne procedat uti delegatus in utraque causa, nam nulliter procederet, quamvis enim *Viscontus in suis Concl. concl.....* dicat quod causa extraordinaria trahit ordinariam, ejus assertio est omnino falsa, ut declaravit *Collater. Cons. in provisionibus expeditis sub die* 10. *Novemb.* 1610. quas refert *Danza tom.* 1. *c.* 2. *de potest. ad modum belli num.* 6. & licet *Danza* nihil aliud alleget, tamen quod si concurrant causa ordinaria, & appellabilis, & causa extraordinaria, & inappellabilis, causa ordinaria trahat extraordinariam, & quod in utraque causa sit ordinariè procedendum si simul in utraque procedatur tradidit *Bald. in cons.* 41. *num.* 6. *lib.* 1. *Jas. cons.* 174. *lib.* 2. *Menoch. de recuperand. possess. remed.* 9. *nu.* 231. *Mastrill. decis.* 42. *num.* 7. & alii relati per *Barbat. de assistent glos.* 1. *nu.* 82. & ità obtinui sæpius in M.C. quando Advocati officium exercebam, & præsertim in causa Camilli Festa forjudicati à Reg. Audientia Montis Fuscoli pro homicidio, contra quem (cum esset in fortiis) Regia Audientia decrevit quod exequatur sententia forjudicationis, & in hoc decreto asseruit se procedere ad modum belli: ex eo quia prædictus Camillus erat etiam inquisitus de furto commisso in via publica: undè transmisso processu ad Mag. Cur. insteti quod prædictum decretum declararetur nullum, & ita obtinui referente Domino Consiliario Mugnoz: nec

12 obstabat quod inquisitus videbatur consensisse in Judicem proponendo nullitates in dicta Regia Audientia procedente ad modum belli, quia jurisdictio restricta ad certum genus causarum, prout est potestas ad modum belli ad certum delictorum genus concessa non potest ptorogari per consensum partium, *Velasc. consultat.* 27. *num.* 4. *Marian. in cap. significasti extr. de for. competent.* relatus per *Antonium de Matthæis de jurisdict. prorog. num.* 3. *vers. idem si alterata*, ubi loquitur de jurisdictione delegata; & hæc nullitas ex defectu jurisdictionis non prorogabilis potest omni tempore proponi, *Velasc. loco supra relato*: nec statutum excludens nullitates locum habet ubi agitur de nullitate ex defectu jurisdictionis, *glos. in fin. in Clement. unica de sequestr. possess.* quam sequitur *Rovit. dec.* 81.

13 Declara quartò, ut si plures sint in una causa delegati, necesse sit intervenire omnes in rei citatione, cum non habeant jurisdictionem in solidum, sed eorum jurisdictio sit individua, & ità connexa, ut si vel unus ex pluribus non interveniat, processus sit nullus, *cap. prudentiam in princ. & cap. uno de off. & potest. Judicis delegati, leg. duo ex tribus ff. de re jndic. Bart. in l. Pomponius alias si uni ff. de re judicat. num.* 5. *Papiens. in forma libelli actionis realis verbo nec non dicto Vicario num.* 2. & *Adden. in vers. non poterit. Giurba cons. crim.* 9. *nu.* 6. *Menoch. lib.* 2 *præsumpt.* 16. *num.* 24. & 28. *Decian. lib.* 4. *cap.* 53. *in tractat. crimin. Guazzin.* & alii per eum relati *defens.* 13. *cap.* 7. *num.* 1. *Mastrill. dec.* 292. *num.* 9. & *sequent.* quod ita intelligendum est, ut omnes delegatos intervenire oporteat, non autem necesse sit omnes esse concordes in prolatione decreti de citando, nam quod major pars pronuntiat ratum habendum est, sufficitque præsentes omnes delegatos fuisse, *leg. duo ex tribus ff. de re judic. Innoc. in cap. causam matrimonii n.* 3. *de off. & potest. judic. deleg.*

Supra relatam declarationem rursus intelligo locum non habere, ubi pluribus Judicibus ordinariis sit aliqua causa delegata sub nomine Tribunalis: exemplum poni potest in delegationibus, quæ solent fieri Mag. Curiæ, vel Regiis Audientiis, nam isto casu citatio poterit expediri per unum ex Judicibus, vel Regiis Auditoribus, prout fieri consuevit in causis, in quibus ordinariè proceditur, est enim citatio actus judicialis interlocutorius, *Sanch. de matrim. lib.* 8. *disput.* 28. *num.* 13. & consequenter est permissus, uni ex pluribus Judicibus ordinariis, qui dicuntur habere ordinariam jurisdictionem insolidum, *glos. in l. Pomponius* 36. *in verbo proferre ff. de re judicata, Papiens. in forma actionis libelli realis num.* 2. *Bart. in d. l. Pomponius n.* 4. *Mastrill. d. decis.* 292. *nu.* 18. & *sequent.* nec per delegationem alterata est jurisdictio Tribunalis ordinarii, nisi in eo quod sicut in causis ordinariis procedit ex jurisdictione propria, in causa delegata procedit nomine Principis; igitur servat naturam ordinarii Tribunalis, quæ per delegationem non est alterata neque innovata ad rem, *Mastrill. decis.* 292. *num.* 17. & *seq.* neque obstat, quod delegatio non sit facta uni Judici, vel Auditori, sed Mag. Cur. vel Regiæ Audientiæ, quia respondeo, quod in illis actibus, & decretis, in quibus unus solus procedere potest, Tribunal per unum repræsentatur: & quod ab uno fit à Tribunali fieri dicitur, facit doctrina *Bart. in l. supra allegata, l. si uni alias Pomponius ff. de re judicat. num.* 2. & *seq.* hinc in praxi, licet citationes ab uno ex Regiis Auditoribus subscribantur, tamen dicitur eas fieri ex provisione Regiæ Audientiæ, idque de jure procedere proculdubio existimo, & ità servatur in Mag. Curia, licet in praxi videam ad effugiendas Advocatorum cavillationes solere in Regiis Audientiis, quando proceditur ex delegatione etiam ad universitatem causarum, quæ ut supra dixi, æquiparatur ordinariæ, subscribi citationem ab omnibus Auditoribus, & etiam à Præside, & in M. C. licet prag. dictet, ut quando agitur de actibus irretractabilibus decreta subscribantur à quatuor Judicibus, solent decreta etiam non continentia actum irretractabilem subscribi ob majorem cautelam ab eodem numero Judicum.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Citatus à Delegato non tenetur comparere, si in citatione non fuerit facta mentio delegationis.*

2 *Citatio emanata à Judice delegato, an debeat continere tenorem delegationis, & num. seq. usq. ad* 8.

3 *Stylus, & consuetudo fori, omnino servandus est.*

4 *Delegatus suæ delegationis tenorem in citatione inferere debet, ubi in contrarium non adest observantia.*

5 *Tenor delegationis in citatione non annotatur, quando in citato adest verisimilis scientia delegationis, vel si Princeps esset præsens num.* 6. *vel si citatus cum enunciativa delegationis est in loco ubi potest de delegatione certificari sine ejus incommodo, & præjudicio num.* 7.

8 *Judici asserenti se esse delegatum, an ei credatur, & quando citatus comparere teneatur n.* 9. & 10.

10 *Tenor delegationis est inserendus in citatione ad tollendam Judicis amaritudinem in executione sententiæ.*

11 *Jurisdictionem habens ordinariam, & delegatam, in dubio an præsumatur procedere uti delegatus, vel uti Or-*

uti Ordinarius, & quando nulliter procedat? n. 12.

13 *Jurisdictio in dubio, an præsumatur excitata, vel delegata?*

14 *Rescriptum licet subreptitium jurisdictionem tribuit.*

15 *Ad Delegatum spectat definire, an sua sit jurisdictio, quoties illam prætendat Ordinarius.*

16 *Commissio directa alicui in dignitate ecclesiastica constituto, an possit exequi per successorem?*

RESOLUTIO XII.

IN ista Resolutione 12. tractat Author de citatione, quæ transmittitur per Delegatum, & concludit nedum delegationis necessariò esse faciendam mentionem, & uti delegatum citare debere, sed etiam tenorem ipsius delegationis esse inserẽdum in citatione.

1 Sanè ista Conclusio, quoad primam partem, non habet contradictorem, ut scilicet necesse habeat delegatus, se Delegatum profiteri in citatione, alias citatum non arctabit, eritque citatio nulla, ut concludunt *Burg. de mod. proced. ex abrupt. qu. 90. n. 12. Guazz. def. 1. cap. 1. n. 106. & def. 10. cap. 2. n. 8. Farin. in fragm. lit. D. verb. Delegat. n. 90.*

2 Quo verò ad secundam partem, an scilicet teneatur in eadem citatione inserere copiam, seù tenorem suæ delegationis, dubia est quæstio, & in jure controversa, ut videre est *Farin. cit. lit. D. n. 91. & 92. Decian. cons. 18. ex n. 156. vers. puto quod si in citatoriis asserit se delegatum Achil. de Graf. dec. 10. de dol. & contumac. Duran. decis. 6. num. 2. Ludovis. dec. 127. n. 1. & seqq.*

3 Ideo pro Resolutione facias infrascriptas conclusiones.

Prima Conclusio, quod stante dubietate juris, attendi debet, stylus loci, & Curiæ ubi citatio ordinatur, quia illa observantia uti juris dubii interpretativa attendi debet, ità in puncto concludit *Rota penes Achill. de Graff. cit. dec. 10. de dol. & contumac.*, & confirmat *Farin. in frag. lit. D. n. 96. Decian. cons. 18. n. 158. lib. 1.*

4 Secunda Conclusio, quod ubi talis observantia, & stylus non apparet, verior opinio sit, & magis communis, quod debeat in citatione inseri tenor delegationis, ut probant *text. in c. cum in jure de offic. & potest. Judic. deleg. & auth. qui semel, C. quomodo, & quando Judex*, & ibi *Bart. sub n. 12. vers. expeditis*, & volunt *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. de deleg. n. 12. Add. ad Felin. in c. cum in jure lit. B. vers. si Delegatus*, ubi redarguit *Felin.* quod malè, & corruptè alleget *Bart. Specul. Joan. Andream, & Anton. de Butr.* pro sua opinione examinando eorum dicta sigillatim *Marches. part. 2. §. 1. de comm. avocat. n. 155. Farin. in fragm. lit. D. n. 91. Guazz. def. 1. cap. 1. n. 18. def. 10. cap. 2. n. 8. & def. 13. cap. 2. n. 16. Scial. prax. forjud. cap. 5. n. 16. Giurb. obser. 30. n. 1. vers. nec de sua commiss. illi creditur Macerat. var. lib. 1. resol. 16. n. 1. & 2. Burg. de mod. proced. ex abrup. cap. 90. n. 13. Ludovis. dec. 127. n. 1. Author hic n. 2.*

5 Tertia Conclusio, quod ubi verisimiliter potest apparere scientia citati de ista delegatione, quæ enunciatur, substinetur citatio etiam tenore delegationis non inserto *Achill. dec. 2. n. 10. de offic. Judic. deleg. Ludovis. dec. 127. n. 2.*

6 Quarta Conclusio, ubi est præsens Princeps, qui dicitur delegasse, enunciatio probat delegationem *Guazz. def. 1. cap. 1. n. 11. & def. 13. cap. 6. n. 4. Farin. in verb. delegato nu. 97.* quàm tamen limitationem non admittit *Author hic sub n. 7.*

7 Quinta Conclusio, quod ubi citatus cum enunciativa delegationis facilè potest de delegatione certificari, & sine ejus incommodo, & præjudicio, citatio tunc substinetur, etiam delegationis tenore non inserto, *Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 32. sub n. 35. Farin. cit. lit. D. n. 93.* ubi quod si præsens sit citatus, vel in eadem Diœcesi *Abb. in cap. præterea n. 5. ad fin. vers. aut agitur de levi præjudicio de dilat. Jason. cons. 155. n. 6. & 7. lib. 4. Andr. Gaill. pract. obser. lib. 1. obser. 48. n. 22. Sarnen. dec. 53. lib. 1. Ludovis. dec. 197. n. 6. & 7.*

8 Sexta Conclusio, ubi Delegatum se faciens, persona est in dignitate constituta, ejus enunciativæ credi debet, etiamsi tenor delegationis non exprimatur *Farin. in d. c. cum in jure num. 5.* ubi de citato à simplici Sacerdote, pro quo non præsumitur *Decian. cons. 118. n. 157. lib. 1. Menoch. cons. 100. n. 71. Raud. cons. 17. n. 91. tom. 1. Farin. lit. D. verb. Delegati nu. 94. Burg. de mod. proced. ex abrupto qu. 90. n. 16. Thor. vot. 1. n. 52. lib. 2.*

9 Declara tamen sextam hanc Conclusionem, ut procedat ad effectum solum, ut citatus, qui alias comparere non teneretur, coram citante, si delegatum se non faceret in causa, puta quia uti Ordinarius eum citare non potuisset, comparere teneatur, si persona sit in dignitate constituta, sed non ut ejus assertioni credere cogatur quoad delegationem. Esset enim ista opinio contra casum juris expressum in *l. unic. C. de mandat. Princip.* ubi quod Principis mandatum non probatur, nisi per scripturam *in c. præterea de dilat. in c. ex parte de offic. ordin. & in c. unic. 8. quæst. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 15. n. 12. Duran. dec. 6. n. 5.* cogetur enim ex ista citatione comparere, & non comparendo contumaciam legitimè contrahet, verùm, si credere nolit enunciatæ delegationi, poterit instare, & protestari, ut sibi consignetur copia, immò etiam ostendatur originale *Felin. in d. cap. cum in jure n. 6. de offic. & potest. Jud. deleg. Ludovis. cit. dec. 127. n. 6. & 7. Duran. dec. 6. n. 2. & 3. Salgad. de retent. Bullar. p. 2. c. 24. n. 45. Fontan. decis. 354. n. 3.* sed interim si enuncians alias sit persona in dignitate posita, & præsens sit citatus, vel in loco propinquo, ubi sine incommodo potest de veritate certificari, enunciatio præsumet enunciatum *Decian. d. cons. 18. n. 156. vers. puto Farin. & alii locis supra allegat.* prout de natura præsumptionis est, ut probet interim, donec appareat de veritate plenius *Rub. de testam. cap. 97. n. 330.* quando scilicet non incommodatur citatus, si non credat, & vult certificari, secus si cum ejus incommodo, & præjudicio hoc facere deberet *Scacc. d. cap. 32. n. 35. Farin. verb. delegatus n. 93. Mysing. obser. 1. cent. 3. n. 3.* qui irrationabiliter refert, dictum *Panormitani*, de levi, gravi, & gravissimo præjudicio, esse singulare, cum eum sequantur *Add. ad Felin. in c. cum in jure n. 6. de offic. Deleg. vers. secundus est Foller. ad Marant. in suo spec. verb. an sit judicium ordinarium, vel delegatum n. 55. Scacc. lib. 1. de Judic. cap. 32. vers. finem Vant. de nullit. ex defect. cit. n. 47. Farin. in fragm. lit. D. verb. Delegatio n. 93. Jas. cons. 155. num. 6. & 7. lib. 4. idem Gaill. pract. obser. lib. 1. obser. 48. n. 22.* ubi quod ità procedit dictum *Felin.* & aliorum, qui volunt copiam delegationis necessariò non esse transmittendam *Ludovis. dec. 127. n. 6. & 7.*

Nec videtur tuta responsio, quam Author hic sub *n. 7.* assignat, nempè distinctionem prædictam non admitti in judicio, & in causa criminali, quia inibi semper de gravi, & gravissimo præjudicio rei citati agitur, dum ex ea devenitur ad forjudicationem, & condemnationem capitalem. Quia *Panor. Felin. Vant.* & cæteri DD. qui hanc distinctionem de levi, & gravi præjudicio ponunt, non se fundant in præjudi-

Digitized by Google

judicio, quod citatus recipit ex ipsa citatione, an scilicet materia illa gravis sit, vel levis pro qua vocatur, sed an dubitans de delegatione enunciata cum ejus incommodo, & præjudicio debeat certificari, ut videre est *Ludovis.cit.dec.127.n.6.Sarnen. dec.53.lib.1. Farin.cit.n.93. & Scacc.cap.32.in fin.* sed tutior videbitur illa, quæ deducitur ex *Achil. de Grass. dec.10. de dol. & contum.* ubi vult in ista DD. varietate, attendi stylum Curiæ, quia potest variare, & admittunt *Decian. Farin. & aliis locis supra citatis*. Et quia de gravissimo agitur præjudicio in causis criminalibus, praxis admisit tutiorem opinionem, ut transmittatur insertus tenor delegationis, prout testatur *Author* decisum in illa causa *Pauli Magnacervi n.5. in fin.* Et ità existimarem servari debere indifferenter, ne amaritudinem occurreret Judex, quando postmodum ageretur de exequutione sententiæ, quæ magna esset meo judicio, si dato termino ad dicendum causam quare sententia exequi non debeat, capto bandito in contumaciam, juxtà observantiam, de qua per *Farin. qu.11.n.47. vers.& ex his, & Scacc.de judic. lib.1. cap.97. n.101.* exciperet banditus, se non venisse, quia sciebat, citantem non esse suum Judicem, nec credere debebat enunciatæ delegationi, illius saltem tenore non inserto in eadem citatione transmissa. Siquidem talis exceptio non nisi cum magna amaritudine sperni posset ex juribus, & authoribus DD. allegatis, & qui etiam ultrà allegari fuerunt omissi, nisi stylus Curiæ amaritudinem tolleret, & ideo dum potest tali amaritudini à principio occurri, securior opinio sequenda videtur, ut scilicet Judex debeat tenorem delegationis cum eadem citatione transmittere.

11 Quid autem si Judex valens ex sua Jurisdictione procedere, delegatio ei adjungatur, an inquam uti Ordinarius præsumatur procedere, an uti delegatus, quando constare non potest hoc specialiter ex processu? ardua est quæstio, ut videre est *Trivis. dec.1.n.15. Guazz. def.1.cap.1.n.27. Giurb.cons.39. num.5.* quod enim in dubio potiùs, uti delegatus, quam ordinarius censeri debeat, voluerunt *Anton. de Eutr. in c.cum ex officio de præscript. n.8. Felin. ibid.n.34.* ubi præcipuè si in sententia adesset clausula, omni meliori modo *Giganf. cons.81.n.7. Port. cons.187.n.16. Decian.resp.41.num.26.lib.2. Peret. cons.189.n.4. Trivis.d.dec.1.n.15. Cavalc. de brach. reg.par.1.n.264.* etiamsi expressisset se Ordinarium, subscribendo scilicet se Locumtententem, vel Gubernatorem *Felin.ibid.n.35.* nisi aliter appareret ex actis, vel nisi ordinaria facultas esset expresse revocata *Guazz.def.1.cap.1.num.27. Avil.in l.prætor gloss.9.de commiss.n.10. Scacc.de judic.lib.1.cap.16. n.5.ad fin.* Incontrarium, quod uti Ordinarius, non uti Delegatus existimari debeat processisse, voluerunt *Feder.de fen.cons.125. Alex.cons.55.lib.6.n.5. Bald.in c.ult.col.1. de re judic. Felin.in d.c.cum ex officio num.34.vers.si autem Judices, Menoch.de præsumpt.lib.2. præsumpt.17.n.2. & 3. Vant.de nullit. tit.de defect.Jurisd.ordin.n.172. Bovadil.lib.2. polit. cap. 20. n.30.* qui in specie reprobat *Trivis. Scacc. & Avil. Petr.Cen.can.quæst.qu.34.n.8.*

12 Distingue tamen cum *Menoch.cit.præs.17.per tot.* ubi materiam dividit in tres casus. Primus, quando ex eisdem actis constare potest, qua Jurisdictione, & potestate usus sit, & tunc cessat disputatio. Secundus casus, quando ex actis non potest apparere, & processus substineri potest, tam secundum ordinariam, quàm secundum delegatam Jurisdictionem, & tunc uti Ordinarius præsumitur processisse, reddens rationem, quia non extraordinario, specialique jure, sed communi potius usus præsumitur *l.quamquam, & l.in testamento la prima, ff.de testam.milit.* & quia Jurisdictio ordinaria dicitur esse firmior, & potentior ipsa delegata, ut *num.2. & 3.* Declara tamen, & intellige hanc conclusionem, & secundum membrum distinctionis procedere, quando delegatio non est facta à Principe, seù à Summo Pontifice, quia tunc præsumetur processisse tanquam Delegatus, & non Ordinarius ex doctrina *Jo: Andr.in c.ult.col.1. vers.Item quando concurrunt de re judic. Felin.Parisi & alii relat. per eum loc.cit.n.4. & 5.* Tertius casus, quando ex actis apparere non potest, qua potestate usus sit Judex, sed secundum Jurisdictionem ordinariam processus, & sententia substineri non possunt, sed solùm secundum delegatam, hoc in casu receptam magis opinionem fatetur hunc Judicem præsumi usum Jurisdictione delegata, ut videre est eum *num.6. & 7.*

13 Jurisdictio autem censetur in dubio excitata, non delegata, ut notat *Author hic adde Monach. dec. Lucen.21.n.47. Mastril.dec.241.n.60. Giurb.cons.39. num.1. & 25. Cened.can.quæst.qu.34.n.7.* Nisi causa committatur, quæ ad Ordinarium non spectaret, vel spectaret, sed ex commissione ordinaria Jurisdictio fuisset alterata, addendo, vel minuendo, ut advertit *Author hic sub num.6. Maur.Burg. de mod. proced. ex abrupt.qu.74.per tot. Guazz. def.1.cap.1. n.23.in fin.Giurb.cit.cons.39.n.26.*

14 Et nota, quod rescriptum subreptitium adhuc tribuit Jurisdictionem, nisi de subreptione objiciatur, ut advertit *Author hic sub n.4. & Marches. de commiss.avocat.caus.p.2.§.3.n.28. & 29. Rot.dec.65. de appellat.in antiq.* ad quod vide *Felin.in c.ad audientiam il.2.à n.18. de rescriptis.*

15 Nota etiam, quod Delegatus contendens cum Ordinario de sua Jurisdictione ipse se declarat Judicem, & suam esse Jurisdictionem *Merlin.Pignat. cent.2.cap.64.n.25.*

16 An autem commissio directa Vicario, vel alteri in dignitate constituto exequi possit per successorem, vide *Sperel.decis.31.à n.10.*

SUMMARIUM.

1 *Quænam species Jurisdictionis sit necessaria ad forjudicationem, & quo tempore debeat illa adesse?*

An Barones possint forjudicare.

2 *An ante citationem necesse sit, ut constet in processu de Jurisdictione delegata, vel ordinaria?*

3 *Quænam Jurisdictionis competentia in Judice volente procedere ad forjudicationem requiritur.*

An Vassalli Baronum indistinctè possint à Magna Curia, vel Regia Audientia citari non obstantibus Baronum privilegiis.

4 *An data incompetentia Judicis possit in materia forjudicationis prorogari Jurisdictio in habentem merum imperium non in citandum, sed in alios?*

Refertur quædam illatio ad propositum.

5 *An si per errorem Judex procedat committat nullitatem, etiam si sit Judex ordinarius citati, refertur casus in facti contingentia.*

6 *An quando dubia est in jure, vel in facto Judicis incompetentia teneatur citatus comparere?*

7 *Ex quibus causis possit quis forum sortiri, & an sit necessaria consideratio fori, quem constituit assidua conversatio, vel potius ille confundatur cum foro domicilii?*

8 *An Judex originis, vel domicilii possit citare subditum ratione originis, vel domicilii, & an hoc possit face-*

Digitized by Google

facere Baro, qui in investitura non habet hoc privilegium? copiosè discutitur.

9 *An, & quando poterit quis extra Territorium citari?*

An Jurisdictio voluntaria, vel contentiosa possit extra Territorium exerceri?

10 *An vera sit conclusio, quod si Baro non habeat in privilegio potestatem cognoscendi de delictis commissis extra Territorium, si per vassallum committatur delictum extra Territorium, & Regium Tribunal præveniat in captura vassalli, Baro excludendus sit ob istam præventionem à Regio Tribunali latè discutitur: afferuntur rationes hinc inde, & vera ratio demonstratur, qua prædictæ conclusionis affirmativæ veritas sustinetur.*

An in hoc casu Barones habeant Jurisdictionem cumulative tantum cum Regiis Tribunalibus traditur; & de viribus præventionis inter Curiam Baronalem, & Regias Audientias, vel Magnam Curiam nonnulla etiam attinguntur.

De Jurisdictione, & competentia Judicis requisita ad forjudicationem.

RESOLUTIO XIII.

1 AD validitatem forjudicationis necessarium est merum imperium, quia cum forjudicatio nihil aliud sit, quam absentis ad mortem condemnatio, ut alibi dixi, necessarium est Judici, qui aliquem forjudicare intendit, merum imperium, ad quod pertinet gladii potestas, *l.3. ff.de jurisdict.omn judic. Afflict.in d.constit pœnam eorum num.*16. ubi tradit, quod nec sufficeret merum imperium superveniens post citationem per regulam, quod quando requiritur, ut quis sit habilis ad aliquem actum, necessaria est habilitas tempore quo fit ille actus, nec sufficit eam supervenire ex post facto, *Jo: Anton.de Nigris in cap. sive quis sit forbannitus n.*19. qui *n.*27. ex ejusdem *Afflict.* auctoritate hanc forjudicandi potestatem ampliat etiam ad Ba-
2 rones habentes merum imperium in terris sibi subditis. Supradicta amplianda sunt ad Judicem delegatum, ut ante citationem, & ante omnia rescriptum delegationis debeat esse præsentatum in processu, alioquin citatio esset invalida, nec convalidaretur ex superveniente delegatione, immò hoc locum habet, etiam si delegatio esset expedita, & delegatus Judex de hoc notitiam haberet, quia hoc non sufficeret ad validitatem citationis, *Bald. in l. eum qui n.*5. *ff.de jurisdict.omn. Felin.in cap.cum ex officii nu.*35. *extra de præscript. Gratian. discept. forens.*170.*n.*20. & alii per eos relati; quamvis quando agitur de jurisdictione ordinaria, non est necesse, ut de ea in processu constet, *Cancer. var.resol.par.*2. *cap.*2.*num.*194. & ratio est, quia jurisdictio delegati debilior est jurisdictione Judicis ordinarii, *Cancer. ibid.n.*195. *Guazz.def.*1.*cap.*1.*n.*10.

3 Debet etiam Judex antequam citationem expediat, expendere an ipse sit Judex competens, nam alioquin defectus jurisdictionis omnia acta nulla reddet, *Bald.in l.scire oportet, §.hæc de his, ff.de excus. tut. Marsil.sing.*562. quos refert *Anton. de Nigr. in dict.capitulo, sive quis sit forbannitus nu.*19. *in fine, Guazz.def.*1.*cap.*9 *n.*10. ubi quia citatio non tribuit jurisdictionem ei, qui nullam in casu in quo citat jurisdictionem habet, & quod nulla est dicta citatio *Gaill.pract. observ. lib.*1. *cap.*48.*n.*7. nulla enim est major nullitas quam jurisdictionis incompetentia, & nemo est, qui dubitet inquisitionem ab incompetente Judice formatam nullam, & invalidam esse *tot.tit. C.si à non competente Judic. Farinac.* plenè *de inquisitione qu.*7.*n.*1. *Guazz.defens.*1.*c.*1. quod intelligendum est, quando Judex est omnino incompetens, ut puta quia non sit competens nec ratione originis, nec ratione loci delicti, *Farinac.d.q.*7.*n.*1. cum aliis ad saturitatem relatis, quos hic non transcribo: secus vero si sit competens, sed ejus jurisdictio possit declarari, ut sunt Magna Curia, & Regiæ Audientiæ, quæ ordinariam habent in Regno, vel in provinciis jurisdictionem etiam in vassallos Baronum, quousque ipsarum jurisdictio declinetur: tenentur enim etiam notorii Baronum vassalli ab iis tribunalibus citati comparere, etiam si in privilegiis ipsorum adesset clausula, ut eorum vassalli à nemine alio Judice possint contumaces reputari, & quod citati non teneantur comparere; quia hæc clausula non servatur, neque unquam in ejus possessione Barones fuerunt, *Caravit. Rit.*205. *n.*4. *Capiblanc.de Baronib.pragm.*8.*p.*2.*n.*85. Nec supradictis de invaliditate citationis proveniente ex incompetentia Judicis refragatur id quod aliqui
4 opinantur, posse scilicet jurisdictionem criminalem prorogari in eum, qui licet incompetens sit tam ratione originis, quam ratione domicilii, vel loci delicti, habeat tamen similem jurisdictionem in alios, si consensus illius interveniat, qui ei subditus non est, *Farinac.d.q.*7.*n.*4. cum aliis per eum adductis, *Guazz.defens.*1.*c.*7.*n.*4. & *seq.* ubi conciliat opiniones, ut affirmativa opinio procedat in præjudicium partium consentientium prorogationi, secus in præjudicium Judicis competentis, quia, utcumque sit vera hæc opinio permittens prorogationem, ea locum habere non poterit in hoc judicio contumaciali; ratio est, quia cum non sit Reus in judicio præsens, sed contumax, contumacia non inducit consensum, & consequenter non potest operari prorogationem; quæ consensum requirit, *Boss.de for.comp.n.*180. *Farinac.quæst.*7.*n.*4. *vers. sublimita* 2. ex quo in facti contingentia, uti Fisci Advocatus adverti eum, qui uti Fisci patronus in quadam causa forjudicationis insteterat, effectum postea Regium Auditorem non posse absque nullitate votum proferre in eadem causa, cum ageretur de proferenda sententia forjudicationis: nam inquisitus contumax non potest dici in Judicem consentire, cum ad inducendum consensum sit necessaria inquisiti præsentia, & interventus, *Clar. qu.*42. *n.*3. & consequenter obstabat *decis.*40. *Sac. Cons.Neap.* relata per *Reg. Tappiam*, in qua fuit decisum Fisci patronum effectum Judicem in eodem tribunali non posse absque partis consensu in eadem causa, in qua fuit Fisci Advocatus, votum proferre: ex quibus etiam infero, quod cum Baro in terra demaniali non possit jurisdictionem exercere absque collitigantium expresso consensu, & saltem tacito superioris consensu *Giurb.cons.crim.* 52.*n.*17. in hoc casu non posset ob supradictam rationem, quod contumax non præsumitur consentire, procedere hoc judicium contumaciale.

5 Quod dixi validam esse citationem factam à Judice competente, cujus jurisdictio possit declinari, limitandum videtur, ubi per errorem aliqua erronea causa motus Judex ad citationem processisset, errantis enim nullus est consensus *l.si per errorem, ff.de jurisd. omn. jud.* & memini, quod cum Regia Audientia Luceriæ, in qua fungebar munere Advocati Fiscalis, sub prætextu fori inhibuisset Curiæ Carpeni, ut trasmitteret ad se processum Marci

Tam-

Digitized by Google

Tamburri, & in causa amplius non procederet, ac processisset ad citationem, & ad forjudicationem ipsius Marci, fuit, cum dicto Marco in carceribus constituto ageretur de exequenda forjudicationis sententia, proposita nullitas, quod personæ, quæ elegerat forum Regiæ Audientiæ hoc jus eligendi non competebat, idque ex actis trasmissis ad Regiam Audientiam constabat, fuitque hæc nullitas admissa, ita jubente Domino Regni Prorege de anno 1627. quem ego certiorem reddideram, cum contrarium uti Fisci Advocatus contenderem.

6 Aliud asserendum fuisset si ex actis hic error non constitisset, nam cum quousque à partibus non opponatur, omnium accusationes, & querelæ indistinctè recipiantur, test. *de Franc.decis.*382.*nu.*10. ubi *Amendola in addit. Bajard. ad Clar. quæst.* 14. *num.*28.*in fin. Caravit.rit.*191. *num.*8. validus erit processus contumacialis ad cujuscumque instantiam factus, quando ex actis accusantis incompetentia non constat; quemadmodum id quod dictum est Judicis incompetentiam vitiare citationem, intelligendum est, dummodo ex actis constet incompetentia, quia ubi dubium est sit ne Judex competens is qui ad citationem procedit, ratione dubii, quod, & in facto, & in jure consistere potest, tenetur citatus comparere, *Bald.in l. si quis ex aliena nu.* 1. *& seq. ff. de judiciis*, *Muscatell. tom.* 1. *part.*2. *gloss. competentes num.*23. *Gaill. pract. quæst.lib.*1. *c.*48. *num.*7. *& seq.*

7 Ex supradictis habes, quod ad hoc ut forjudicatio ex defectu potestatis, vel incompetentiæ jurisdictionis non corruat, necesse est ut Judex habeat merum imperium, & quod sit competens Judex forjudicandi, vel ratione loci delicti, vel ratione originis, vel ratione domicilii; addunt alii, & quartum forum nempe loci ubi quis plurimum conversatur, *Franc.decis.*27.*num.*1. *Reg.Tappia lib.*3. *de jure Regni in tit. ubi de crimine agi oportet ad pragm.primam, ubi de delicto num.*52. *Farin.qu.*7. *num.* 3. (quicquid in contrarium scripserit de foro originis, vel domicilii, *Gramm. decis.* 26. contra quem est communis opinio ulu in hoc Regno recepta) sed verè non videtur necessaria hæc quarti fori consideratio, nam hæc assidua conversatio non habetur in consideratione, nisi sit quis per decennium conversatus, & consequenter domicilium saltim præsumptum oriens ex conversatione decem annorum constituerit, ita deduco ex dictis per *Boss. de foro competenti num.*71. & per *Clar. §. fin.q.*36. *vers. quæro numquid*, ubi quod non vidit haberi rationem hujus fori, nisi reus constituerit domicilium, per *Mutam ad pragmaticam Sicul. de foro competenti tit.* 10. *num.* 27. ubi quod ratione convetlationis assiduæ per annos decem quis forum sortitur in delictis, licet alio modo subditus non sit neque ratione loci delicti, neque ratione originis, neque ratione domicilii, per *Farinac.* clarius *d.quæst.*7.*num.*4.*vers. sublimitando*, junctis dictis per *Menoch.de arbitr.casu* 87.*num.*26.*&* 27. *Farin. in prax.in verbo domicilium num.*306.*& sequen.*ubi quod ex conversatione per decennium præsumptivè constituitur domicilium; undè vel forus assiduæ conversationis confunditur cum foro domicilii, vel si velimus eum distinguere, dici potest, quod cum domicilium expressè, & præsumptivè constituatur juxtà supradicta, additis dictis per eosdem, nempè *Menoch.eadem q.*86.*num.*1.*vers. primus est casus Farin.in eodem verbo domicilium num.*211.*& sequ.* ubi ad plenum de modis constituendi expressum, vel præsumptum domicilium, forus assiduè conversationis est distinctus à foro domicilii expressa destinatione constituti, sed non à foro præsumpti domicilii.

8 Sed adhuc dubitari potest an indistinctè Judex originis, vel domicilii possit expedire citationem contra subditum ratione originis, vel domicilii propter delictum commissum extra territorium; respondeo cum distinctione, quod aut delinquens est subditus tam ratione originis, quam domicilii, & proculdubio potest per Judicem domicilii citari quoad omnes effectus, ita *Abbas in cap. fin. de foro competent. nu.*41. ubi attestatur hanc esse communem opinionem *Foller. in verbo audiantur excusatores num.*129.*in fine*, *Capiblanc. prag.*8.*de Baron. parte* 2.*num.*241. *& num.*249. *tom.*1. *&* 2. *cap.*60. *num.*7.*Clar.§.fin. quæst.*39. *nu.*2. ubi quod est communis opinio, quicquid dicat *Gram. decis.*26.*n.*9. ubi quod hic forus procedit, si delinquens reperiatur in loco, in quo ex aliquo capite domicilium sortiretur, quem *Gram.* refert, & sequitur *Joseph Lud.decis.*16. *num.*40. *& seq.* ubi colligit ex mente *Gram.* quod ratione originis, vel domicilii potest quis à Judice originis, vel domicilii puniri si delinquens reperiatur in loco; quod neque est ad mentem *Gram.* quoad forum originis, nam Mag.Cur. quæ, ut supra dixi, est competens Judex in toto Regno, erat respectu illius Hebræi delinquentis oriundi è Civitate Lanciani sita in Regno, & habitatoris in Civitate Anconæ extra Regnum Judex originis, Hebræus reperiebatur in fortiis M. C. & tamen sentit Grammaticus M. C. non potuisse cognoscere de delicto per ipsum Hebræum extra Regnum commisso; & sic in illa decisione non admisit opinionem, quod si subditus ratione originis tantum delinquens extra territorium reperiatur in loco originis, possit à Judice originis puniri, licet in loco originis non habeat domicilium, quod sensit etiam *Fachin.controv.*20.*in fin.lib.*9. facit etiam pro hoc primo distinctionis capite *pragmatica prima ubi de delicto* infra ponderanda. Aut delinquens est subditus ratione originis tantùm, & tunc major est difficultas, nam quod non possit conveniri pro delicto alibi commisso, nisi reperiatur in loco originis, docet *Abbas in cap.* 1. *de foro competenti num.*6. *vers. quod intelligo*, *Bart. in l. assumptio §.* 1. *num.*2. *vers. quarto casu ff. ad municipalem*, *Boss. in tit. de foro competenti num.*73. ubi alios adducit, & testatur de communi *Capiblanc. in locis supra allegatis*, ubi quod domicilii forus validior est foro originis, *Fachin.lib.*9.*controv.*20. *vers fin.*ubi loquitur tam de foro originis, quam domicilii: in contrarium est quotidiana observantia, si credimus *Claro dicto §.fin.q.*39.*in principio*, extat *prag.*1.*in tit. ubi de delicto*, ubi quod delinquentis remissio facienda est ad locum originis, vel domicilii, & sic expressè disponit pro jurisdictione Judicis originis, vel domicilii, licet delinquens non reperiatur in loco originis, vel domicilii, sed in manu, & loco alterius Judicis incompetentis; quam *prag.primam* ad rem adduxit *Carleval.*postea visus *de judic.lib.*1. *disp.*2.*num.*747. ad probandum scilicet quod Judex originis, vel domicilii possit contra absentem procedere. Ex his infero posse Baronem ratione originis, vel domicilii procedere ad forjudicationem sui subditi delinquentis extra Territorium, licet in privilegio non habeat clausulam seù potestatem cognoscendi de delictis commissis extra Territorium & etiamsi in privilegio solum concedatur potestas cognoscendi de delictis commissis per vassallos in Territorio delinquentes; & ratio est, quia etsi tenor privilegii, & investituræ servandus sit, nec ultra concessa sit potestas extendenda, *Foller.in verbo audian-*

Digitized by Google

bo audiantur excuſatores num.129.in princ. & Conſtitut. Regni Capitaneorum num.49. cum aliis per eum adductis, conceſſa tamen Baronia, & juriſdictione in Caſtro, conſequenter videntur conceſſa omnia illa, quæ de jure communi acquiruntur vigore talis juriſdictionis in caſtro conceſſæ: & ex quo per privilegium Baro eſt effectus Judex originis, vel domicilii, in conſequentiam videntur translata omnia illa, quæ à jure Judici originis, vel domicilii conceſſa ſunt, & cum de jure Judici originis, vel domicilii ſit conceſſum, ut ſupra dictum eſt, procedere contra ſubditos extra territorium delinquentes, hæc poteſtas in conſequentiam translata eſt, *Foller. in dicta Conſtit. Regni Capitaneorum num.45. & 49. & num.70.* concordat *Franch. deciſ.* 66. ubi ita deciſum teſtatur, ſive per accuſationem, ſive per inquiſitionem procedatur: hæc de foro originis, vel domicilii, quia de foro loci delicti dubium non eſt, eum eſſe cæteris potentiorem, *§. ſi vero quis comprehenſorum verſ. ſi vero cognoſcatur in Autent. ut nulli Judicum*, cui concordat *prag. 5. ubi de delicto.*

9 Sed quomodo ſi opus fuerit poterit quis extra territorium decernentis citationem, citari? *Abbas in dicto cap. primo de foro competenti num.* 41. docet decernendam eſſe citationem in loco juriſdictionis, ſed poſſe eam intimari extra territorium, ex eo quia intimatio non ſit actus judiciarius, ſed in practica ſervandum eſt, ut id fiat cum imploratione brachii Judicis territorii; alioquin id jubens incurreret crimen uſurpatæ juriſdictionis, *Regens Rovit. pragmatica 4. num. 4. de ordine judiciorum*, quamvis citatio arctaret citatum ad comparendum, *Rovit. pragmat. 1. num. 16. de juriſdictionibus invicem non turbandis*, dummodo citatio eſſet ad comparendum in loco congruo, *Rovit. ead. prag. 4. num. 4. Giurb. conſ. crimin. 52. num. 15. Capiblanc. pragmat. 3. de Baronib. tom. 1. num. 240.* licet aliud eſſet dicendum, ſi citatio fieret ad comparendum in loco incongruo, & non ſubdito, vel citatio eſſet decreta extra locum juriſdictionis, *Abbas ubi ſupra, Giurb. dicto conſil. criminal. 52. eod. num. 15. verſ. locus, & verſiculo ſecundò citatio.*

Advertendum etiam eſt, quod Baro, ſeù Curia Baronalis non poteſt extra territorium contentioſam exercere juriſdictionem, contentioſa enim juriſdictio territorio cohæret, & terminatur, adeo ut extra territorium jus dicenti impunè non pareatur, *Caball. reſol. 120. num. 7. & 11. Giurb. conſ. 52. num. 12. & ſeq.* quia tamen voluntariam juriſdictionem extra territorium exercere poteſt, *Caball. ead. reſol. 120. num. 11.* poterit cauſam delegare in territorio terminandam, idem *num. 6.* licet delegatio fiat extra territorium, ut per eundem: unde infertur, quod hoc modo delegatus poterit procedere ad citationem, & forjudicationem, alias ſecus, cum extra delegantis juriſdictionem actus contentioſæ juriſdictionis minimè valeret ex ſupradictis, & extra locum juriſdictionis procedens, uti privatus reputetur; *Caball. reſ. 120. num. 2.*

10 Supradicta, ut hunc punctum obiter tangam, me ancipitem quandoque reddidere, an vera ſit concluſio tradita per *Follerium in praxi criminali in verbo audiantur excuſatores num. 129. & in Conſtitut. Regni Capitaneorum num. 49.* ubi exiſtimat, quod ſi Baro in privilegio inveſtituræ clauſulam non habeat cognoſcendi de delictis commiſſis extra territorium, licet ut Judex originis, vel domicilii poſſit cognoſcere de delicto extra territorium commiſſo, ſi tamen Reg. Aud. prævenerit in capiendo delinquentem, & in manibus habeat, hoc caſu jus non habebit petendi remiſſionem, carceratumque repetendi à manibus dictæ Regiæ Audientiæ; & *Foller.* referunt, & ſequuntur *Rovit. prag. 1. ubi de delicto num. 26. & Dominus Reg. Merlinus controv. 100. num. fin. lib. 1.* ubi ſæpiſſimè *Foller.* dictum ſervari feciſſe in M.C. teſtatur. Cogitabam hanc *Foller.* traditionem poſſe ſubſtineri data pro vera opinione, quod Judex originis, vel domicilii non poſſit procedere pro delicto extra territorium commiſſo, niſi delinquens reperiatur in loco originis, vel domicilii, hoc enim caſu exiſtente penes Regium Tribunal, & in ejus manibus delinquente, & ſic abſente à loco originis, vel domicilii, prout ſunt termini, in quibus loquitur *Foller.* conſequens eſſet Baronem originis, vel domicilii nullam habere in dictum vaſſallum, qui extra territorium delinquit, cognitionem; videbatur dici poſſe *Foller.* hoc fundamento nixum, dum in eodem *num. 129. in verbo audiantur excuſatores, & in Conſtitutione Capitaneorum num. 44.* videtur reſtringere juriſdictionem Judicis originis, vel domicilii, ſi ſubditus reperiatur in loco domicilii, vel originis, ut *num. 129.* ſeu ut loquitur dicto *num. 44.* ſi Judex originis, vel domicilii carceratum apud ſe habeat: ſed quoniam, ut ſuprà vidimus, hoc fundamentum corruit, & verè *Foller.* fundavit ſuum dictum in ratione præventionis, ut colligitur ex expreſſis verbis *Foller. in dicta Conſtitutione Capitaneorum num. 49.* ubi etiam allegat *Albericum, qui in l. hæres abſens §. l. nu. 7. in fine ff. de judiciis*, auctoritate *Jacobi de Ravenna* tradit quod in delictis non ſit remiſſio, ſi antequam petatur remiſſio accuſatus erat coram Judice domicilii, ſed quod Judex domicilii procederet ad condemnationem, vel abſolutionem, cujus auctoritas adducitur à *Foller.* ad probandum, quod ex duobus Judicibus competentibus, is præfertur, qui prævenit; cui *Alberici* dicto concordat *Franc. deciſ. 505. num. 9. Reg. Tappia in ſuo tractatu de jure Regni lib. 3. fol. 38. in prag. 1. ubi de delicto nu. 9. Capiblanc. pragmat. 8. part. 2. num. 210.* tradentes Judicem originis prævenientem potiorem eſſe Judice delicti, & ità ſervari; ſed contradicunt alii, dum exiſtimant, quoad forum loci delicti, illum ſemper eſſe potiorem non obſtante præventione Judicis originis, vel domicilii, ut ex *Rov. d. prag. 1. à n. 10. ex Caball. reſol. 162. num. 10. & ſeq. & Farin. qu. 7. num. 25. & ſeq.* colligitur: ſed quicquid ſit de hac controverſia, contra prædictam *Foller.* doctrinam fundatam in præventione Reg. Tribunalis ſatis urgere videtur, quod vix intelligi poteſt, quomodo præventio in hoc caſu operari poſſit contra Barones, nam præventio operatur in Judices habentes parem; ſeù cumulativam juriſdictionem, non inter Barones, & Regiam Curiam, cum Barones habeant juriſdictionem ex privilegio, quo caſu privativè illis competit quoad Regios Superiores, ſeu Regia Tribunalia, quicquid ſit quoad ipſum Principem, *Gram. deciſ. 30. num. 12. Menoch. de præſumpt. præſumptione 18. lib. 2. num. 5. de Pont. de poteſt. Proregis in. titul. 2. de elect. official. §. 1. nu. 21. Guazzin. defenſ. 1. cap. 10. num. 17. Foller. in verb. audiantur excuſatores num. 160. Capiblanc. de Baron. tom. 2. cap. 27. n. 6.* ubi quod contraria opinio intelligitur quando juriſdictio conceditur in officium, ſecus quando in feudum, ſed ſubſtinendo opinionem *Follerii* obſervantia M. C. & tanti viri nempe *Domini Reg. Merlini* atteſtatione fundatam, reſpondeo, quod illud, quod dicitur juriſdictionem Baronum intelligi cum clauſula privativa reſpectu Regiorum Tribunalium, procedit in conceſſis in

privilegio, ut loquuntur præcitati Doctores, sed potestas quam habent Barones, ubi hoc in privilegio non est concessum pro delictis commissis extra territorium, oritur ut supra dictum est ex dispositione juris communis, quæ Judici territorii, & vassallorum delinquentium in territorio tribuit, & communicat in consequentiam jurisdictionem cognoscendi de delictis commissis extra territorium, & cum non possit dici, ut supponimus, concessa in privilegio, quod ultra expressa non potest extendi, *Anchar. cons.*438. & supra tetigi, auctoritates loquentes de jurisdictione privativa Baronum qui eam habuerunt in privilegio, non possunt applicari ad hunc casum, in quo privilegium non adest. Si igitur tam Regia Audientia, quæ ex dispositione juris Judex competens est in tota Provincia sicut M. Cur. in toto Regno, ut alibi diximus ex *Carav.ritu* 230.*l.*4.*l.ex omnibus cum l.seq. ff.de officio Præsidis*, quam Barones, ubi privilegium non habent, ex juris dispositione potestatem supradictam habent, sequitur Barones in hoc casu non privativè, sed cumulativè illam habere, cum jurisdictio, quæ à jure tribuitur non privativè, sed cumulativè concessa censeatur, *Menoch. præsumpt.*18.*lib.*2.*nu.*8.*& alii per eum relati*, ac prævention ex supradictis operabitur effectum suum in favorem prævenientis, cum tractetur de habentibus parem jurisdictionem.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Jurisdictio meri imperii requiritur ad forjudicandum, seu ad panam mortis condemnandum reum.*

2 *Merum imperium quid sit? & in quo consistat? num.seq.*

4 *Mixtum imperium quale dicatur, & quando cohæreat jurisdictioni?*

5 *Jurisdictio criminalis de consensu partium potest prorogari, sed non in præjudicium Judicis competentis.*

6 *Jurisdictionis prorogatio non inducitur ex tacito rei consensu.*

7 *Judex qui fuit Advocatus in aliqua causa, nec de consensu partium potest super eadem causa votum proferre.*

8 *Officialis suspectus ipso jure debet de per se absque recusatione abstinere à votando, alias sententia redditur nulla.*

9 *Consensus tacitus per non oppositionem, an sufficiat Judici, si sine consensu Partium judicare non valeret, & num.seq.*

10 *Officialis Baronis procedit in causa concernente interesse ipsius Baronis, nisi suspectus allegetur.*

11 *Consensus tacitus in jurisdictione an oritur ex contumacia?*

12 *Absens an admittatur ad allegandam Judicis incompetentiam, & suspicionem?*

13 *Judex, ut legitimè procedat, est necessarium quod sit competens, alias acta per eum erunt nulla.*

14 *Virgo Patrem habens an gaudeat privilegio electionis fori? & num.*16.

15 *Universitas an idem privilegium habeat, & quando inter miserabiles personas connumeretur?*

16 *Virgo stuprata privilegio legis unicæ fruitur agens contra stupratorem, nisi tamen voluntariè fuerit corrupta, & num.*17.

17 *Virgo, vel Vidua hebræa an potiatur eodem privilegio legis unic.*

18 *Privilegium legis unic. quando de jure non competit, Judex nulliter procedit, fallit si ex commissione Principis num.seq.*

19 *Commissio, donec subreptitia detegatur, jurisdictionem tribuit.*

20 *Baro cognoscit delicta Vassallorum, etsi commissa extra jurisdictionem.*

21 *Delinquens in territorio alieno puniri potest à Judice originis, vel domicilii secundum statutum loci originis, vel domicilii, cum statutum expressè loquitur de delinquente extra territorium, alioquin punietur secundum statutum loci delicti, vel secundum jus commune.*

22 *Judex originis, an & quomodo possit punire originarium subditum, qui extra illius territorium delinquit?*

RESOLUTIO XIII.

1 Concludit Author, quod ille Judex potest reum forjudicare, & consequenter ad pœnam mortis condemnare, qui habet merum Imperium, ad quod pertinet gladii potestas *ex l.*3. *ff.de jurisd.omn. Judic.* Merum imperium inquit *Angel.in l.Imperium ff.de jurisd. omn. Judic.* esse po-
2 testatem cognoscendi causas criminales, sequitur *ibidem Longaval.num.*49.*Alciat.lib.*2.*paradox.c.*7. *num.*77. *Claper.de Imper.& Jurisd.conclus.*7.*num.*1. *Duarenus lib.*1.*disput.anniversf.cap.*53.*Coras.d.l.Imperium num.*7.*& lib.*3. *Miscell.Jur.cap.*17. *num.*8. *Menoch.cons.*798.*num.*9. Ipsaque criminalis jurisdictio vocatur merum Imperium, *l.*9. *§. qui mandatum ff.de offic.eius. Bellon.de Jurisd. cap.*8.*num.*4. & nullam habet civilem jurisdictionem *Gisrb.cons.*24.
3 *num.*9. Merum imperium inquit *Bald. consil.* 420. *num.* 2. *lib.* 1. consistit in quatuor, sicut sunt quatuor elementa, in aere, & hoc modo furcæ significant dominium aeris: in igne, ut quando quis comburitur, propter maleficium: in aqua, quando quis ponitur in culeo, seu in flumen projicitur; *l.*1. *C.ubi, qui par. vel fil.occid.* in terra cum quis in terra prosternitur, & decapitatur, *l.* 1. *C.de Episcop. audient.* cum similibus, & de quibus criminibus cognoscant, qui habent merum imperium refert *Cancer.cap.*2. *de jurisd.omnium Judic. & for. compet.nu.*47. Mixtum Imperium est, quod de Imperio, & civili jurisdictione participat *Bellon. lib.*3.
4 *supput.Jur.cap.*5.*num.*3. *Decian.lib.*4. *tract.crimin. cap.*6.*num.*4. *Menoch.cons.*748.*num.*10. *Font.de pact. claus.*4.*glos.*14.*num.*38. *Parlador. lib.*2. *rer.quotid. cap.*1.*n.*1. *Cancer. d.cap.*2. *n.*46. & hoc mixtum Imperium aliquando inest jurisdictioni, aliquando cohæret: inest tunc, cum imperii jus in negotio principaliter exercetur: cohæret vero cum liti principaliter motæ subservit, exercetur enim tunc propter se, sed causa illius jurisdictionis explicandæ, & ad finem optatum producendæ, explicat magistraliter *Menoch.de arbitr.judic. qu.*74. *num.*20. & 21. simplex jurisdictio est, quæ versatur in cognitione, & definitione causarum, *l.Imperium in fin. ubi. Bart. & Classici ff.de jurisd.omn.jud. Menoch.d. cons.*78.*num.*11. *Fontan.glos.*14. *nu.*47. alia ad materiam vide penes *Gisrb.cit.cons.*14.*per tot.*

5 Requirit ulteriùs Author ad legitimam rei forjudicationem substinendam, jurisdictionem in Delinquente, advertens quod jurisdictio criminalis, licet quoad ipsos litigantes prorogari possit, *Add.ad Rovit.pragm.*2.*de jurisd.inuic. non turban.nu.*33. &
6 34. secus quoad præjudicium Judicis competentis; tamen

tam illa prorogatio [illegible] alias fundatur in consensu ipsiusmet rei, non potest fundari in tacito ejusdem rei consensu, qui induceretur ex contumacia *Bossi. tit. de for. compet. num.* 180. *Farin. quæst.* 7. *nu.* 4. *vers. sublimita* 2. cum re vera citatus, & non comparens dicatur dissentire, & non consentire in Judicem citantem, ut advertit *Author hic num.* 4. Inducens ex hoc nullitatem sententiæ & rejudicationis illius rei, qui condemnatus fuerat per Judicem, qui ante in eadem causa intervenerat, uti Fisci Advocatus, cum ex *decis.* 40. Sac. Conf. Neapol. relat. per *Reg. Tapp.* non possit Fisci Patronus effectus Judex in ea causa judicare, in qua partes Fisci defenderat, nisi cum consensu ipsius rei, adde *Scip. Rovit. pragm.* 15. §. 19. *nn.* 20. 21. & 22. ubi meminit de hac *decis.* 40. *Reg. Tapp.* & subjungit, quod *sub cap.* 18. *illius prag.* ordinatur, quod Judex, qui fuit Advocatus
7 in aliqua causa, nec de consensu Partium possit votum suum dare in illa causa, & ita multoties observatum refert, non obstante, quod de consensu Partium processerit in ea ad plures actus.

Adverte tum quod consensus partium prorogat jurisdictionem illius Judicis, qui alias habet jurisdictionem criminalem, eamque exercet, sed non in illa causa prorogata, secus si jurisdictionem criminalem non habeat, sed civilem, quia tunc consensus partium criminalem jurisdictionem dare non potest abundè *Carleval. de judiciis tom.* 1. *disp.* 2. *q.* 8. *num.* 1170. Jurisdictio enim prorogata ejusdem est naturæ, & qualitatis, cujus est illa, quæ prorogatur, *idem Carl. cit. disput.* 2. *num.* 973. & 1241. *tom.* 1. quod nota, quia valet multùm.

3 Nota etiam, quod ubi suspicio inducitur ipso jure, non est necessaria allegatio suspicionis, sed impeditur officialis procedere, & debet se abstinere, etiam parte non proponente de suspicione, etsi votaret, sententia esset nulla ipso jure, *Rovitus pragm.* 9. *de suspic. official. num.* 2. alias si eos non faciat lex suspectos ipso jure prohibendo, ne se immisceant, semper dispositio censebitur parte opponente.

9 Sed ponamus casum, quod lex non prohibeat Judicem, qui alias fuit Advocatus in illa causa judicare, sed declaret eum suspectum, ut sine consensu Partium judicare non valeat. An inquam iste consensus debeat esse expressus, an sufficiat tacitus per non oppositionem recusationis, & an ex contumacia dici possit oriri tacitus consensus in jurisdictione?

10 Quoad primum, videtur dicendum consensum tacitum sufficere per non oppositionem per ea, quæ tradit *Carleval. de judic. tom.* 1. *disp.* 2. *q.* 7. *num.* 797. ubi in propriis terminis officialis Baronis procedentis in causa concernente interesse ipsius Baronis, ait procedere, & valere acta per eum gesta, si subditus litigans eum non alleget suspectum; venum si eum recuset, etiamsi recusatio non sit solemnis, prout requiritur ex speciali Jure in Regno, ipseque recusatus ultra procederet, salvari à vitio nullitatis non posset ex pluribus rationibus, & authoritatibus idem confirmantibus, quibus addo *Giurbam observat.* 95. *n.* 7. & ità concludit *Rovit. cit. pragm.* 9. *de suspic. official. num.* 2. & 3. rejecta opinione *Cancer. var. lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 197. qui ex *Bart. Castren.* & *Alex.* contrarium tradiderat, vide etiam eundem *Carleval. disp.* 2. *q.* 8. *num.* 980. ubi quod tacitus, & expressus consensus est ejusdem virtutis.

11 Quo vero ad secundam partem, an inquam isto casu procedere possit in contumaciam quasi ex tacito citati consensu, qui non comparet, nec recusare procurat Judicem citantem, *Author hic te-*

net opinionem negativam [illegible] quia contumax non dicitur consentire in Judicem non comparendo, sed potius dissentire ut [illegible] & *aliis per eum citat.* In contrarium facit juris [illegible] usio, quod contumax non potest Judicem suspectum recusare, quia contumacia tribuit jurisdictionem, & prorogat citantis jurisdictionem, quam alias declinare posset, si contumax non fuisset reputatus, *Angel.* & *Imol. in l. si finita, §. item videamus ff. de damn. infect. Alex. in l. quidam consuluit in fin. ff. de re judic. Afflict. dec.* 133. *Vinc. de Franch. decis.* 427. *num.* 1. vel quia non opponendo, & recusando, censetur tali exceptioni renunciare, *Caravit. sup. rit. M. C. V.* 205. *num.* 5. cum actus quilibet ad favorem alterius tendens, semper intelligatur ipso petente, & volente, etiamsi dicatur ipso jure ex *Giurb. cit. obser.* 95. *num.* 7. & *Carleval. disp.* 6. *q.* 7. *num.* 297. ità in puncto arguit *Mosc. Pignat. cent.* 1. *cap.* 48. *num.* 5. & 6. qui enim patitur se contumacem reddi amittit omnes exceptiones dilatorias, *Bald. in l. non videtur la* 2. *ff. de judic. Dec. in cap. ad petitionem de accusat. Thes. dec.* 265. *num.* 2. *Afflict. dec.* 135. & 185. *Coler. dec. Germ.* 108. & declinatorias, *Giurb. cons.* 95. *num.* 3. & successivè recusationis Jud[illegible]æ inter dilatorias connumeratur, *Merlin. Pi[illegible]ct. c.* 48. *num.* 6. & 7. Habetur enim contumax pro comparente, & subsistente litem ad sui præjudicium, *Rot. dec.* 314. *num.* 4. *part.* 1. *in novis.*

Pro resolutione crederem, quod in casu hìc relato per *Authorem*, contumacia non operetur validitatem actus, quia Pragm. Regni relat. per *Rovit. de suspic. official. pragm.* 15. *sub cap.* 18. in qua fundatur *decisio* 40. *Reg. Tapp.* excludit etiam consensum expressum, ut inibi advertit *Rovit. sub num.* 20. & in *pragm.* 1. *num.* 49. ubi quod si Advocatus deindè efficiatur Judex, in illa causa in qua fuit Advocatus, nulliter procedit, etiamsi nulla protestatio, ac recusatio fuerit facta per partem ex *sex. in c. postremo de appellat.* & melius in *l. quisquis C. de postulando*, ibi: *non in eodem negotio sit Advocatus, & Judex. Bertaz. cons.* 550. *lib.* 2. *cap.* 13. *cum aliis ibi per eum allegatis Giurb. observ.* 95. *nu.* 20. & 21. ubi etiam refert *decis. Tapp.* 40. inquiens, quod si is, contra quem fuit Advocatus consentiat, ut judicet, confidentia illa majorem auget suspicionem, & *decis.* 99. *nu.* 7. *Fontan. decis.* 20. *num.* 21. Cæterum præcisa lege communi, vel particulari, quæ prohibet Judicem in tali causa procedere, resistens potentiæ, ut advertit *Bertaz. cit. num.* 13. & attentis regulis, ac principiis, de quibus per *Carleval.* & *Giurb. loc. sup. alleg. Fontan. decis.* 10. *per tot.* dicendum esset, quod si reus absens citatus, ad recusandum Judicem admitteretur, & causas suspicionis allegandum, utique non allegans videretur consentire, & processus firmaretur ex traditis per *Giurb. consil.* 95. *num.* 4. & 5. & *decis.* 99. *num.* 3. *vers. ad oris consensus.* At si ad allegandam suspicionem non admitteretur, utique dissensus, non consensus colligi posset ex contumacia juxta decisionem Bossi allegatam hìc per *Authorem*, & *Cartar. de capso bandito cap. fin. num.* 198. & 199. & successivè firmari non posset jurisdictio ex tacito consensu.

12 Addo quod si statutum, seù lex municipalis ordinat prohibendo, ne scilicet Judex se intromittat, nisi de consensu, vel nisi partes consenserint, tunc tacitus consensus ex contumacia resultans non operatus nec sufficit, quia fictus dicitur, & interpretativus, *l. de ætate, §. qui tacuit ff. de interrogat. act. Carleval. cit. disp.* 2. *num.* 1000. qui in statutis non est ejusdem effectus, & virtutis, vi-

deas etiam eundem Authorem *nu.* 1001. ubi quod contumacia non contrahitur per eum, qui comparere, & Judici consentire non cogitur cum *Foller. loc. per eum allegat.* Ulterius citando, se intromisit informationem assumendo de delicto, & de delinquente, quod facere non poterat sine consensu; Rursus citando, procedit sine consensu, ergo nulliter, & contra formam legis *Author noster hic n.*1. cum consensus, qui jurisdictionem tribuit, debeat præcedere citationem, & processum, *Sperel. decis.* 149. *num.*3. An autem absens citatus admittatur, vel non admittatur ad allegandam Judicis incompetentiam, vel suspicionem? consulas *Farin.qu.* 99. *num.*270. 271. & 272. cujus dicta non faciunt difficultatem in Regno, ubi ex Constitutione Regni, quæ incipit, *pœnam eorum*, citandus est non solum reus ipse, qui condemnari intenditur in contumaciam, sed etiam ejus Affines Consanguinei, Vicini, & Amici, *Gloss. in d. Const. & ibi Afflict. num.*18. *Scial.prax.forjud.cap.ii. num.*2. quinimmò aliquis comparens pro suo principali interesse ad defendendum reum, potest Judicem recusare, ut decisum refert *Merlin.Pignat.cent.*1.*cap.*48.*nu.*12. *& per tot.*

13 Firmat etiam *Author hic sub num.*3. quod Judex, qui reum absentem condemnare intendit debet esse competens, alias citatio, processus, & sententia erunt nulla, est conclusio indubitata, ut per *Farin. quæst.* 11. *num.* 46. & advertenda præcipuè circa introductionem causarum in Tribunalibus Principis, sub prætextu alicujus privilegii, prout in casu enarrato hìc per *Authorem sub num.*5. Contingit enim pluries introduci causas in Tribunali A. C. vel alibi, ex privilegio *unicæ*, quod de jure accusatori non competit; & ideo nullum remanèt quicquid coram tali Judice factum erit, ut refert *Author* decisum, & iste casus contingit disputari pluries, non semel. Primo in quadam causa Spoletana, seù Trivien. in qua soror Virgo licet in posse Patris, adhuc constituta, de morte Fratris accusaverat occisorem in Tribunali A. C. Patre negligente, nam cum fuisset ad hujusmodi querelam introducta causa in eodem Tribunali, & transmissus Commissarius ad fabricandum processum de homicidio, processus remansit frustratus, quia informata Sac. Consulta, & articulo maturè discusso, resolvit tale privilegium sorori Virgini non competere, quia habebat Patrem, & participato negocio Sanctissimo, mandavit causam remanere in S.Consulta.

15 Alias ad instantiam cujusdam Universitatis existimantis gaudere eodem privilegio, introducta causa in Tribunali A. C. & formato processu per Commissarium, eadem contingit disputatio, & habitum fuit pro firmo jurisdictionem ex tali privilegio non fundari, tum quia Universitas non gaudebat tali privilegio ex *Marchesf.de avocat.caus. par.*2.*§.*2.*sub num.*32. *Cancer.var.resol. lib.*2. *tit.de Jurisd.omn. Judic.num.*15. *Scacc.de appell.quæst.*7. *num.*170. ubi quod ità observat passim signatura, quinimò tantum abest ut inter miserabiles personas connumerari valeat, ut potius inter potentes *Gonzal.sup.reg.* 8. *Cancell. glos.*18. *ex num.* 63. ubi æquiparat Juspatronatus Magnatum, & Universitatum, *Put.decis.*205.*in princ.& per tot.lib.*1.*Fontan.decis.*522.*num.*19. In nihilo obstante quod Pupillos, Viduas, & personas alias miserabiles contineat, ut observat *Ursil.ad Afflict. dec.*257. *nu.*2. & 3. tum quia interesse ipsorum cum Universitas agit, est accessorium, tum quia oporteret majorem partem Universitatis constari personis privilegiatis, ut eorum privilegio posset uti in terminis *Gypt.decis.Bonon.*43. *num.*5.6.7. & 8. Ità videtur resolvendum de jure, licet in Regno Neapol. observetur contrarium tàm respectu Ecclesiæ, quàm Universitatis, ut videre est *Rovit. cit. decis.* 27.*num.*7.& 8. & eundem *Scacc.q.*7. *nu.*130. *vers. contra hanc hæsitationem*. Tum quia delictum, quod prosequebatur, non tangebat interesse Universitatis, sed privatorum, qui ex illo homicidio erant offensi, & de jure tenebantur mortem occisi vindicare, ut desumitur ex *d. l.unica*, & traditis per *Bald.in l.*1.*num.*27. *C.de accusat.* ubi quod Syndicus accusat, & defendit Universitatem in causa ejusdem Universitatis, *Farin. q.*16.*num.*51. & *seq. Vant.de nullit. ex defect.mand.num.*151.

16 Sciendum est tamen, quod respectu Virginis existentis in potestate Patris alias in una Anconitana de anno 1666. fuit revocata in dubium: Agebatur enim de quadam Virgine Hæbrea, quæ fuerat stuprata ab alio Hæbreo, ipsumque querelaverat in Tribunali A. C. credens uti privilegio *legis unicæ* contra strupatorem juxta *Franc. dec.*199. *Novar. in suo tract.de elect.fori sect.*1.*qu.*11. *n.*2. *Pascal.de pat.pot.par.*2.*cap.*2.*nu.*95. *Capiblanc.de auth. Baron.prag.*8.*par.*1.*num.*329. nisi tamen voluntariè stupro consensisset, ut advertit idem *Capiblanc.loco cit.& Carleval. de Judic.disput.*2.*q.*6.*sect.*7.*num.* 138. & Sac. Consulta ex resolutione aliàs facta in illa Spoletana, privilegio *l.unicæ* talem Puellam non gaudere existimaverat, sed postmodum repropositâ causa, approbavit distinctionem de Virgine, quæ suam propriam injuriam prosequi intendit, & de ea, quæ prosequi intendit, & de ea, quæ prosequi vult injuriam suorum, quod de jure spectat ad masculos, non ad fœminas, ipsisque fœminis præferuntur, & ad Patrem, qui Virginem ipsam habet in potestate, ut scilicet in primo casu Virgo, quæ habet Patrem privilegio non gaudeat, secus in secundo, ubi propriam offensam, & injuriam vult vindicare.

Verùm quia agebatur de Virgine Hæbrea, aliud dubium contingebat disputari, an scilicet eodem privilegio gauderet Virgo Hæbrea, vel Vidua, quod movit mihi unus ex Illustrissimis Prælatis, qui in eadem propositione, & resolutione non fuit præsens.

17 Dubium facit *Afflict. super Constit. Regni rubr.de Advocatis dandis &c.* qui tale privilegium Viduis Hæbreis dicit non esse concessum, allegans *tex. in auth.de privil.dot.hæret. mulier.non dand.* ibi: *omnia alia Privilegia, quæ mulieribus omnibus in dictis privilegiis à nostris legibus data sunt, & rursus, & sint eis ingressibilia omnino, ex legibus privilegia, & omni privilegio ex nostris constitutionibus eis dato privabuntur*, & *Afflict.* sequitur *Marchesf.de com.avocat. caus.num.* 54. *par.*2. Ex quibus non videtur deduci privatio hujus privilegii, tum quia Imperator expressè loquitur de mulieribus hæreticis ibi *de privil.dot.mulier.hæretic. non dand.* & sic de eis, quæ à Fide Christiana recedunt, non de eis, qui fidem Christianam nunquam agnoverunt, & ab Ecclesia tolleratis ex traditis abundè per *Farin.de hæret. qu.*178. *num.* 10. *per tot.* idque arguunt illa verba: *iis, qui alienant semetipsos à Dei ovili*. Insuper loquitur *Imperator de privileg. dot.mulieribus hæret.non dand.* à quo non potest argui *ad privileg.elect.fori, Covar.pract.quæst. c.*6.*n.*6. *vers. sed si quis*, ubi quod privilegium *l. unicæ* nemini facit injuriam, sequitur ex pluribus *Carlev. de Judic.disput.*2.*qu.*6.*num.*616. At privilegium dotis præjudicat multum creditoribus, *l.assiduis C.qui*

potiores

potiores in pignore habeantur, huic tamen responsioni obstaret verbum illud universale omnia verum restringitur à verbo mulieribus cum privilegio *l.unica*, & fœminis, & masculis concedatur. Ideò de privilegio præjudiciali ad privilegium, quod nulli præjudicat, argui non potest legitimè. Rursus Imperator in *d. l. unic.* loquitur de tali genere mulierum, immò potiùs de tali genere personarum, pupillorum scilicet, aliarumque personarum miserabilium, sive fœminarum, sive masculorum, & tamen quod mulier hæbrea adhuc gaudeat privilegiis aliis mulieribus pro dotibus concessis, in puncto voluit *Tiraq.de Jur.primog.q.66. nu.10. & 11.* & est opinio communis, ut per *Marquat.de Judæis par.2.cap.1.num.9.& cap.5.num.26. & par.3.cap.6.num.2.& cap.8.num.1. Suarez in loco relat. per incertum Authorem in syntagm. com. opin.tom.1. tit.30.rub. de Judæis cap.4.vers. Judæorum uxores Farin.in fragm.par.2. lit.l.verb. Judæi num.638.* & confirmatur ex pleniùs deductis per eundem *num.606. 607. 608. & 609.* ubi quod Hæbrei comprænhenduntur in Indultu, & Immnnitate concessa Christianis, & eadem æquitate fruuntur, sunt etiam ipli de Populo Romano, *Decian. tract.crim.lib.5.cap.14.num.5. vers.dicuntur Judæi de Populo Romano, Menoch.de recuper.possess.remed. 9.num.291.Roland.cons.35.num.8.& seq.lib.2.Natt. cons.620. num.18.* & legibus Romanorum vivunt, & reguntur, latè *Farin.in fragm.par.2. verb.Judæi num.621.& 622.*Ut propterea securius gaudere debeant privilegio *legis unic.* quod non mulieribus datur, sed certo generi personarum miserabilium, nullique parit præjudicium, ut observat *Carleval. loc.cit.*

18 Redeundo ad Authorem, adverte quod si ex aliquo capite introduceretur causa in Curia Principis sub prætextu hujus privilegii, quod de jure non competeret, processus, & sententia nullitèr sequeretur, ut decisum refert *Author hic sub num. 5.* & ità pluries obtinui, tùm in S. Consulta, tùm in Signatura justitiæ antè tamen sententiam.

19 Declara tamen conclusionem prædictam, ubi causa introduceretur absque commissione Sanctissimi, seù Principis rescripto, sed ad solam petitionem assertæ personæ privilegiatæ, at si prævia commissione Sanctissimi, tunc processus, & sententia in contumaciam lata subsistineretur ex regula supra firmata, quod etiam rescriptum subreptitium tribuit jurisdictionem, donec de obreptione opponatur, & cognoscatur, *Castrens.in l.2. n.2. ff. si quis in jus vocatus non ierit, Gaill.lib.1.observ.48. num.18. Author.resol.12.nu.4. Marchesf. de commiss. avocat.caus.par.2.§.3.num.28.& 29. Buratt.dec.74. num. 2.*

20 Ad ea quæ *Author hic num.8.* subjungit posse Baronem cognoscere de delicto suorum Vassallorum, etiam commissis extra jurisdictionem, adde *Sanfelic.decis. 68. per tot. & Rovit. super rubr. ubi de delicto, quis conveniri debeat num.12.& 13.* ubi ità refert pluries judicatum.

21 Consurgit tamen super ista eadem materia dubitatio non levis circa pœnam tali delinquenti imponendam, non inquam in eo casu, ubi extra jurisdictionem delinqueret Vassallus, sed non extra territorium, & Principatum, tunc enim nota est *Bart.* doctrina in *l.cunctos Populos C.de sum Trinit. & fid. cathol. num. 49.* volentis, quod si statutum adsit in loco originis, vel domicilii puniens subditos delinquentes, etiam extra territorium, juxta theoricam *Bald.in l.1.C.de Eunuch.*, & pœna statutaria loci Judicis, & ubi causa agitur debet puniri delinquens, aut statutum simpliciter punit delinquentes, & tunc ultra statum, & jurisdictionem statuentis, statutum non extenditur: Ideò si diversa sit pœna loci delicti, à loco originis, punietur delinquens pœna statutaria, quæ viget in loco delicti, processus verò fiet juxtà stylum, & legem loci, ubi reus condemnatur. Si verò non adsit statutum speciale in loco delicti, vel de eo notitiam non habeat Judex domicilii, tunc punietur reus pœna juris communis, ista est *Bartoli* declaratio, quam omnes sequuntur, ut videre est *Farin.in fragm. par.1. lit.D. num.100.& seqq.* & præcipuè *num.107. Cabal. cas. 162.num.31. Cavalc.de brach.reg. p.4.num.122. & seq. Guazzin.def.33.cap.25. per tot. & def.1. cap.15. in fin.*

22 Dubitatio remanet ubi, & in eo casu, quo Subditus delinquit extra territorium Principis, & Principatus, tunc non videtur subsistineri opinio *Bart.* quia Ministri unius Principatus, nihil habent facere cum legibus Principatus extranei, *cap.ut animarum, §.statuto de Constit.lib.6. Fontan.decis.163. num.7.& dec.430.num.4.* nullaque est lex communis inter diversos Principatus, sed unusquisque suis legibus vivit, *Carleval. de Judic. tom.1.disp.2. quæst.7.num.842.* quemadmodum videmus, quod Judex unius Principatus, non potest se intromittere in processu alterius Judicis, nec sententiam exequi, nisi requisitus, ut advertit *Farin.quæst.11. num.61. Grat. discept. forens. cap.389. num.28.* nec doctrina *Bart.in d.l.cunctos Populos num.47.* aliquo modo repugnat, quia loquitur prout omnes alii, qui eum referunt, & sequuntur, ubi locus delicti, & domicilii sunt sub eodem Principe, & de eodem Principatu, secùs ergo dicendum est, ubi sub diverso Principatu loco originis, vel domicilii, & locus delicti sunt positi, tunc enim aut nulla est punitio, quia de his, quæ foris sunt nihil ad nos, ut ex pluribus firmat *Carleval.de Judic. lib.1.tit.1. disput.2.quæst.7. num.741.* & pleniùs *ex num. 827. usque ad num. 845. Marsil. cons.67. num. 64.* aut si punitio conceditur, vel extraordinaria pœna imponi poterit Delinquenti ex dictis per eundem *Carleval.cit.num.741.in fin. Cavalc.de brach.reg.p.4. num.249. vers.decimus quintus casus est, Thes. decis.90.num.7. Guaz. def.1.cap.14. num.1.ad fin.* vel pœna juris communis, non statutaria, quæ viget in loco delicti, ità in terminis voluit *Marian. in cap.postulasti num.16. de foro compet. vers. quod possit eum punire pœna Juris communis,* & rursus *vers. sed Petrus de Ancarano*, quem sequitur *Cavalc. de brach.reg.par.4.num.58.* & sentit *Bald. in l. 1. C. de Eunuch.num.2.* & istam Conclusionem credo verissimam, quia reus delinquendo consensit pœnæ, ut advertit *Bald. in d.l.cunctos Populos num.45. in fin. Surd.decis.158. lib.4.* pœna autem, vel à jure communi debet esse dispositа, vel à Principe, & Domino illius subditi, cui pœna est imponenda non secundum leges alterius Principatus, quæ extra Principatum nullam habent virtutem, *Bald.in d.l. 2.C.de Eunuch.num.2.& 3. Carleval. cit.disp.2. q.7. num.642. Fontan.decis.163. num.7.* & quarum Minister non est ille, qui Delinquentem habet modo punire ex *Bald.in l.unic.in fin.C.de confess.* ubi quod Judex requisitus, tunc potest exequi sententiam Judicis condemnantis, cum sententia est lata ad formam juris communis, secus si sit lata juxtà stylum, & statutum speciale loci condemnationis reddens rationem, quia Judex exequendo sententiam, non alterius jurisdictionem sequi debet, & sui tantum, non alterius territorii statuta attendere, & est verissima conclusio, ut per *Boss. tit. de sent. sub num.115.*

Digitized by Google

*num.*115. *vers. ideo concludo, Cabal. cas.*161. *nu.*12. *& seq. & per Guaz. def.*1. *cap.*16. *num.*10. Esset sanè absurdum, ut Delinquens extra Statum sui Principis severiùs puniatur, quàm Delinquens in Statu, quod eveniret si ex lege domicilii, vel originis delictum illud levius puniretur, quàm in loco delicti, cum tamen, vel Respublica, & Principatus puniens in nihilo sit injuriata, vel offensa, ut advertit *Carleval. de Judic. disput.*2. *quæst.*7. *nu.*841., & plenius *ex num.*827. *usque ad*45. loquens de diverso Principatu *Marsil. cons.*167. *num.*64. vel offensa domicilii, aut originis semper erit levior, habito respectu ad locum delicti, *Vulpell. cons.* 46. *num.*15.

SUMMARIUM.

1 *VIdua varians à Tribunali Regio ad Curiam domicilii non debet jurare se id agere gratia majoris commoditatis, vide infra.*

Favorabilior est electio Judicis ordinarii, quam extraordinarii.

Juramentum perhorrescentiæ, cum declinatur Curia ordinaria, fit ad excludendam præsumptionem quod Vidua id agit causa defatigandi adversarium: hæc præsumptio cessat cum variatur ad Curiam ordinariam.

2 *Contrarium servatur in M. C. & asseruntur rationes hujus praxis, qui variat ad Curiam inferiorem relicto Tribunali Regio præsumitur colludere cum adversario, & ideo major ratio jurandi est in hoc casu, quam in casu cum eligitur Tribunal Regium, qui enim eligit Tribunal Regium præsumitur velle justitiam, non itidem qui eligit Curiam inferiorem, quicquid dictum sit Resolut.*6. *n.*29.

Constitutio, quæ tendit ad obviandum fraudibus, licet sit correctoria, dicitur favorabilis, & ideo est extendenda.

3 *Si Vidua fuit exclusa à variatione ob defectum juramenti potest, ad validandum actum jurare, & obtinere variationem.*

Quando prima electio, vel actionis propositio peccavit in forma, poterit iterum forma suppleri, non obstante, quod præcesserit decretum contra formam non servantem.

Juramentum, quod interponit Vidua cum variat ad Curiam, & jurat id sibi expedire, regulandum est secundum juramentum perhorrescentiæ, quod omni tempore potest præstari.

An ad impediendum in Regiis Tribunalibus processum ad forjudicationem, si Vidua velit ab illis variare ad forum ordinarium domicilii (supposita pro vera opinione tradita in Resolutione sexta, quod Inquisiti absentia variationem non impediat) debeat jurare, quod id fiat majoris commoditatis gratia? quemadmodum quando eligit forum M. C. vel Regiæ Audientiæ jurare debet perhorrescentiam Judicis ordinarii, ad intellectum Constitutionis Regni *statuimus.*

An si variatio fuerit nulla ob defectum juramenti possit iterari actus, posito quod varians ob hunc defectum fuerit exclusus Regii Tribunalis decreto.

RESOLUTIO XIV.

1 Vload primum videtur negative respondendum; est enim *Constitutio Regni statuimus* juris novi inductiva, cum antea *text. in l.*1. *C. quand. Imperator*, hanc jurandi necessitatem non induxerit, *glos. in d. constit. in verbo corporali præstito Sacramento. Novar. de elect. fori lib.*1. *qu.*2. *sect.*1. *n.*2. *& seq. Dom. Reg. Merlinus controvers. forens.*89. *n.*7. unde non extendenda ad casum propositum, in quo diversa militat ratio; est enim electio Judicis ordinarii, qui per variationem eligitur, favorabilior quam electio Judicis extraordinarii, ut est Magister justitiarius Regni, vel justitiarius provinciæ, *Isern. in d. Constit. Regni statuimus vers. aliis videtur, Carav. rit.*228. *n.*18. *Franc. decis.*382. *in fin.* ubi rationem reddit, quia qui adit Judicem ordinarium nititur jure communi, qui vero adit Judicem extraordinarium nititur jure speciali. Præterea juramentum perhorrescentiæ, dum eligitur forus Regii Tribunalis, non ob aliam rationem exigitur, quam ad evitandam suspicionem, quod eligens animo defatigandi, & trahendi, quod plerumque contingit, adversarium extra proprios lares ordinarium Judicem relinquit, & extraordinarium adit: id quod non militat in casu contrario, cum variatur ad Judicem ordinarium domicilii; deficit enim hæc fraudulenti animi præsumptio, si persona miserabilis in proprio domicilio, ubi majorem præsumitur habere commoditatem, malit quam alibi litigare, immò plerumque contingit domicilium eligentis esse etiam domicilium inquisiti; & hanc negativam sententiam amplectuntur *Caravita d. rit.*228. *n.*18. licet in fine cogitandum relinquat *Trentacin. variar. resol. lib.*2. *de citat. resol.*2. *n.*14. *Novar. lib.*1. *de elect. fori qu.*2. *n.*2. *sect.*1. cæterum contraria sententia servatur quibusdam ab hinc annis in M. C. ut non aliter admittatur variatio à Regiis Tribunalibus ad Judicem ordinarium, quam si prædictum juramentum præstetur: pro qua M. C. observantia considerari potest variationem à Reg. Tribunali ad Judicem inferiorem esse proculdubio valde suspectam collusionis cum adversario, relinquitur enim Regium Tribunal, in quo solet justitia ministrari cum longe majori integritate, quam in Curiis inferioribus, ob majorem Judicum præstantiam, qui solent in Regiis Tribunalibus deputari, in quibus præter talium Judicum qualitatem assistunt Advocati Fiscales, quæ utcunque deficiant partes querelantes criminum punitioni magna vigilantia incumbunt: hinc teste experientia videmus semper eligi Regia Tribunalia à justitiæ cupidis, & è contra variari ad Curias ordinarias ab illis, qui cum partibus adversis colludunt, *Franch. dec.*100. *n.*20. *& seq. Tapp. in Constit. Regni statuimus n.*23. *Mastril. dec.*268. *n.*27. *& seq.* quidquid dictum sit *resol.*6. *n.*49. militat igitur major ratio exigendi juramentum in hac variatione ad evitandam fraudis, seu collusionis suspicionem, & extendi debet dispositio *dictæ constitutionis* ad hunc variationis casum: nec obstat quod prædicta dispositio, ut supra dixi, sit juris communis correctoria, quia cum tendat ad obviandum fraudibus, utcunque sit correctoria dicitur favorabilis, & consequenter est extendenda, *l. item si filius familias, §. sed Julianus, & §. Mutationem, ff. ad Macedonianum cum concordantib. allegat. per Farinac. in fragm. in verb. extensio n.*84. & confirmatur, quia tam electio, quam variatio ex eodem fonte, & ex

eadem

eadem lege oriuntur, ut dixi *cap. sexto n.* 34. & consequenter cum sint duo omnino à jure æquiparata, quod disponitur in uno censetur dispositum in altero, *Aymon. de antiq. tempor. part.* 4. *in princ. n.* 98. *& seq. usq; ad n.* 109. *& n.* 145. *Far. in verb. extens. n.* 203. *& seq.*

3 Quoad secundum censeo affirmative respondendum, posse actum nulliter factum ob juramentum non præstitum iterari ad validandam variationem, à qua persona varians ob dictum defectum fuit exclusa: moveor primo quia ubicunque actus est inutilis ratione formæ omissæ potest actus iterari, & forma suppleri, nec actus inutilis præcedens impedit reintegrationem actus utilis postea sequentis, *Bald. & Albericus in l. qui per salutem n.* 1. *& ibidem Castrens. n.* 4. *& Jason. n.* 2. *ff. de jurejur.* hinc est ut si quis habeat potestatem eligendi, & prima electio peccet in forma electionis, potestas non consumatur, sed indistincte possit reeligere, *Bart. in l.* 2. *§. data igitur n.* 2. *&* 4. *ff. de opt. legat. Bald. in d. l. qui per salutem in lect. antiqua, & ibidem, Castrens. n.* 5. *& Jason. num.* 3. idque extra controversiam est, cum Viduæ privilegium fundetur jure communi, scilicet In *l.* 1. *C. quando Imper.* ad tradita per *Albericum in d. l. qui per salutem n.* 4. nec obstat, quod jam sit interpositum decretum, quod procedatur non obstante variatione in Regio Tribunali, quia supradicta de electione in argumentum adducta procedunt esto, quo electio sit nulla pronuntiata, *Bald. in d. l. qui per salutem n.* 3. quibus adstipulatur, quod si quis propter actionem inepte propositam succubuerit, poterit eam aptè proponens iterum audiri, *text. in cap. examinata extr. de judic.* & si quis inepte, & forma statuti non servata Judicem recusaverit, & ob id fuerit rejecta recusatio poterit eandem recusationem rite rectequo proponere, *Castrens. l.* 2. *cons.* 313. *Tiraq. l. boves, §. hoc sermone limit.* 1. *n.* 17.

Moveor secundo, quia hoc juramentum, quo quis jurat expedire sibi trahere causam ad Judicem domicilii, regulatur secundum juramentum perhorrescentiæ, & ex mente legis, ut supra conclusum est, requirentis expresse juramentum perhorrescentiæ cùm relicto Judice domicilii aditur Curia Regis, extensum est ad casum, quando à Curia Regis variatur ad Curiam domicilii, sed juramentum perhorrescentiæ post electionem Regiæ Curiæ factam potest in quacunque parte judicii præstari, *Viv. in Sil. com. opin. opin.* 368. *n.* 6. *Trentacinq. variar. resol. lib.* 2. *in tit. de cit. resol.* 2. *n.* 14. & ante eos colligitur id esse de mente *Afflict. in Constit. Reg. statuimus de off. Mag. just. n.* 38. dummodo tamen tempus quo juramentum præstatur sit habile, *Franc. dec.* 257. *n.* 2. ergo idem affirmandum est de juramento interponendo, cum variatur ad Curiam domicilii, ut in quacunque parte judicii apponatur legi dicatur satisfactum; hocque ampliandum est etiam si ob defectum juramenti Regium Tribunal pronuntiaverit contra variationem, eamque non admiserit, nam prædictum decretum erit interpretandum ad mentem legis, quousque scilicet juramentum præstetur, *Bald. in l.* 2. *n.* 2. *C. de negot. gest.*

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Miserabiles personæ, facta semel electione, possunt variare à superiori Tribunali ad inferius.*

2 *Privilegium legis unicæ conceditur in causis civilibus, & criminalibus.*

3 *Miserabiles Delinquentes numquid gaudeant dicto privilegio? disputatur, & resolvitur affirmativè.*

RESOLUTIO XIV.

DUo concludit *Author* hic circa variationem, quæ conceditur ex dispositione *Constitutionis Regni statuimus Viduis, Pupillis, & similibus personis privilegiatis*. Primum, quod juramentum perhorrescentiæ requisitum per dictam Constitutionem, nedùm est necessarium, quando Vidua elegit forum, sed etiam quando vellet electum deinde variare. Secundum, quod si eligat nulliter, quia juramento non præstito, & ideo à fori electione exclusa, adhuc poterit jurare, & juramento præstito, electionem fori obtinere.

1 Utraque Conclusio levem habet repugnantiam, & miror quomodo de præterito tempore Magna Curia contrarium observaverit in casu variationis à Tribunali Regio ad Tribunal, vel Curiam ordinarii, ut refert *Author n.* 2. cùm longè majus sit privilegium variationis, quam electionis *Carleval. de judic. disp.* 2. *qu.* 6 *sect.* 7. *n.* 604. *Novar. de elect. for. sect.* 2. *qu.* 13. *n.* 21. *Marches. de commiss. avocat. caus. par.* 2. *§.* 3. *n.* 85. Unde cum pro electione lex Regni juramentum requirat, eo magis pro variatione.

2 Nota ex ista prima Conclusione, quod privilegium *l. unicæ* conceditur etiam acculantibus criminaliter ad quod vide *Carleval. ead. disput.* 2. *qu.* 6. *sect.* 7. *n.* 592. & etiam Delinquentibus, ut *n.* 592. *&* 596. reprobatis *Scacc. Marches. & Novar. locis per eum relatis n.* 593. Quod concedatur hoc privilegium in causis criminalibus, videmus observari indies sine aliqua difficultate, sed respectu accusatorum, quia si sint Viduæ, Pupilli, & alii privilegiati, accusant in Curia Principis, & causas avocant ab eorum Ordinariis, ut fuit dictum *sup. resol.* 6. *§. supponit primo Author*, respectu verò ipsorum

3 Delinquentium, mihi adhuc disputari non contingit, nil mirum, quia Vidua, Pupillus, & Virgo non sic facilè accurati trahuntur ad judicium, ut talè privilegio valeant experiri, sed si casus contingeret, esset considerandus, præcipuè in Regno, ubi ex dicta *Constitutione statuimus*, nedum electio datur, sed variatio, quæ in ipsis reis potiùs scandalosa quodammodo, quam rationabilis compereretur, existimarem verius dici posse, quod ipsis accusatis, & Delinquentibus privilegium istud non concedatur ex *Juribus allegatis per Scacc. de appellat. qu.* 1. *n.* 132. *& Novar. de elect. for. sect.* 2. *q.* 2. *n.* 5. & ex ratione inconvincibili, quod multoties in criminalibus proceditur ex officio Curiæ, & ad instantiam Fisci, nec verificari possunt verba *l. unicæ*, *& dict. Constitutionis statuimus, Adversariorum suorum fortè potentiam perhorrescunt*, ac etiam ex *l. qua in Provincia, C. ubi de crim. agi oporteat*, ibi: *qua in Provincia quis deliquit, aut qualibet de re fuerit reus, illic etiam juri subjaceat; quod jus perpetuum est*, loquens propriè de ipso delinquente, ut quoad eum jus sit perpetuum, perpetuave regula, ut illi Judici subjiciatur, cujus jurisdictionem offendit. Et quia reatus omnem honorem excludit *l.* 1. *C. ubi Senatores, vel Clarissimi, l. raptores, C. de Episcop. & Cleric. l. quoties, C. de dignitatibus lib.* 12. *l. auxilium, ff. de minor.* Ideò *Tusc. pract. concluss. lit. M. conclus.* 274. *sub n.* 7. dubitat, ibi: *sed ego dubito, quando delinquunt, sed quando offenduntur benè*. Nostri tamen Regnicolæ ex *Constitutione Regni statuimus*, aliter sentiunt, ut videre est *Afflict. ibi num.* 17. *& Ritum*

M. C.

M.C.230. qui hoc concedit expresse, sed ut advertit, ibi *Carav.n.1.& 2.* contra regulas juris, ibi, *& ideò ad hujusmodi dubitationem tollendam Ritus noster dicit quod etiam cum pro delictis dictæ personæ conveniuntur, gaudent privilegio electionis fori*, allegat *Afflict. loc.cit. & Isern. in d. Constit. sub verb. miserabilium personarum, vers. at si Pupillus, & Vidua delinquant*, ubi movet hanc quæstionem, sed tenet affirmativam. *Menoch. de arbitr. cas. 66. n. 34. sequitur Afflict. & Caravit. Viv. dec. 65. n. 1.* ubi ita refert pluries judicatum in Regia Audientia, in Regno ista dubietas excitata per *Isern. & Carav.*, est sublata, ut videre est ex *eod. Viv. Carleval. Menoch. & Author. cit. resol. 6.* & in Urbe tantò magis cessaret; quia in Tribunali A. C. si Vidua, vel alia persona privilegiata se constitueret, & vellet ibi causam suam agi, nedùm ex privilegio *l. unicæ*, talem haberet prærogativam, sed ex antiquissima observantia, & stylo, de quo habetur per *Farin. in add. ad q. 30. sub n. 142.* & per *Add. advot. Robustrii 27. num. 2. lit. B. post cons. Farin. in 2. vol.*

SUMMARIUM.

1 PRobationes, *ut procedi possit ad sententiam forjudicationis debent esse plenæ.*

Sed aliud servatur de consuetudine generali, nam sufficit adesse indicia ad transmittendam reo inquisitionem, seù ad citandum reum ad informandum.

In Regno tamen receptum est, non posse procedi ad sententiam forjudicationis, nisi præcedant indicia ad torturam.

2 *Citatio ad informandum, ut possit expediri, requirit sufficientes probationes, aut indicia ad torturam vigore pragmaticæ.*

Quod intellige ad effectum perveniendi ad forjudicationem, quia alias sufficiunt indicia leviora, quam ad torturam.

3 *Tortura est majoris præjudicii, quam inquisitio.*

4 *Indicia, & probationes debent esse sufficientes, & ad torturam etiam quando contra inquisitum proceditur post habilitationem in forma ex novis indiciis, vel liberationem.*

Et refertur praxis procedendi contra reum, & ejus fidejussorem ex novis indiciis.

5 *Instantiæ peremptio est sublata in Regiis Tribunalibus.*

6 *Ratio legis, vel statuti, quando ponitur in proœmio dicitur finalis.*

Et restringit, & ampliat dictum legis.

Pragmatica loquens de tollenda peremptione instantiæ non aptatur ad causas jam decisas.

7 *Casus non comprehensus à dispositione statuti, regulatur secundum regulas juris communis.*

8 *Fidejussio de judicio Sisti, seù de aliquem præsentando de jure communi in causis criminalibus elapso biennio à die litis contestatæ evanescit, si nova non supervenerint indicia.*

9 *Reus liberatus novis supervenientibus indiciis, elapso biennio, & non supervenientibus intra illud spatium, est absolvendus, & causa dicitur finita.*

10 *Decretum liberationis in forma differt à decreto absolutionis ab observatione judicii.*

Et tale decretum, ubi nulla nova advenerint indicia primis urgentiora habet vim sententiæ diffinitivæ, & si contigerit appellari inhibetur prout in reliquis diffinitivis.

Sed contra quod imo habeat vim decreti interlocutorii n. 14.

11 *Instantia est exercitatio judicii à litis contestatione usque ad sententiam.*

12 *Fidejussio de standoo juri præstita in causa criminali regulatur secundum naturam ipsius judicii.*

Et ista fidejussio tantum durat, quantum instantia causæ criminalis.

Et cum hodie instantia causarum criminalium sit perpetua, sic erit perpetua fidejussio.

Quando aliquid dicatur expressum in dispositione?

13 *Causa finalis Reg. Pragm. tollentis peremptionem instantiæ in causis criminalibus fuit ne delicta remaneant impunita.*

14 *Decretum liberationis in forma non reddit causam criminalem omnino decisam, quia habet vim interlocutorii.*

15 *Pragmatica Regia disponens, ut in causis criminalibus non perimatur instantia, non procedit in Curiis Baronum, & quare, n. 18.*

Pragmaticæ sunt novæ constitutiones à jure communi deviantes, & proinde stricte in casu suo intelligendæ, nec trahuntur ad casus similes, præsertim quia ipsarum dispositio est odiosa.

16 *Instantiæ peremptio est inducta favore publico, ne lites fierent immortales.*

17 *Pragmaticæ, seù statuti dispositio non extenditur, nisi ad ea, quæ voluit, & expressit.*

Sed in M.C. & Sac. Cons. fuit pronunciatum contrarium, & decisum quod etiam in Curiis Baronalibus instantiæ non perimantur.

18 *Statutum ex identitate rationis extenditur ad casus similes, in quibus militat eadem ratio.*

Ratio publicæ utilitatis, seù favoris publici, ne delicta impunita remaneant non faciunt, ut dispositio dicatur favorabilis.

19 *Decretum liberationis in forma concipitur post defensiones, & litem contestatam.*

Decretum vero habilitationis in forma, seù ad omnem ordinem interponitur ante litem contestatam, & factas defensiones.

20 *Instantia causæ ante litis contestationem nunquam currere incipit.*

21 *Decretum liberationis, & decretum habiliationis in forma conveniunt in hoc, quia in utroque rei relaxantur ob defectum probationum sub fidejussoribus de se præsentando, si nova inditia, &c. Differunt vero in hoc, quia decretum habilitationis interponitur ante defensiones, decretum vero liberationis in forma profertur datis defensionibus.*

22 *Indicia supervenienția post decretum habilitationis in forma conjunguntur cum primis, quæ aderant ante decretum: ea vero, quæ superveniunt post decretum liberationis in forma, non conjunguntur cum primis, quia prima jam sunt extincta.*

Quod declara, ut num. 24.

23 *Indicia supervenienția ad hoc, ut reus iterum vocari in judicium possit, quando quis fuit liberatus in forma, debent specifice differre à primis: fallit si post decretum prædictum supervenient unus testis de visu.*

Hoc non procedit in habilitato in forma, quia cum proferatur ante defensiones, non possunt dici elisa indicia.

25 *Tortus ex valde urgentibus indiciis, & ex quo substinuit torturam liberatus in forma, si nova superveniant indicia specie differentia, licet non ita urgentia sufficientia tamen ad torturam, poterit reus iterum torqueri, & consequenter citari.*

26 *Indicia de novo supervenienția reputantur efficaciora ad repetendam torturam, quam reliqua indiciorum utcunque urgentiorum, & prima tortura non evacuatorum.*

27 In-

Digitized by Google

27 *Indicia vetera cenſentur eliſa ſi re vera reus fecit defenſiones, ſecus ſi poſt impartitum terminum defenſionum, nullis factis defenſionibus ſit liberatus in forma.*

28 *Indicia vetera elidi per decretum liberationis in forma, intelligitur ſi factæ ſint defenſiones, non alias; & refertur caſus in facti contingentia.*

29 *Reo datis defenſionibus, liteque conteſtata ejus nomen dicitur recipi inter reos, quod non eſt in habilitato in forma, cum quo lis non conteſtatur.*

Reus inſpectis regulis juris communis, dato termino debet diffinitive abſolvi, nec poſtea prætextu novarum probationum poteſt moleſtari.

30 *Reus hodie ex nova obſervantia M. C. poſt datas defenſiones, litemque conteſtatam quandoque liberatur in forma & relaxatur ſub fidejuſſione de ſe præſentando, etiam novis non ſupervenientibus indiciis.*

Sed hujuſmodi decretum uſitatius eſt interponi ante dationem termini defenſorii, & litem conteſtatam.

31 *Reus ſi ante defenſiones habilitatur ad omnem ordinem, poteſt ex eiſdem indiciis vocari.*

Habilitatio ſub fidejuſſione toties quoties, idem eſt ac habilitatio ad omnem ordinem.

Decretum habilitationis in forma, & ad omnem ordinem inter ſe differunt, & tamen hoc non obſtante reus poſt habilitationem ad omnem ordinem non debet citari abſque novis indiciis, & redditur ratio, & conciliantur hæc dicta, quæ varia videntur.

32 *Judex, ſi cernit nova indicia ſuperfutura contra reum habilitatum in forma, ad evitandum periculum fugæ, poſſet conſulere Fiſco per ejus carcerationem.*

33 *Judices cauti non procedunt ad dationem termini defenſorii niſi exiſtentibus in proceſſu indiciis ad torturam ſufficientibus, ne cogantur eum liberare in forma, & indicia expirent per quaſcunque debiles defenſiones.*

34 *Inquiſiti de falſa moneta, ſi ad litis conteſtationem cum eis deventum eſt, licet ſint liberati in forma, tenentur exulare à Regno.*

An Reus poſt decretum liberationis in forma poſſit iterum citari, & contumax reputari ad effectum forjudicandi, licet ſit elapſum biennium à die litis conteſtatæ, ad intellectum pragm. 50. de offic. Magiſtri juſtit. & pragm. 10. de offic. Judicum num. 33. *& qualia debeant eſſe indicia ad hoc, ut Reus poſt decretum habilitationis, vel liberationis in forma poſſit iterum citari.*

RESOLUTIO XV.

1 Uoad probationes ad ſententiam forjudicationis neceſſarias, eas de jure plenas forſan eſſe debere tradit *Clarus qu.* 44. *n.* 9. *§. final.* aliud ſervari de conſuetudine generali, ut ſcilicet ad bannum diffinitivum, ſeù forjudicationem ſatis ſint ea indicia delicti, quæ ſatis ſunt ad tranſmittendam reo inquiſitionem, ſeù ad citandum reum, prout in Regno dicere ſolemus, ad informandum, & ſic leviora indicia, quam ad torturam *Clar. ibid.* ubi *Guidonem a ſuzaria*, hoc atteſtantem vere loquutum fuiſſe atteſtatur *Maſtrill. dec.* 249. *n.* 3. *& ſeq.* ubi meminit eorum, qui ſunt in hac opinione, quicquid dictum ab aliis in hac re ſit, in Regno extra controverſiam recepta opinio eſt non poſſe procedi ad ſententiam forjudicationis, niſi præcedant indicia ad torturam præcedentia primam citationem, ut dilucidè tradit *Rovitus in pragmat. ad rubric. de ſententia forjudicationis num.* 36. *Reg. Tapp. in d. Conſtit. pœnam eorum num.* 31. & facit pro hac praxi *prag.* 37. *num.* 1. *de off. magiſtri juſtit.* ubi innuitur pro citatione ad in-
2 formandum requiri ſufficientes probationes, aut indicia ad torturam, quam pragmaticam intelligo loquutam fuiſſe quoad effectum forjudicandi, cum alioquin indicia leviora quam ad torturam ſatis ſint ad tranſmittendam inquiſitionem, ſive ad con-
3 cipiendam citationem ad informandum, cum tortura ſit majoris præjudicii, quam inquiſitio, *Clar. q.* 20. *num.* 3. ubi teſtatur de conſuetudine, *Maſtril. deciſ.* 249. *num.* 24. *&* 25.

4 Hæc omnia procedunt etiamſi poſt decretum habilitationis, vel liberationis in forma ſuperveniret nova indicia urgentia ad torturam, quia requiſitis fidejuſſore, & reo ad præſentandum juxta praxim traditam *à Foller. in pragm. de fidejuſſoribus num.* 150. *& Muſcatell. in prax. fidejuſſoria modo* 1. *nu.* 6. reoque non exhibente ſeſe coram Judice juxta fidejuſſionem datam, incuſatiſque debitis contumaciis permittitur judicanti contra reum ob prædicta indicia, quæ novè ſupervenerunt ad citationem, ac forjudicationem, ſi qualitas delicti id permittat procedere, quod ſæpe ſervatum vidi, *Foller. ibidem num.* 251.

5 Difficultas contingere poteſt an quoniam inſtantiæ peremptio quoad criminales cauſas ſublata eſt, tam in Tribunalibus Neapolitanis, quam in Regiis Audientiis, ex diſpoſitione *prag.* 50. *de off. magiſtri juſtitiarii, ac prag.* 10. *de off. judic. nu.* 33. correcta diſpoſitione *text. in l. fin. Cod. ut intra certum tempus q. crimin. & ritus* 248. prædictarum pragmaticarum diſpoſitio locum habeat ſequuto jam decreto liberationis in forma, & elapſo jam biennio à die litis conteſtationis: cum caſus accidiſſet annis elapſis in M. C. V. in perſona Andreæ Venturæ pro crimine parricidii inquiſiti, & liberati in forma, contra quem ſupervenerunt poſt dictum decretum nova indicia, non ſolum biennio, ſed annis ſeptem jam elapſis à die conteſtatæ litis, ponderabatur reum, & ejus fidejuſſorem præſtitum de ipſo præſentando ſi nova ſupervenerint indicia non poſſe amplius poſt tot annos inquietari: neque obſtare ſupradictam municipalem diſpoſitionem de perpetuatione ſive prorogatione inſtantiæ, cujus mentem eam eſſe dicebatur ex *dictæ prag.* 50. verbis; de jure, ut continetur in *d. l. fin.* perimebatur biennio inſtantia in cauſis criminalibus, contra hanc inſtantiæ peremptionem *ritus* 248. induxit remedium, ut à Principe poſtularetur prorogatio, quæ inſtantiam conſervabat, multitudo cauſarum, & negligentia illorum ad quos pertinebat prorogationibus poſtulandis invigilare in cauſa erat, ut ſæpè numero cauſæ indeciſæ remanerent, & illarum proſequutio propter lapſum inſtantiæ impediretur in damnum reipublicæ, cujus intereſt delicta impunita non remanere; huic reipublicæ detrimento mederi ſtatuens legislator providit, ut inſtantiæ minimè perimerentur, ſed ipſo jure prorogatæ intelligerentur: hæc legis ratio, quia finalis
6 eſt, cum ſit poſita in proœmio, *Bart. in l. fin. ff. de hæred. inſtit. & alii communiter relati per Caravitam pragm. 1. de exulibus num.* 2. & reſtringit, vel ampliat dictum legis *Farinac. & alii per eum relati q.* 70. *num.* 12. non comprehendit cauſas jam deci-

Digitized by Google

ſas, & terminatas, in quibus prædictorum, quæ in prag. præfatione exprimuntur conſideratio minimè adaptatur, ut patet: ſi igitur pragmaticæ
7 diſpoſitio caſum hunc non comprehendit, ad juris communis ſanctionem recurrendum eſt in illius reſolutione, qua jure communi diſponitur fidejuſſionem præſtitam de judicio Siſti, ſive de aliquem præſentando in cauſa criminali elapſo biennio à die ſcilicet litis conteſtatæ evaneſcere; ut eſt *text. expreſſus in l. fin. C. ut intra certum tempus q. crim. Afflict. in Conſt. Regni ſæpe contingit num. 3. & ſequ. Franc. deciſ. 653. & dec. 654. nu. 3.* ubi ſubdit quod liberatio in forma non impedit, quin currat inſtantia, quicquid in contrarium voluerit *Caball. reſol. 93. num. 33. Farinac. quæſt 4. num. 29. Guazzin. defenſ. 2. cap. 7. num. 19. & ſeq.* qui contra allegat *text. in d. l. fin.* & eſt contra allegatam deciſionem
9 Sac. Conſ. & hoc ſi nova non ſupervenerint indicia infra biennium: nec dubitari poteſt elapſo jam biennio, & non ſupervenientibus infra illud ſpatium novis indiciis cauſam omnino dici finitam per decretum liberationis in forma, quod ſucceſſit in locum abſolutionis diffinitivæ, *Farin. q. 4. n. 24.* quæ de jure debet ferri ſive ex inopia probationum, ſive ex probatione innocentiæ reus ſit abſolven-
10 dus, *Covarruvias lib. 1. variarum reſolutionum c. 1. num. 8.* hinc decretum liberationis in forma differre à decreto abſolutionis ab obſervatione judicii notavit *Franc. deciſ. 654. num. 3.* quod quidem vim habet diffinitivæ ſententiæ, ubi quod nulla nova adveniant criminis argumenta primis urgentiora, *Cabal. reſol. 93. num. 9.* ubi alios adducit *Far. qu. 4. nu. 24. in fin.* hinc etiam fit ut ab hoc decreto, quod dato termino interponitur, ſi contingerit appellari, appelletur, & inhibeatur, prout in reliquis decretis diffinitivis: ſi igitur cauſa jam eſt finita, pragmatica loquens de peremptione inſtan-
11 tiæ nihil ad rem: Eſt enim inſtantia exercitatio judicii à litis conteſtatione uſque ad ſententiam, *Marant. de ordine judiciorum 5. part. num. 2. Amendola ad Franc. deciſ. 250. num. 1.* nec finita cauſa per ſententiam diffinitivam poteſt amplius de prorogatione inſtantiæ agi, quia non entis nullæ ſunt partes, *vulg. l. ejus, qui in provincia ff. de rebus creditis.*

Horum tamen non habita conſideratione, licet urgere viderentur, cenſuit M. Cur. uti delegata anno 1630. eſſe ad ulteriora procedendum non obſtante allegata peremptione inſtantiæ, & reclamante parte, factaque ut moris eſt relatione in Coll. Conſil. fuit cauſa remiſſa ad eandem Mag. Cur. ut loco reclamationis de juſtitia provideret; quæ primam ſententiam in cauſa reclamationis confirmavit: ſcriba cauſæ fuit Grimaldus in banca Tartagliæ. Pro deciſione Mag. Curiæ conſiderandum exiſtima-
12 bam fidejuſſionem de ſtando juri præſtitam in cauſa criminali per inquiſitum regulandam eſſe ſecundum naturam ipſius judicii, ſeu cauſæ principalis, *text. in l. cum lite mortua ff. judicatum ſolvi. Afflict. in d. Conſtit. Regni ſæpe contingit num. 4. & ſequ.* qui ex hoc deducit tantum durare ipſam fidejuſſionem quantum ipſa durat inſtantia cauſæ criminalis: quando igitur inſtantia cauſæ criminalis erat biennialis, tunc ſequebatur, & ipſam fidejuſſionem elapſo biennio, & peremptа inſtantia una cum ipſa inſtantia perimi, & evaneſcere, decretum enim liberationis in forma non erat impedimento, quin inſtantia curreret, ut ſupra ex *Franc. deciſ. 654. allegat. num. 3.* at cum hodiernis temporibus inſtantia criminalis ſit perpetua, ut ſuprà dictum eſt, neceſſario ſequitur, & ipſam fidejuſſionem cujus vigor, vel extinctio pendet ab inſtantia cauſæ criminalis, perpetuam eſſe debere. Non obſtant igitur ſupradicta in contrarium ponderata, quia etſi quod *Reg. prag.* non expreſſerit caſum de quo agitur, tamen ſatis eſt in neceſſariam conſequentiam illum eſſe comprehenſum tanquam neceſſarium ſcilicet effectum diſpoſitionis in prag. expreſſæ, qui vult enim antecedens vult & illud, quod neceſſario ex antecedenti ſequitur, *vulg. l. ad rem mobilem cum gloſ. in verſ. recte aget, & l. ſeq. ff. de procuratoribus cum concordant.* diciturque expreſſum in diſpoſitione, quod venit in neceſſariam conſequentiam, vel virtualiter colligitur, *Add. ad Farin. conſ. 27. litt. B.*

Conſiderabam etiam ea, quæ fuere expreſſa in proœmio prædictæ *prag. 50.* tollentis peremptionem in-
13 ſtantiarum in M. C. non importare cauſam finalem ſed impulſivam, immo cauſam finalem diſpoſitionis fuiſſe, ne delicta remaneant impunita, & cauſarum criminalium proſequutio impediatur ex lapſu biennii in damnum Regii Fiſci: utcunque igitur ea, quæ in cauſa impulſiva fuere ceſſent, non habentur in conſideratione, quia in ſtatutis ſola cauſa finalis dominatur, & ubi ea viget, illorum diſpoſitio ſemper viget, juxta *gloſ.* communiter receptam in *l. 1. §. origo, verſ. cauſam, ff. de poſtulando*, nec dubitari poteſt cauſam evitandæ impunitatis delictorum, ac occurrendi damno Regii Fiſci cauſam finalem, ac primariam fuiſſe prædicti ſtatuti, nam legislatoris finis, ut ex verbis pragmaticarum, non alius fuit, quam ejuſmodi reipublicæ, & finis damnis occurrere, & remedium adhibere, & proſpicere: ad rem facit, quia ejuſdem Reg. prag. diſpoſitio extenſa etiam eſt, ut ſupra memini, ad Regias Provinciales Audientias, in quibus non adeſſe eam negotiorum multitudinem, quæ in M. Cur. eſt, & fuit primo loco à legislatore conſiderata, ſatis compertum eſt: quod cum ita ſit ratio hæc ne delictorum ſequatur impunitas, certè viget etiam in caſu, de quo agimus, ſi enim ſupervenientium indiciorum ratio habenda non eſt, certè delictum remanebit impunitum, contra mentem legislatoris ejuſque rationem præcipuam, & finalem ab ipſo expreſsè conſideratam. Addo pro contrariorum ſolutione non poſſe dici cauſam criminalem omnino deciſam propter de-
14 cretum liberationis in forma, cum adhuc ſpes ſuperſit novorum indiciorum, & reus promiſerit de ſtando juri, ſi illa ſupervenerint; unde prædicti decreti effectus, qui ad rem conſiderandus eſt, ut ſcilicet poſſit ex novis indiciis illius ab eodem Judice revocari, efficit, ut illud vim habeat decreti interlocutorii, *arg. text. in l. quod juſſit ff. de re jud. Caball. reſol 93. num. 10. Theſaur. deciſ. 81. n. 1. & alii per Cabal. relat.* ex quibus ſupra relatam M. C. deciſionem jure fulciri, & inſtantiam cauſarum criminalium ſive ordinariè ſive ex delegatione procedatur, perpetuam eſſe cenſendum eſt, ſive cauſa omnino indeciſa ſit, ſive jam ſit interpoſitum decretum liberationis in forma, & ex novis indiciis per ſe ad torturam ſufficientibus, juxta Regni praxim, de qua *Foller. in prag. de fidejuſſoribus d. num. 251. Franc. dec. 276. nu. final. Farinac. quæſt. 4. n. 25. verſ. amplia primo*, poſſe reum iterum citari, & contumacem reputari ad effectum forjudicandi.

15 Aliud planè dicendum videtur in Curiis Baronalibus; nam cum in illis nihil ſit immutatum jure municipali, obſervandum eſt jus commune, *vulg. l. præcipimus in fin. C. de appellat.* ſunt enim prædictæ pragmaticæ novæ conſtitutiones à jure communi deviantes ſtrictè in caſu ſuo intelligendæ, nec protrahuntur ad caſus ſimiles, *l. quod ve-*

ro ff. de

Digitized by Google

ro ff. de leg. Iſern. in Conſt. Regn. proſequentes. v. de uno Caſtro, maximè cum earum nova diſpoſitio ſit odioſa abrogans in odium delinquentium id quod jus commune favore publico ſanxerat, *Ma-*
16 *rant. d. part. 4. num. 2.* ubi loquens de peremptione inſtantiæ tam in cauſis civilibus quam criminalibus, dixit inſtantiæ peremptionem inductam favore publico ne lites fierent immortales, *Franch. deciſ. 250. num. 5.* & cum legislator ampliando diſpoſitionem dictæ *pragmat. 50.* primo loquentis de M. C. nominaverit, & expreſſerit Tribunalia, ad quæ illam voluit extendi, urget vulgatum argumentum deductum ex vulg. juribus, *l. ſi minor, l. quicquid ff. de verb. obligat. cum concordant.* quod
17 non extenderetur niſi ad ea quæ voluit, & expreſſit, quia ſi aliud voluiſſet dixiſſet, & ſi non dixit conſulto omiſit. Scio tamen, & memini ſemel in M.C. fuiſſe pronunciatum, & in S.C. confirmatum contrarium, licet non meminerim cauſæ: & pro hu-
18 juſmodi deciſione poteſt adduci quod quando ratio exprimitur in ſtatuto, licet pœnali, ſtatutum extenditur ad caſus ubi militat eadem ratio, *Imol. in Clement. prima de elect. num. 18. verſ. ex iſta gloſ.* relatus per *Rovit. prag. 1. de aſſaſſinio num. 42.* & ratio, ut ſuprà dictum eſt, quæ in pragmatica primo loco ampliante diſpoſitionem loquentem de M. Cur. ad cætera Neapolitana Tribunalia expreſſa fuit, una eſt, ne delicta remaneant impunita; quæ ratio æquè militat in aliis Regni Curiis. Sed contra hanc concluſionem deciſum teſtatur idem *Rov. d. prag. 1. num. 54.* ubi in Regno non receptam teſtatur, & *num. 55.* ubi ſubdit non conſiderari hunc favorem, quod reipublicæ expediat delicta puniri, quia ſi favor hic conſiderandus eſſet, nullum pœnale ſtatutum odioſum eſſet, ſed omnia ſtatuta pœnalia favorabilia eſſent cenſenda, contra paſſim receptam Doctorum ſententiam.

19 Quæ ſupradicta ſunt difficultatem pati poſſunt, ubi reus eſt liberatus in forma, quod decretum concipitur poſt defenſiones, & litem conteſtatam, ut eſt notum in foro verſantibus: quod ſi reus ſit tantum habilitatus in forma, vel ad omnem ordinem, quod quidem decretum moris eſt proferre ante litem conteſtatam, & datas defenſiones, cum reus ex defectu indiciorum abſque defenſionibus ſub fidejuſſoribus relaxatur, tunc ſuperfluum eſt diſputare de peremptione, vel conſervatione inſtantiæ,
20 cum ea ante litis conteſtationem nunquam currere incipiat, ut ex *alleg. text. in l. fin. C. ut infra certum tempus*, expreſsè colligitur, etiamſi per multos annos cum carcerato ſuper incidentibus, prout quandoque contingit, diſceptaretur, *Marant.* paſſim receptus cum *aliis per eum relatis in ſuo ſpec. aureo in 5. parte principali in verb. & omnia fiant durante inſtantia num. 3. Muſcatell. part. 7. gloſ. ſententiam, num. 43.* (quicquid dixerit *Novarius in prag. 10. de off. judic. num. 33.* ubi quod decretum habiliationis in forma habet inſtantiam biennii de-
21 currentis à die decreti) uterque autem modus tam liberationis, quam habilitationis in forma conveniunt in hoc, quod in utroque ſcilicet decreto rei, relaxantur ob defectum probationum ſub fidejuſſoribus de ſe præſentando ſi nova ſupervenerint indicia: differunt tamen in hoc, quod decretum habilitationis interponitur antè defenſiones, cum ſcilicet indicia ſint debilia; decretum vero liberationis in forma profertur datis defenſionibus, cum ſcilicet indicia non ſunt ſufficientia ad ſeverius cum eo agendum, vel ſunt evacuata ob defenſio-
22 nes factas, vel torturam toleratam: ex qua differentia oritur notabilis effectus, quod ſcilicet indicia ſupervenientia poſt decretum habilitationis in forma conjunguntur cum primis, quæ aderant ante decretum, indicia vero ſupervenientia poſt decretum liberationis in forma non conjunguntur cum primis, quia prima jam ſunt extincta, & neceſſe eſt ut per ſe abſque ulla conſideratione primorum ſint urgentiora, & ad torturam ſufficientia; indicia vero, quæ aderant contra habilitatum in forma, cum defenſione ulla non ſint evacuata, firma adhuc manent, *Foll. in prag. de fidejuſſ. nú. 251.* neque apud peritos Judices de hoc ulla in praxi controverſia eſt. Infertur etiam quod illud, quod
23 à Doctoribus traditur, (nova ſcilicet indicia ſupervenientia ad hoc ut reus iterum vocari in judicium poſſit ſpecie debere differre à primis, ita ut ſi eadem ſpecies indiciorum, quæ ante decretum contra reum aderant, ſeù veterum indiciorum nova probatio poſt decretum liberationis ſuperveniat non habeatur in conſideratione, quia non poteſt hoc caſu dici nova ſupervenire indicia, ſed veterum indiciorum nova probatio, juxta tradita per *Guaz-zin. defenſ. 2. cap. 7. num. 18. Caball. reſolut. 93. nu. 43. Farin. qu. 38. num. 77.*) illud inquam non habet locum in habilitato in forma, cum ceſſet ratio ſupradictæ aſſertionis fundata in eo, quod vetera indicia ſunt jam eliſa, nam, ut ſupra diximus, lato decreto habilitationis in forma ante defenſiones non poſſunt dici eliſa indicia. Supradicta intelligo niſi poſt decretum liberationis ſupervenerit unus teſtis de viſu omni exceptione major, quia tunc, licet antea etiam unus teſtis de viſu contra reum adfuiſſet, & hoc indicium per torturam, vel defenſiones eliſum; tamen ſi alius teſtis poſt dictum decretum ſuperveniat, hoc novum indicium ſatis erit ad reum iterum torquendum, & conſequenter ad iterum citandum, & ratio eſt, quia in materia indiciorum, & probationum non poteſt urgentius indicium, quam teſtium de viſu haberi, *Farinac.* & alii per eum relati *quæſt. 36. num. 23.* & ut hoc non omittam advertendum cenſeo quod à Doctoribus dicitur (urgen-
24 tiora indicia ſupervenire debere) in hunc ſenſum accipiendum eſſe, ut ſcilicet urgentiora eſſe debeant illis, quæ extabant cum decretum liberationis interpoſitum fuit, ſatilque ſit eſſe ſufficientia ad torturam, ità colligitur ex dictis per *Foller. in dictis prag. de fidejuſſ. num. 251.* ubi quod ex indiciis de novo ſupervenientibus poſt defenſiones, & decretum liberationis, ſeu relaxationis ſub fidejuſſoribus ſi ſufficiant ad torturam, & non aliter, poteſt reus citari, & contumax vocari, *Farinac. d. qu. 4. num. 25. verſ. amplia primo.*

25 Undè infero quod ſi quis ex valdè urgentibus indiciis fuit tortus, & quia ſubſtinuit in tortura fuit liberatus in forma, & poſtea ſuperveniant alia nova indicia ſpecie differentia, licet non ita urgentia ſicuti erant prima antè torturam, ſufficientia tamen ad torturam, poterit reus iterum torqueri, & conſequenter citari; ſicut enim ex indiciis urgentiſſimis tortus poterit iterum torqueri, ſi ſuperſint indicia, quæ licet debilitata per primam torturam ſufficiant tamen ad ſecundam torturam, juxta *ſent. in l. repeti ff. de quæſt.* & tradita per *Farinac. qu. 38. num. 79.* ita etiam ad torturam deveniri poterit ob nova indicia ſupervenientia, quæ licet comparata cum primis non ſint ita urgentia, ſunt tamen ad torturam ſufficientia, cum nulla ſit ratio differentiæ in eo quod ſuperſint, vel ſuperveniant nova
26 indicia, immo reputentur efficaciora indicia de novo ſupervenientia ad repetitionem torturæ, quam reliquiæ indiciorum utcumque urgentiorum & prima tortura adhuc non evacuatorum, ut col-

Digitized by Google

ligere est ex traditis per *Farinac.d.q.38.num.72.& seq.* Rursus prædicta intelligo, ut vetera indicia
27 censeantur elisa, si re vera reus fecit defensiones, secus si reus post impartitum terminum defensorium nullis factis defensionibus sit liberatus in forma, ex eo quia licet adfuerint indicia sufficientia ad nomen rei recipiendum inter reos, (quæ minora sunt quam indicia ad torturam, juxta dicta per *Clar.qu.20.§.fin. vers.ad formandam*,) non tamen adfuere indicia ad torturam sufficientia, quia tunc vetera elisa non sunt indicia, & consequenter indicia supervenientia conjunguntur cum primis; nam Doctores, qui dicunt in supra citatis locis vetera indicia elidi per decretum liberationis
28 in forma, supponunt factas esse defensiones, ut ex *Foller. sup.alleg. & Farinac. quæst.4.num.25. vers. limita clarè*, colligitur, & ratio manifesta suadet, quomodo enim censeri possint elisa indicia, si contra ea nihil adductum est, intelligi minimè potest: & hoc semel, me pro fisco patrocinante in Regia Audientia Luceriæ tempore quo Auditoris officio fungebatur Dominus D. Joannes de Vera postea Consiliarius, & Reg.Cam. Præses, servatum memini; nam cum reus inquisitus de furto haberet contra se unam socii criminis nominationem, & habitis defensionibus nihil in termino adduxisset, fuit liberatus in forma (cum scilicet una socii nominatio non sufficeret ad torturam, vel condemnationem juxta passim receptam opinionem, de qua latè *Farin.q.43.num.4.& seq.*) cum deinde alia supervenisset socii nominatio, ex eo quia in termino defensorio nullas adduxerat defensiones, visum est Reg.Audient. debere conjungi has duas nominationes ad reum torquendum, juxta tradita per eundem *Farinac. d.q.43. num.37. & seq.* Unde fuit tortus, & furtum in tortura confessus fuit ab eadem Reg. Aud. ad remigandum damnatus, ac confirmata sententia per M. C. licet huic Reg. Audientiæ resolutioni contradixisset unus ex Regiis Auditoribus: & posset illa contradictio substineri hac ratione, quia scilicet impertiendo reo defen-
29 siones, litemque contestando nomen rei dicitur recipi inter reos, *Rovit.de official.prag.15.num.14.* quod non est in habilitato in forma, cum quo lis non contestatur: item dato termino reus inspectis regulis juris deberet diffinitivè absolvi, nec posset hæc diffinitiva absolutio novarum probationum postea repertarum revocari, & aliquod infertur reo gravamen, si locus novis probationibus relinquatur, ut doctè expendit *Fach.lib.9. controvers. c.16.* quod si ita est, reus in uno gravatus, debet in alio relevari, juxta vulgat. jura, de quibus per *glos. in l.eum, qui in princ.v.probandi ff. de jurejurando*, & ibidem *Bart. nu.1.*) ut scilicet valeat ex novis probationibus molestari, veterum autem probationum ratio non habeatur, & ut hodiernus stylus legis communis dispositionem minus corrigat, est enim quantum fieri potest correctio legum evitanda, *vulgat. juribus.*

30 Sed antecedentem conclusionem amplectendo eam confirmat mos, qui paucis ab hinc annis in M.C. inolevit, ut etiam post datas defensiones, litemque contestatam rei quandoque liberentur in forma, & relaxentur cum fidejussione de illos præsentando etiam novis non supervenientibus indiciis, etsi hanc decreti formulam objurget, *Muscat. in sua praxi fidejussoria modo primo n.15. vers.& ego*; non negatur tamen quin utilitatius sit ejusmodi decretum ante dationem termini defensorii, & litem contestatam; solent enim Reg.Tribunalia antè de-
31 fensiones habilitare reos ad omnem ordinem, quo casu possunt rei vocari ex eisdem indiciis, *Foller. d. pragm.de fidejussor.nu.251. Muscatel. in d.sua prax. modo 1.num.15.* ubi hoc tradit de habilitatione sub fidejussione toties, quoties, &c. Quæ idem est, ac habilitatio ad omnem ordinem, & si illam appellet habilitationem in forma confundendo habilitationem in forma, & habilitationem ad omnem ordinem, sed postea hoc corrigit *num.29.* & distinguit, prout revera distingui debet habilitationem in forma ab habilitatione ad omnem ordinem, sive toties quoties: abstinendum tamen est à rei citatione licet habilitati ad omnem ordinem absque novis indiciis frustratoriè enim ad judicium vocaretur is, qui si compareret denuo esset ad omnem ordinem habilitandus, supposito quod non adsint alia indicia, quam ea ex quibus justum fuit illum primo loco ad omnem ordinem habilitare; neque agi id permittitur nisi cum Judex habeat præ manibus paratas novas probationes, ne fortè reus instruatur ad fugam, si differat Judex rei vocationem in tempus quo probationes sint receptæ; ac propterea ad ejus notitiam facile potuerint devenire: id, quod non esset permissum, si reus esset habilitatus non ad omnem ordinem, sed in forma, nam tunc cum vis decreti illud importet ut non aliter reum fidejussor judicio sistere teneatur, quam si nova superveniant indicia, vocatio rei absque novis indiciis non subsisteret, *Muscatel.alleg.primo modo nu.29.*
32 & hoc casu si fortè Judex de proximo cernat superfutura nova indicia, posset Judex ad evitandum periculum fugæ consulere Fisco per rei carcerationem, id quod etiam tradit *Farinac.d.q.4. num.25. vers.limita.*

Nec hìc omittam, quod ut plurimum periti Judices
33 non procedunt ad dationem termini defensorii, nisi ea in processu adsint indicia, ex quibus ad torturam deveniri possit, nam licet, ut supra dictum est, ad impartiendas reo defensiones sufficiant leviora indicia quam ad torquendum, tamen abstinent à datione termini defensorii, ne cogantur eum liberare in forma, & expirent indicia per quascunque debiles defensiones, vel in dubium revocetur, an expiraverint vetera indicia; reumque potius habilitant in forma, vel ad omnem ordinem, ut priora indicia maneant: quæ praxis optima est, nisi fisci ob aliud interesset dari reo defensiones, & litem contestari, etiam si non sit deveniendum ad torturam; exemplum pone in inquisitis de mone-
34 ta falsa, qui si ad litis contestationem cum eis deventum sit, licet sint liberati in forma tenentur exulare à Regno *prag.19.de monetis num.1.* quamvis quando ex defensionibus factis clarè liquet de innocentia, soleat in decreto liberatorio addi clausula, quod reus non comprehendatur in banno.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *INdicia qualia esse debeant ad hoc, ut contumax possit damnari ad mortem?*

2 *Citatio ad informandum, in quo differat à citatione ad capitula?*

3 *Tortura an sit majoris præjudicii, quam transmissio inquisitionis, vel citatio ad informandum?*

4 *Indicia ad torturam, seu ad transmittendam inquisitionem sunt necessaria ad hoc ut contra Reum habilitatum, vel absolutum ex deductis, semel liberatum cum cautione de se repræsentando novis supervenientibus indiciis, possit procedi.*

5 *Indicia nova dicuntur, quæ à primis specie, & substantia differunt.*

6 Pri-

Digitized by Google

6 *Prima indicia per torturam non purgata, neque per defensiones sublata, an possint uniri cum supervenientibus?*

7 *Reus habilitatus in forma, novis supervenientibus indiciis, si intra biennium à die latæ sententiæ urgentiora non venerint, an possit amplius molestari?*

8 *Instantia in criminalibus biennio perit.*

9 *Instantia perempta, pereunt etiam acta ordinatoria, & probatoria.*

10 *Instantia in criminalibus in Regiis Tribunalibus perpetuò durat, & nunquam perit.*

11 *Instantia, ubi lapsu temporis non terminatur, potest Reus post biennium denuo molestari, si nova superveniunt indicia.*

12 *In Statu Ecclesiastico servatur Jus Canonicum, quo attento, neque civilis, neque criminalis instantia perit.*

13 *Confessus an possit condemnari non obstante quod instantia fuerit perempta, & num. seq.*

14 *Liberatus in forma, elapso biennio, pro absoluto habetur, & potest promoveri.*

15 *Instantiæ tempus non currit, quando stat per Judicem quo minus causa infra biennium expediatur.*

16 *Absolutus an & quando possit de novo molestari? & num. seq.*

17 *Reus an diffinitivè sit absolvendus ob non probatum delictum?*

RESOLUTIO XV.

QUalia debent esse Indicia, ut Reus imputatus de delicto capitali in Regno possit forjudicari, & successivè condemnari absens, tractat *Author* plenè in ista resolutione, & in specie de iis, quæ superveniunt post habilitationem rei, vel absolutionem ex deductis, aut alio modo juxtà solitum stylum Tribunalium, & in Regno post decretum liberationis in forma, qualia scilicet debeant illa supervenire, ut reus possit iterum citari, & condemnari absens, si non compareat, de quo *Caball. cas.* 36.

1 Eandem materiam tractavimus in prima resolutione concludendo, quod de jure requiruntur plenæ probationes, ut advertit *Author hic num.* 1. & desumitur ex *text. in d. auth. qua in Provincia*, ibi: *si autem omnino appareat obnoxius*, in praxi autem observatur diversimodè, quia vel requiruntur indicia ad torturam, ut verius *in d. resol.* 1. ostendimus, vel requiruntur legitima indicia ad inquirendum quæ non sunt tantæ virtutis, sed talia ex quibus reus præsens posset interrogari, de quo habes inibi plenè, & adde differentiam inter citationem
2 ad informandum, quæ ex se alium effectum non producit, nisi quod non comparendo Reus sit contumax, & pœnæ contumaciæ subjicitur: & citationem ad capitula, seù ad forjudicandum, quæ præsefert condemnationem capitalem, & forjudicationem, ut pro transmittenda citatione ad informandum simpliciter, indicia ad torturam non sint necessaria, quia ex ea condemnatio non expectatur, secus pro transmittenda citatione ad capitula, seu ad forjudicandum, quia tunc præcedere debent necessariò indicia ad torturam, declarat *Author hic n.* 2.
3 & nota, quia ex ejus dictis reperies veritatem illius conclusionis circa primam resolutionem enunciatæ: an majoris præjudicii sit tortura, quàm transmissio Inquisitionis, vel citatio ad informandum, & scies resolvere difficultatem, cum citatio ad capitula, quæ est præambula sententiæ diffinitivæ, & condemnationis capitalis longè majoris sit præjudicii, quàm citatio ad informandum, qua procul dubio majoris est præjudicii tortura, secus de citatione ad capitula, & ad forjudicandum: & in Statu Ecclesiastico Monitorium in pœnam confessati criminis, quod necessariò expectat sententiam, ista enim majoris est præjudicii, quàm tortura, ut inibi advertimus.

4 Ista eadem indicia ad torturam, vel ad transmittendam inquisitionem sufficientia, sunt necessaria ut superveniant post rei habilitationem, vel absolutionem ex deductis, seù liberationis cum cautione de se repræsentando novis supervenientibus indiciis ad formam styli observati in Regno, dicit *Author num.* 4. referens modum, quo requirendi sunt fidejussores, & ipsi rei, cum indicia superveneruntur.

5 Debent enim esse nova graviora, ac diversæ speciei, *Author hic num.* 23. allegat *Guaz. def.* 2. *cap.* 7. *num.* 18. *Cabal. cap.* 93. *num.* 43. & *Farin. q.* 38. *n.* 77. Adde *Guaz. def.* 30. *cap.* 23. *num.* 9. ubi quod debent differre in specie, & in substantia, *Farin. in addit. ad quæst.* 4. *sub num.* 46. *vers. & post num.* 46. *incipe à capite*, ubi quod si indicia priora fuerunt elisa per torturam, vel per defensiones factas, nullo modo haberi poterunt in consideratione, si denuò molestetur reus ex novis, veluti extincta penitus, & elisa, ut advertit *Guaz. d. cap.* 23. *num.* 9. allegans *Vinc. de Franch. dec.* 576. *in fin.*

6 Si verò priora indicia non fuerunt elisa, vel per torturam, vel per defensiones, sed in termino assignato Reo ad se defendendum per Juris rationes, ostenderit illa non sufficere ad torturam, dubitatur an de eis possit ratio haberi cum nova superveniunt, & *Farin. in addit. ad quartam quæst.* inclinat favore Fisci, ut possit Judex de eis habere rationem, ac ea unire simul, & ex omnibus discernere, an reus possit, vel non possit torqueri, quod sequitur *Author hic sub n.* 29.

7 At si lapsum sit biennium, & indicia superveniant à die liberationis in forma, dubium videtur. An possit tunc Reus denuò molestari propter instantiam peremptam, *ex l. fin. Cod. ut intra certum tempus criminalis quæstio terminetur*, & *l. properandum C. de Judic.* quæ mandant instantiam in causis
8 criminalibus biennio terminari. Instantia enim perempta in criminalibus, perit Jus partis, ut Reus molestari amplius non possit, *d. l. fin. C. ut intra certum tempus*, *Borell. sum. decis. tit.* 64. *n.* 63. *Roland. cons.* 94. *num.* 7. *lib.* 2. *Clar. §. fin. quæst.* 51. *n.* 8. *Guazz. def.* 2. *cap.* 6. *n.* 2. & si confessus fuerit delictum, nisi aliud statuto, vel lege particulari disponatur, *Franc. decis.* 653. *num.* 4. *Const. de reintegrat. dist.* 109. *nu.* 10. *Giurb. cons.* 18. *n.* 24. *de Marin. lib.* 1. *var. c.* 144. *nu.* 4. & 5. & *seqq.* ubi quod dispositio dictarum legum militat etiam lite non contestata, dummodo per reum non steterit, quin contestetur, sed per Fiscum, & officiales Curiæ ex *reg. l. omnibus la.* 40. *ff. de reg. jur. l. Jure Civili* 122. *ff. eodem l. si Titius statuet ff. de condit. & demonstrat.* ad quod vide *Guaz. cit. cap.* 6. *num.* 14. & 15. Cum perempta instantia, perimant
9 nedum acta ordinatoria, sed probatoria, & decisoria, *Giurb. d. cons.* 18. *num.* 24. *in fin. Guaz. def.* 2. *c.* 6. *num.* 18.

10 Et dubium faciunt leges Regiæ, de quibus in *pragm.* 50. *de offic. Magistr. lustit. & prag.* 10. *de offic. Judic. num.* 33. quarum vigore peremptio instantiæ in Criminalibus Regiis est sublata, ut *Author hic* advertit *num.* 5. *Rovit. super ead. prag.* 10. *n.* 5. & *de Marin. d. cap.* 184. *n.* 12. Nam leges præfatæ ordinant

instan-

Digitized by Google

instantias semper censeri prorogatas, ne delicta remaneant impunita, & ideò oritur dubietas. An so-
11 lùm habeant locum in causis pendentibus, & intra biennium non discussis, seù terminatis. An etiam in causis discussis, seù provisis post litem contestatam cum habilitatione, seù reorum liberatione in forma, & concluditur tàm *hic per Authorem*, quàm per *de Marin. cit. cap.* 184. *num.* 14. *lib.* 1. *& seq.* favore Fisci, ut etiam post tales liberationes reorum inquiri denuò, & molestari possint liberati, absoluti, & ità habilitati post biennium, si nova superveniant indicia, ut observatum per eos refertur, & per *Novar. decis.* 15. *nu.* 3. 4. *&* 5. ubi quod ità observatur ex dispositione Reg. Pragm. secus de jure communi, *Novar. in addit. ad pragm.* 6. *num.* 40. *de*
12 *Baron.* quemadmodum etiam observatur Mediolani teste *Julio Clar. §. fin. quæst.* 51. *num.* 8. *vers. alia est defensio*, & in Senatu Pedemontano *Thes. decis.* 10. *n.* 16. In Statu verò Ecclesiastico id idem servatur, *Scacc. de Judic. lib.* 1. *cap.* 94. *n.* 3. *vers. & licet contrarium*, *& Farin. in fragm. par.* 2. *lit. L. verb. Instantia nu.* 371. *vers. & in Statu Ecclesiastico*, ubi quod nunquam audivit allegari talem defensionem ex ratione allegata per *Scacc. cit. cap.* 94. *n.* 3. quod scilicet in Statu Ecclesiastico servatur Jus Canonicum quo attento instantia non perit, quæ ratio licet displiceat *Farin.*, ut eum videre est *cit. num.* 371. Attamen existimatur vera *ex eodem Scacc. de appellat. qu.* 15. *num.* 275. *Rota dec.* 10. *ut lite pendente in novis n.* 3. *Cancer. var. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 27. *Fenson. ad Stat. Urb. lib.* 1. *c.* 81. *n.* 19. 20. *&* 21. ubi quod de Jure Canonico nunquam perit instantia, tam in civilibus, quam in criminalibus, ex *Marant. Corn. & Assin. locis per eum allegat.*

13 Adverte tamen ad ea, quæ diximus cum *Franch. Giurb. & Marin. sub §. at si lapsum sit biennium*, quod & si reus fuerit confessus de delicto, peremptа instantia, non posset puniri. Adverte inquam, quod contrarium volunt *Marant. de ordin. Jud. par.* 5. *num.* 60. ubi alios allegat *Roland. cons.* 93. *num.* 1. *&* 2. *vol.* 3. ubi alios adducit *Bajard. quæst.* 51. *num.* 23. *Costa de subsid. remed. num.* 11. *remed.* 94. *Guaz. def.* 2. *cap.* 6. *num.* 36. *Farin. in frag. p.* 2. *lit. L. verb. instantia, num.* 369.

14 Unde pro concordia distinguas cum *Guaz. citat. cap.* 6. *n.* 36. *in fin.* quod aut confessio rei supervenit intra biennium, & tunc instantia contra confessum non perimitur, aut confessio supervenit post instantiæ lapsum, & tunc nulla ratio de confessione haberi potest, quemadmodum si per mille testes convinceretur allegans, *Bald. in l. properandum C. de Judic.* quia confessio in judicio invalido non attenditur, prout de confessione habita post lapsum 20. annorum refert *Cartar. de capto bandito cap. fin. sub n.* 315. & ita refert pluries decisum *Franc. cit. dec.* 653. *&* 654.

15 Cætera ad materiam peremptionis instantiæ vide *eundem Farin. cit. lit. L. verbo instantia ex n.* 365. *Guaz. cit. cap.* 6. *per tot. def.* 2. *Marin. cap.* 184. *per tot. & cap.* 287. *n.* 11. ubi quod liberatus in forma, elapso biennio habeatur pro absoluto, & potest promoveri, *Scacc. lib.* 1. *cap.* 93. *n.* 2. *&* 3. *Rovit. cit. prag.* 10. *de off. Judic. ex n.* 4. *Giurb. cons.* 18. *ex num.* 24. *& per tot. & cons.* 53. *ex num.* 16. *Novar. decis.* 15. *per tot. Ricc. decis.* 153. *n.* 3. *& seq. par.* 4. ubi notat in fine, quod dispositio Sac. Concilii Tridentini, *causæ omnes*, non habet locum, quotiescumque non stetit per Judicem, quin causam illam expediret ex resolutione Sacræ Congregationis Concilii.

16 Absolutus autem, an & quando possit iterum molestari? vide *Peguer. decis.* 70. *per tot. Cartar. decis.* 12. *num.* 35. 36. *&* 37. *Cabal. cas.* 93. *&* 288. *n.* 22. *& seq. Farin. quæst.* 4. *num.* 23. *& seq. cons.* 185. *num.* 4. *Guaz. defens.* 2. *cas.* 2. *per tot. Fontan. de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 13. *par.* 2. *n.* 75. *& seq. Giurb. cons.* 53. *ex nu.* 25. *Tusc. lit. A. verb. absolutus conclus.* 53. *& lit. S. verb.*
17 *sententia conclus.* 169. apud quem reperies distinctionem nimis rationabilem circa illam difficultatem, an reus absolvi debeat diffinitivè ob non probatum delictum, tùm de jure, tùm de consuetudine, inquit enim *sub n.* 20. *cit. conclus.* 53. *& concl.* 53. *& conclus.* 169. *n.* 7. *&* 10. quod si est parti assignatus, seù præfixus terminus ad probandum post litis contestationem, tunc sententia debet sequi diffinitiva, si vero non est præfixus terminus, poterit ex novis iterum inquiri, & processari, hoc idem videtur confirmari per *Rotam Bononien. penes Gipt. decis.* 22. *n.* 4. *Scacc. de appellat. qn.* 17. *limit.* 47. *memb.* 1. *n.* 189. *vers. contra istam exemplificationem & de re jud. glos.* 14. *quæst.* 7. *n.* 165. *vers.* 3. *respondeo*, admitti etiam per *Caball. casu* 93. *nu.* 3. dicens sententiam absolutoriam ob non probatum delictum diffinitivam existimari, ut ne ulterius de ea agnosci possit; Verum quia hodie præter sententiam absolutoriam ex capite innocentiæ omnis alia, ex novis supervenientibus, revidetur *ex eodem Caball. cas.* 93. *num.* 11. *Guaz. & aliis locis supra allegatis*; Distinctio prædicta licet rationabilis valde, in praxi nec admittitur, ut *ex eodem Tusch.* desumitur, *conclus.* 169. *num.* 11. *& Scacc. dicto cap.* 95. *lib.* 1. *de Judic. sub n.* 1. *versic. & hanc conclusionem ampliat etiam si Fisco, seù Instigatori esset præfixus terminus ad probandum, &c. & vers. si agatur de expediendo jam examinato.* Verùm si in sententia diceretur, absolvimus, & perpetuum silentium imponimus, tunc non poterit amplius molestari absolutus, *Jas. in leg. admonendi in* 2. *dect. num.* 19. *ff. de jurejur. Abbas in cap.* 1. *de offic. ordin. Felin. in cap. Adversario nu.* 4. *de except. Alex. cons.* 125. *lib.* 2. quia impositio perpetui silentii est diffinitiva, *cap. fin. de offic. Archid. cap. dudum de conu. conjug.* in specie voluit *Bald. in l. Præses in fin. C. de sent. & in auth. qui semel num.* 13. *C. quomodo, & quando Judex Contard. in l. diffamari quæst.* 22. *C. de ingen. & manum. Marant. in suo spec. aur. par.* 6. *vers. & demum fertur sententia n.* 29. *& seq. Macerat. var. lib.* 1. *resol.* 102. *n.* 4. *&* 5.

18 Verum si elapsum fuerit decennium à die commissi delicti, an supervenientibus novis probationibus possit, seù debeat reus sic absolutus, vel habilitatus solum condemnari in pœnam extraordinariam ex dispositione *text. in l. si diutino* 25. *ff. de pœnis*, de quo per *Hipp. sing.* 454. *& in suo tractat. de condit. verb. tempus num.* 94. *Farin. q.* 10. *ex nu.* 84. *Guazzin. def.* 2. *cap.* 3. *ex n.* 1. *Thes. decis.* 77. *per totam*: affirmativè respondendum videtur, quia verbum illud, *si quam diu in reatu fuerit*, pro inculpatione, & accusatione accipitur, & sic de reo accusato, & inculpato loquitur *tex.* ut declarat *Thes. cit. dec.* 76. *n.* 2. *Farin. quæst.* 10. *nu.* 87. *vers. sed & in hoc Guaz. cit. cap.* 3. *num.* 12. *&* 23. *Neron. sader. resol.* 56. *post cons. Farin. in* 2. *volum. Thes. vol.* 31. *n.* 60. 61. *&* 62.

SUMMARIUM.

1 *Absens damnari non potest de jure communi pro criminibus continentibus pœnam corporalem.*

Sed ubi agebatur de pœnis pecuniariis, vel non excedentibus relegationem condemnatio absentium permissa erat.

Et quomodo de jure communi contra reum absentem in contumacia per annum persistentem procederetur.

2 *Absens*

Digitized by Google

2 *Absens reus hodie de jure municipali totius ferè Italiæ post citationem, & contumaciam pro criminibus maximè capitalibus ad mortem damnatur.*

Absens reus in Regno post contumaciam capitali pœna ultimi supplicii damnatur.

Usurarium crimen pœna confiscationis omnium bonorum in Regno plectitur, & quomodo contra usurarios procedatur?

Delinquens in officio pœna privationis officii punitur, & quomodo contra eum procedatur?

Delinquens in officio si latitet, & sui copiam non exhibeat, potest etiam ad mortem damnari.

3 *Forjudicationis sententia pro quocumque delicto, pro quo poterat infligi pœna mortis naturalis, vel civilis, aut membri abscissionis, sive carceris perpetui, proferri poterat olim; postea fuit decisum ut forjudicatio locum non nisi in criminibus merentibus pœnam mortis naturalis, vel civilis haberet.*

Et ex novissima decisione S.C. non potest quis forjudicari, nisi pro delicto, pro quo si esset plenè probatum per confessionem, vel convictionem, eo præsenti irroganda esset pœna mortis naturalis.

4 *Delictum pœna mortis dignum dicitur non modo si pœna prædicta inducta sit à lege vel à statuto, aut consuetudine, sed etiam quando remittitur arbitrio Judicis, quia & hæc pœna potest ad mortem extendi.*

Forjudicatio non habet locum in pœnis alternativè impositis mortis, vel alterius pœnæ, nisi declarata pœna mortis per arbitrium habentem declarandi.

Et declarari non solet nisi compilato processu reo in fortiis existente.

Declarata tamen pœna capitali contra reum in fortiis existentem, si is fugiat à carceribus potest forjudicari.

Princeps est lex animata in terris.

Pœna alternativa pro delicto imposita, non potest per Judicem inferiorem ordinarium arbitrari.

Pœna simpliciter arbitraria poterit per Judicem etiam inferiorem arbitrari, licet statutum loquatur de pœna arbitranda per Proregem.

5 *Delictum infra pœnam mortis dicitur etiam illud pro quo licet sit imposita pœna capitalis, illa tamen pœna ex aliqua circumstantia sit minuenda.*

Et refertur praxis Regiorum Tribunalium, & illustratur exemplo.

Fratribus consobrinis non competit actio pro adulterio commisso in personam sororis consobrinæ.

Injuria gravis facta uni de cognitione omnibus cognatis est communis, & totius cognationis honorem ladit.

6 *Proditorium non dicitur delictum, quando adest aliqua magna causa occidendi, quia tribuens causam potuit id cogitare, & præcavere.*

Proditio cessat ubi adest causa inimicitiæ.

Opinio Farinac. contraria refutatur, dum existimat quod ob atrocem injuriam receptam delinquens ex intervallo non excusetur.

Homicidium in rixa commissum admittit excusationem ex quavis causa, quæ justè potest movere ad iracundiam.

Primi motus non sunt in potestate nostra.

Aliud dicendum in homicidio appensato, in quo requiritur gravior causa.

7 *Causa etiam injusta, & fatua excusat à dolo.*

Quod declaratur ut ibi.

Animus occidendi etiam in rixa adesse potest.

Homicidium rixosum etiam dicitur dolosum.

Injuria facta contemplatione mei alicui meo familiari dicitur facta mihi, & excusat à pœna ordinaria homicidii rixosi: & refertur decisio M.C. pronunciantis non esse locum in hoc casu forjudicationi.

8 *Pœna mortis imponitur etiam pro homicidio rixoso si interfector fuit auctor rixæ, & habuerit animum occidendi.*

Quando nam dicatur homicidium rixosum, vel appensatum ibidem.

9 *Delicta merentia pœnam mortis, quæ sint remissive.*

10 *Furti pœna an possit extendi ad mortem.*

Forjudicari an quis possit pro furto.

Furtum an sit enorme, & magnum Judicis arbitrio remittitur.

Pro furto simpliciter magno non occurrente alia qualitate non debet imponi pœna mortis nisi sit valde excessivum.

Furta tria committens non punitur pœna mortis, nisi sint notabilis quantitatis, aut aliam gravem habeant circumstantiam; sed aliter de jure Regni ut infra, & vide n. 11.

Intellectus ad l. capitalium §. famosos ff. de pœn.

Fur differt à latrone.

11 *Furtum de jure municipali hujus Regni si excedit unciam, vel si sunt commissa tria furta licet minima, puniuntur pœna mortis, sed hoc in desuetudinem abiit, & non servatur.*

Furtis duobus verificatis in genere arguitur veritas aliorum confessatorum.

Enormes qualitates in materia furti sunt discassatio domus, adhibitio clavium falsarum nocturno tempore, barbarum adulteratio, ascensio cum scalis noctis tempore, sacrilegium.

Delinquere consuetus gravius puniri debet.

Furta tria ad hoc ut ex num. augeant pœnam debent esse distincta re, & tempore.

12 *Latrocinium commissum alibi quam in via publica, licet in campestribus locis committatur, non indistinctè punitur pœna mortis.*

Latrocinium in Regno etiam quod sit unicum, & modicæ quantitatis, punitur pœna mortis si sit commissum in via publica.

Viæ publicæ usum violenter impediens hostis publicus reputatur.

Aggredientes causa furandi deambulantes tempore noctis per plateas, & vias publicas Civitatis Neapolis, & suburbia, ultimo supplicio puniuntur non habita consideratione quantitatis rei furatæ.

13 *Contra disrobatores stratarum potest procedi levato velo, more castrorum, seù ut dicitur ad modum belli.*

Requiritur tamen utraque qualitas, via scilicet publica, & campanea.

Ubi lex plures qualitates requirit, debent copulativè intervenire, ut habeat locum eius dispositio.

14 *Furtum commissum in taberna licet sita in via publica, & in campanea, non dicitur propriè commissum in via publica, & proinde super eo non potest procedi ad modum belli, & affertur ratio dicti.*

Dictio, in, denotat intrinsicitatem, quando cum ablativo adjicitur nomini denotanti locum.

Non dicitur factum in flumine, nisi quod sit in ipsa aqua.

Statutum pœnale propriè, & strictè est intelligendum.

Via publica est, quæ ad eum usum deservit, ut eâ publicè eatur, ac commeetur, quando talis sit, & quomodo differat à via privata.

15 *Furtum in via publica commissum absque violentia non appellatur propriè furtum in via publica, neque super eo potest procedi ad modum belli.*

Furans, vel disrobans in via publica non appensatè non dicitur publicus latro, neque punitur pœna mortis.

In latro-

Digitized by Google

In latrone viarum in dubio præsumitur appensamentum, & non subitus delinquendi animus.

Judex potest attenta furti modicitate punire illud mitiori pœna quam mortis, non obstante statuto pœnam mortis imponente; declaratur decisio Reg. Sanfelicii 40.

16 *Aggredieus viatorem in via publica animo depræandi si ob viatoris fugam extra viam publicam assequatur, & spoliet, quod non puniatur pœna disrobantis in via publica, nec possit contra eum procedi ad modum belli, sed contra n.17.*

Aliud est inchoare aliud perficere delictum: statutis verbis deficientibus deficit ejus dispositio.

Principium quando est licitum finis vero illicitus, ad excusandum delinquentem initii locus attenditur.

Statutum permittens offendere deprehensum in crimine, & in domo, si sic deprehensus aufugiat, licitum est per totum Territorium statuentis eum insequi, in alieno Territorio non licebit.

Finis, & initium quando sunt illicita attenditur finis, & perfectio delicti favore rei.

Finis quando habet necessariam consequentiam ad initium, attenditur initium, quando vero non pendet necessario ab initio, attenditur finis.

17 *Statutum contra offendentem aliquem in domo habet locum etiam contra inceptorem rixæ in domo, licet postea eum extra domum offendat.*

Domus sua cuique tutissimum refugium esse debet.

Latro aggrediens viatorem in via publica animo illum spoliandi, sed deinde extra viam publicam eum spoliat, dicitur in via publica spoliasse, & ibi delictum consumasse.

18 *Captus ut spolietur, possessione rerum suarum jam privatus est.*

19 *Aggrediens aliquem extra viam publicam, & ipsum fugientem in via publica spoliando, an incurrat pœnam statuti contra disrubatores stratarum, ita ut possit procedi ad modum belli?*

Statuti verba ubi conveniunt, ibi locum habet ejus dispositio, etiam si ratio non conveniat.

Extensio fit in pœnalibus, quatenus proprietas verborum patitur.

Furtum non ex proposito in via publica commissum caret tanta atrocitate ut commissum ibi appensatè.

Maleficia distinguit voluntas, & propositum delinquendi.

Principium, & finis, ubi sunt illicita, ad rei pœnam mitigandam, si reo expediat, attenditur initium.

20 *Forjudicatio an cadat in crimine adulterii.*

Adulterii pœna est mortis, nisi aliqua qualitas concurrat quæ pœnam minuendam suadeat.

In omnibus tamen fere Provinciis ista pœna est mitigata.

21 *Forjudicatio an pro delictis non consumatis possit imponi.*

Affectus in delictis atrocioribus punitur etiam non secuto effectu, si deventum sit ad actum proximum.

De consuetudine tamen mitius delinquentes puniuntur, quando effectus non est secutus.

Affectus punitur etiam non secuto effectu, non obstante consuetudine contraria in quibusdam casibus.

22 *Assassinii crimen punitur pœna mortis etiam non secuto effectu.*

Assassinium late sumpto vocabulo dicitur etiam quando homicidium committitur proditorie, vel cum magna copia sociorum, vel pro grassatione in viis publicis.

Assassinium propriè dicitur, quando mandatum datur, & recipitur de occidendo cum datione, vel promissione pecuniæ, aut alterius rei.

Requiritur tamen acceptatio expressa, nec sufficit tacita, & est expressè probanda.

Probata tamen receptione pecuniæ probatur assassinium, licet non probetur quia.

Voluntatem declarari verbis aut facto nihil interest.

Ratificatio, quæ fit facto, potentior est ea, quæ fit verbo.

Assassinium committitur etiam si pecunia promittatur, neque est opus quod tradatur.

Dare, & promittere in delictis paria sunt.

23 *Assassinium an committatur intercedente promissione incerta?*

Assassinium committi dicitur, si quis mandet alicui homicidium committi cum promissione, che la casa sua sarà sempre aperta per esso, vel per alia similia verba.

24 *Assassinium non quælibet minima pecunia constituit, veluti si dentur expensæ pro itinere, vel pro homicidii præparatione, vel pro evadendo à manibus Curiæ, vel pro promissione, quod expendet quicquid opus erit pro ejus liberatione, & quid præsumitur si magna detur pecunia?*

25 *Assassinii crimen ut constituatur est necesse ut pecunia detur ipsi occisori, nec satis est si detur mediatori, vel proditori, qui ducit occidendum ad locum homicidii.*

26 *Homicidio non secuto in casibus, ubi propriè non cadit assassinium, non habet locum forjudicatio.*

Intellectus ad pragmaticam secundam de Assassinio.

An dicta pragmatica secunda corrigat dicta numero 25.

27 *Assassinium an de sui essentia requirat quod occisus, vel vulneratus sit Christianus.*

Christianus præsumitur qui est natus in terra Christianorum.

Et onus probandi contrarium pertinet ad inquisitum.

Intellectus ad cap. pro humani, de homicid. in 6.

Toleratus dicitur cum quis ab eo, qui jus tolerandi habet toleratur, secus si clam, & occultè.

Assassinium committi dicitur quomodocumque homo mediante pecunia occidi mandatur, sive Christianus, sive infidelis sit.

28 *Mandatum ad vulnerandum, & non occidendum (licet pecuniæ interventu,) non est propriè assassinium, si mandatarius non excessit, neque ultra vulnus aliud sequutum est.*

Et proinde hujusmodi delictum non est exclusum à Reg. indultu excludente assassinium, neque amittit immunitatem Ecclesiæ, neque excludit Clericum à privilegio fori.

Assassinium non est quodlibet delictum pecuniæ commissum, sed benè erit gravius puniendum ob interventum pecuniæ.

29 *Mandans excusatur à pœna ordinaria, si mandatarius fines mandati excesserit, occidendo quem tantum vulnerari mandaverat, etiam si mandatum sit ad vulnerandum in capite; sed contra ibidem, quod & mandans, & mandatarius puniuntur pœna ordinaria in hoc casu.*

Vulnera non dantur ad mensuram.

Mandatarius non potest servare modum quod vulnus absque morte inferat.

Mandans tenetur de excessu mandati, quando non est in potestate mandatarii non excedere modum.

30 *Mandans non tenetur pœna ordinaria homicidii, si factum*

Digitized by Google

si factum, quod mandavit de sui natura non est aptum mortem inferre, ut est in facie ferire, & percutere baculo, quod qualiter procedat declaratur.

31 *Conatus hodie punitur pœna ordinaria in crimine assassinii, quicquid alias dubitaverint Doctores per prag.1.de assassin.*

Pœnam ordinariam minuere in arbitrio Judicis residet, quando delictum non est consumatum etiam stante statuto conatum puniente pœna ordinaria.

Fallit in terminis Regiæ pragmaticæ de assassinio.

32 *Assassinii pœna non procedit, si mandatarius non vulnus intulit, sed aliam offensam, licet mandatum sit ad occidendum.*

33 *Assassinii pœna vigore Reg.prag.1.de assass.non procedit, si mandatarius vulnusculum tantum intulit.*

Statutum loquens de vulnere non comprehendit vulnusculum.

Vulnusculum modicum nullum habet in se delictum.

Pragmatica prima de Assassinio tanquam pœnalis stricte est intelligenda.

34 *Auxiliatores in terminis d.Reg.prag. primæ de assassinio non consumato delicto, nisi per actum vulneris, adhuc videntur puniri pœna ordinaria, ex illius dispositione.*

Sed contrarium verius ibidem.

Auxiliatores puniuntur pœna ordinaria assassinii secuto effectu homicidii.

Et procedit etiamsi auxilium sit præstitum post delictum, dummodo auxiliatores sciverint pecuniæ interventum.

Assassinos defendentes, receptantes, aut occultantes puniuntur eisdem pœnis, quibus principales.

Assassinium defendere dicitur, qui testem subtrahit, ne contra assassinum deponat.

Auxilium post delictum punitur tantum extra ordinem in aliis delictis.

Depositarius pecuniæ pro assassinio promissa punitur pœna mortis.

35 *Mandans assassinium si una cum mandatario delicti executioni adsistat excusat se, & socios à crimine assassinii, & de ratione ibidem, si tamen ab initio ita est conventum, sed contrarium est verius, ibid.*

In crimine assassinii mandatum habetur pro delicto consumato, sed contrarium est verius ibidem.

Mandatum solum in Regno non habetur in consideratione quoad incurrendam pœnam assassinii ordinariam.

Mandans ubi delictum executioni demandatur, non obligatur ex mandato, sed ex delicto.

Mandans assassinium licet à principio nihil dixerit de propriæ personæ interventu, si interveniat cum mandatario in delicto, nec sit deventum nisi ad actum vulneris, non potest forjudicari, quia cessat assassinium.

36 *Inimicus inducens alium inimicum ad occidendum aliquem mediante pecunia non committit crimen assassinii, quia inimicus.*

Assassinium est cum ab illis delictum perpetratur qui nulla ab occiso fuere injuria affecti.

37 *Filius familias, si recepta pecunia de mandato patris homicidium committat, cessat crimen assassinii.*

Pater, & filius eadem persona censentur.

Filius occidens, vel offendens patris inimicum, proprium, & communem inimicum offendit.

Mandatarius de consanguinei mandato aliquem occidens mediante pecunia an committat crimen assassinii, remittitur arbitrio Judicis.

Injuria facta uni de domo ad totam agnationem extenditur.

Pœna assassinii an possit ex causa minui, puta ob offensionem prius receptam?

De delictis pro quibus procedi potest ad forjudicationem, & præsertim quandonam dicatur furtum in via publica? & quandonam pœna ordinaria pro tentato assassinio imponi possit ad finem ut possit procedi ad forjudicationem?

RESOLUTIO XVI.

1 Lim jure commmuni constitutum erat, ut nemo absens damnari posset in criminibus continentibus pœnam corporalem, utcumque contumax esset, sed tantum ubi agebatur de pœnis pecuniariis, vel non excedentibus relegationem, condemnatio absentium permissa erat, *l.absentem, ff.de pœnis*, quod si de crimine graviore pœnamque majorem merente quis arguebatur, terminus infra quem judicio sistere debebat præfigebatur, quo elapso contumacis bona adnotabantur; quæ quidem post aliam citationem, & denunciationem adnotationis recuperare licebat, ubicumque infra annum in judicio se exhibuisset; post annum vero in contumacia permanens in pœnam contumaciæ bonorum jacturam patiebatur, adeo ut nullus illi aditus relinqueretur ea post hac recuperandi, etiam si clara probatione suam innocentiam demonstraret: neq; ullam aliam præter hanc bonorum ademptionem licebat judicantibus contra absentes pœnam irrogare, *text. in l.1. & 2.C.de requir.reis. Cabal.resol.181.n.1.*

2 Hodie vero ubique locorum ferè vigent jura municipalia, quibus inducta est contra absentes citatos, & contumaces ad mortem damnatio pro criminibus, vel maximè capitalibus, ut passim de generali totius Italiæ consuetudine testantur *Bossius Clar.Farinacius*, & alii relati per *Caball. d.resolut. 181.num.2.* immo in hoc Regno adeo est immutata juris communis sanctio, ut ad nullam aliam pœnam deveniri soleat contra absentem contumacem, quam ad capitalem ultimi supplicii, ut est notum in foro versantibus (quamvis in aliis Italiæ locis soleant contra absentes contumaces aliæ pœnæ corporales infra mortem proferri) quod adeo verum est ut in crimine usurariæ pravitatis, in quo pœna confiscationis bonorum jure Regni imponitur Constitutio Regni *Usurariorum nequitiam* ad summum viderim in praxi observatum, ut reo effecto contumace ad informandum, deventum sit ad adnotationem bonorum, eorumque relaxationem penes tutam personam, & superseſſum in reliquis, donec duraverit rei contumacia: hinc est ut necesse fuerit civiliter agere contra quosdam, qui deliquerant in officio, & citati ad informandum se contumaces reddi passi fuerant, ad hoc ut pœna privationis officii eisdem in contumacia absentibus inferri posset; fuerunt enim post contumaciam ad informandum incursam citati ad dicendum causam quare non deberent officiis privari, & ad omnes, & singulos actus ad sententiam, ejusque executionem inclusivè, datoque termino, & compilato processu, prout in aliis causis civilibus, fuerunt facta relatione in Collaterali Consilio officio privati, teste *de Franc.decis.457.* ubi *num.10. & seq.* refert limitationem ad id quod supra dictum est, non posse de jure procedi contra absentem ad damnationem ultimi supplicii, ut scilicet contra eum, qui in officio deliquit possit ferri etiam mortis sententia, si latitans, & fugiens sui copiam nō exhibeat.

Digitized by Google

3 Ut ad hanc in Regno usitatam forjudicationis sententiam procedi possit notandum in primis est, olim potuisse ad eam procedi pro quocumque delicto, pro quo poterat infligi pœna mortis naturalis, civilis, absciſſionis membri, aut carceris perpetui, ut est *text. in cap. Regni sive quis sit forbannitus de forjudicatione*, *Foller. in sua prax. crimin. in verbo forjudicentur num.* 1. posterioribus temporibus teste *de Ponte in tract. de potestat. Proregis in tit. de provis. fieri solitis §. quarto num.* 47. *& seq.* resolutum fuit congregatis omnibus Neapolitanis Tribunalibus forjudicationem non posse locum habere nisi in criminibus merentibus pœnam mortis naturalis, vel civilis: postremo Regni gubernacula tenente Beneventano Comite decisum est non posse quempiam forjudicari nisi pro delicto, pro quo si esset plenè probatum per confessionem, vel convictionem reo præsenti irroganda esset pœna mortis naturalis, *Gizzarel. dec.* 13. *Rovit. in prag. ad rubricam de sent. forjudic. num.* 36. *Dominus Reg. Tapp. in lib.* 5. *de jure Regni in cap. Reg. sive quis sit forbannitus, num. final.* absurdum enim visum fuit ex ficta confessione, vel convictione, quam forjudicatio inducit, major, & gravior pœna inferatur illa, quam vera confessio, & convictio inducere potest contra reum in fortiis constitutum, ut præcitati ad plenum disseruere. Delictum pœna mortis dignum intelligo
4 ne dum si lege communi, vel statutaria, vel consuetudine (quæ in pœnis infligendis tantum valet, quantum ipsa lex *Franc. decis.* 240. *num.* 10.) talis pœna inducta sit, sed etiam ubi pro delicto adest pœna arbitraria, quæ ex circumstantiis possit usque ad mortem extendi, si facti, & circumstantiarum gravitas id exposcat, juxtà *glos. in §. in summa inst. de injuriis*, quam in his terminis veram esse testantur *Marant. in suo spec. aureo distinctione* 1. *par.* 4. *num.* 68. etiam si jure, vel consuetudine non sit pro eo delicto imposita pœna mortis, *Franc. decis.* 504. *num.* 11. *& dec.* 533. *num.* 11. *Cabal. resol.* 92. *num.* 60. *& seq. cent.* 1.

Aliud dicendum est; ubi pœna non est simpliciter capitalis, sed capitalis, vel alia ad arbitrium Principis eligenda, ut est exempli gratia contra deferentes sclopos parvos, mortis, aut ducatorum bis mille ad arbitrium Proregis, *prag.* 14. *de armis num.* 6. *cum concord.* in casu enim hujusmodi pœnæ alternativæ, non potest ad forjudicationem procedi, quia non declarato adhuc per Proregem arbitrio, prout declarari non solet, nisi compilato processu contra reum in fortiis existentem, incertum est an pœna futura sit capitalis. In uno casu posset ad forjudicationem procedi, si scilicet reus in fortiis existens post declaratum arbitrium mortis à Prorege fugam arriperet à carceribus, nam tunc cum jam sit declarata pœna capitalis per Principem, qui est lex animata in terris, *authentic. de Consulib. in princip.* poterit reus contumax forjudicari, cum jam agatur de delicto pœnam capitalem seu mortis merente, & extra controversiam est in praxi in terminis prædictæ pragmaticæ non posse Judicem inferiorem ordinariam hanc pœnam arbitrari, ad *text. in l. si quis arbitratu ff. de verb. oblig.* quamvis ubi non alternativè, sed simpliciter imponitur pœna arbitranda per Regem, aut Proregem, poterit eam arbitrari Judex à Rege, vel Prorege constitutus, quia Rex, vel Prorex non judicat, sed Judex ordinarius, *Reg. Rov. prag.* 5. *num.* 49. *& 50. de admin. Univers.* & differt hic casus à priore, quia in hoc casu agitur de judicando, in priore vero Prorex non judicat, sed re judicata à Judice ordinario, & damnato reo, ut moris est, ad hanc vel illam pœnam à Prorege arbitrandam eligit Prorex, quam ipse maluerit.

5 Rursus, ut ad rem redeam, delictum infra pœnam mortis intelligo, ubicumque licet natura delicti sit capitalis, tamen ex aliqua circumstantia ea minuenda sit; licet enim pro ejusmodi delicto soleat procedi ad citationem ad informandum, & ad capitula, & etiam ad forjudicandum, ut passim servatur in Regiis Tribunalibus, tamen postea re maturè discussa, ubi agitur de proferendo sententiam forjudicationis, fit decretum quod supersedeatur in forjudicatione. Exemplum poni potest in eo, qui licet appensatè interfecerit eum à quo atrocem receperat injuriam, pœna enim ordinaria in hoc casu temperatur, & consequenter à forjudicatione est abstinendum, *Gizzarell. dec.* 18. ubi ita passim judicatum per Sacrum Consilium testatur, quemadmodum judicatum observavi in Magna Curia referente Domino Burgos *die* 12. *Martii* 1644. cum ageretur de forjudicando duos Fratres Nolanos, qui proditoriè interfecerant alium Civem Nolanum, ex eo quod per multos annos eorum sororem consobrinam carnaliter cognoverat, licet dissimulante, & annuente illius viro; licet enim prædictis fratribus consobrinis actio querelandi non competeret, *l. quamvis la* 2. *in princip. & §. in primis C. ad legem Juliam de adult.* ubi *gloss. &* passim *Doct.* agebatur de injuria gravi, quæ uni de cognatione facta, omnibus Cognatis communis est, & totius cognationis honorem lædit, *text. in l. unic.* ubi *Bald. quinto notab. C. de rapt. virg. Gram. dec.* 23. *num.* 2. *& 3. Caball. resol.* 289. *num.* 7. nec fuit habita in consideratione proditio, quia ubi aderat tam gravis causa offensionis, non potest dici occisum fuisse proditoriè occisum, habebat enim causam præcavendi; id quod proditionis crimen excludit, cum proditorium homicidium sit cædes hominis nihil tale suspicantis, & is qui tam graviter alicujus honorem offendit, semper debet ultorem formidare ad tradita per *Caball. de omni genere homicidii num.* 399. *& seq. & seq. Rovit. prag.* 11. *de abolitionibus num.* 58. ubi quod quotiescumque adest causa inimicitiæ, vel offensionis cessat proditio, *Far. quæst.* 18. *num.* 74. *vers. vel qui eum occidit*. Quæ quidem sunt notanda, & in praxi sunt recepta in Regno, quicquid contrariam opinionem, ut scilicet, nisi occidatur in continenti is, à quo occisor fuit injuria effectus, ordinaria pœna minimè minuenda sit, teneat, & veriorem existimet, *Farinac. quæst.* 121. *num.* 111. *usque ad num.* 118. *& qu.* 125. *num.* 401. *& seq. ubi num.* 403. asserit ridiculum esse quod minuatur pœna in eo, qui provocatus injuria post receptam injuriam ex intervallo eum, qui injuriam intulit offendat: hanc tamen constituo differentiam inter homicidium appensatum, & rixosum, ut ad excusationem pœnæ ordinariæ in homicidio appensato non sufficiat quælibet provocatio, aut offensio, sed requiratur gravis injuria, & provocatio, quæ honorem graviter læserit, ut loquuntur Doctores qui hanc opinionem tuentur, ut ex præcitatis locis videre est, nam stricto jure delinquens ex intervallo non est excusandus, ut benè ponderat *Farinac. d. num.* 118. at in homicidio rixoso sufficit quævis causa, dummodo talis sit ut justè ad iracundiam occisorem potuerit commovere; primi enim motus non sunt in potestate nostra, *Alex. cons.* 117. *n.* 17. *lib.* 4. *Herculan. in tract. de caut. de non offend. quæst.* 13. *num.* 10. *& seq. Bertazz. cons. crimin.* 245. *num.* 51. & alii relati per *Ciarlin. contr. forens. cap.* 116. *num.* 55. *& seq. Mastril. dec.* 278. *nu.* 1. *& seq.* licet secus sit ubi justa iracundiæ causa non intercessit, *Velasq. controv. Illustr. cap.* 18. *num.* 29.

Add. ad

Digitized by Google

*Add. ad Bertazzol. consil.criminal.*135. *lit.B.* idem *Mastril.d.decis.*278.*num.*43.*& seq.* quod aliquando objeci adversus eos, qui putant quamlibet causam excusare à pœna mortis in homicidio rixoso, ex eo quia asserunt quamlibet levem, injustam, & fatuam causam excusare à dolo, juxta tradita per *Farinac. d.q.*90.*inspec. prima*: nam sensus hujus assertionis est, quod excuset à dolo, quælibet causa, quæ scilicet nascitur ex opinione delinquentis, dum putat se non delinquere, ut explicat *Farin.d.quæst.*90. *inspect.* 1. *in princip.* nec potest applicari ad terminos homicidii rixosi, in quo delinquens non fallitur opinando se non delinquere, & rem licitam agere; sed tantum excusatur ob repentinum animi motum, licet habeat animum occidendi, qui & in rixa adesse potest, *Clar. §.homicidium vers.dolosum Farinac.quæst.*126. *num.*6. Unde & homicidium rixosum etiam dolosum dicitur, ut ex *Clar. & Farinac.* habetur: ubicumque igitur animus occidendi licet in rixa adest, & consequenter dolus, qui resultat ex animo occidendi, non est cur allegari possit prædictum vulgatum dictum, quod quælibet causa injusta excusat à dolo, & in alium omnino sensum à Doctoribus accipitur. Ex prædictis observavi judicatum in Magna Curia, ut procedetur ad forjudicationem contra quemdam Antonium Spirito, qui appensatè occiderat Agnellum Campanile non aliam ob causam, nisi quja pridiè antea Agnellus occisus gladio malè tractaverat ejus cognatum; non fuit enim hæc causa visa tam gravis ut excusare deberet à pœna ordinaria occisorem: & rursus vidi supersessum in forjudicatione *die* 17.*Febr.*1644. non recordor nominis inquisiti, sed casus erat talis; Titius interdixerat Cajo amicitiam Sempronii, Cajus non obstante interdictione prosequebatur amicitiam cum Sempronio, id Titius ægrè ferens verberibus affecit Cajum, Sempronius indignatus, quod in sui contumeliam esset Cajus verberatus, ad iram commotus Titium per ipsius apothecam illinc ad horam post verberationem transeuntem cultro arrepto interfecit: major pars votorum censuit supersedendum in forjudicatione, nam negari non poterat injuriam verberum illatam Cajo contemplatione, & in contumeliam Sempronii tanquam ipsius familiari ad ipsum quoque Sempronium pertinere, & ipsi quoque illatam videri, ex doctrina *Cyn. in l. si non convicii* 3.*q.C.de injuriis*; & cum ageretur de homicidio rixoso satis ea causa visa fuit ad leniendam pœnam mortis, & consequenter ad supersedendum in
3 forjudicatione; licet justum sit ut pœna mortis imponatur etiam pro homicidio rixoso, si duo concurrant, nempe quod interfector sit auctor rixæ, & & quod habuerit animum occidendi, *Farinac. qu.* 126. *num.* 49. ubi Virgilium Manticam capite obtruncatum refert ob homicidium rixosum his duobus concurrentibus, cui *Farinac.* opinioni videtur plaudere *Constit.Regni terminum vitæ*, quam adducit *Mastrill.decis.*297.*num.*19. ex qua ad imponendam pro homicidio pœnam mortis satis esse colligitur, quod occisor sit aggressor nulla distinctione an occisor sit nobilis, vel ignobilis, quia eadem pœna mortis imponitur nobili, ac ignobili, nisi quod nobilis decapitatur, ignobilis furca suspenditur, *de Franc.dec.*240. *num.*7. Hæc licet incidenter referre libuit, sunt enim ad materiam forjudicationis pertinentia, & plerumque de homicidiis agitur, ac discutitur, an pœna sit capitalis, ut possit ad forjudicationem deveniri. Quod si quæras quodnam temporis intervallum constituat homicidium rixosum, vel appensatum? Respondeo hoc arbitrarium esse Judici ex qualitate injuriæ, facti, & personarum, *Peguer. decis.*78.*num.*41. quænam sint delicta merentia pœnam mortis habes apud
9 Authores relatos per *Farinac. q.*20. *num.*1. colligitur ex *Prag. Regni*, quas hìc nolo transcribere, & ex Constitutionibus Regni, in quibus plerumque efficitur capitalis pœna, quæ de jure capitalis non est. Attingam hìc aliqua, quæ non passim obvia apud alios reperiuntur.

10 Quæro an pro furto possit quis forjudicari? hæc quæstio pendet ex alia quæstione, an pro furto possit imponi pœna mortis; & quidem jure communi cautum est, ut pro crimine furti imponi nequeat pœna ultimi supplicii, *text. in auth. sed novo jure, C.de servis fugit. Peguer.dec.*27.*num.*1. *Franc.decis.* 315.*num.*1. *& decis.*521. *num.* 11. id tamen secundum plerosque limitatur, ubi fur sit famosus, hoc est tria furta, vel licet unicum magnum tamen, & enorme commiserit Judicis arbitrio, quando tale sit interpretandum, *Peguer.dicta decis.*27.*nu.*2. *& n.*6. *& seq. & decis.*26.*n.*3. *Franc.locis supra allegatis*; ubi de fure famoso qui idem est ac fur qui tria furta patrarit, *Campagn. in cap.Regni ad hoc de furtis*, *num.* 56. veriorem tamen alii eam opinionem censuerunt, non debere Judicem ad pœnam mortis pro furto simpliciter magno quempiam damnare, nisi ultra magnitudinem furti alia concurrat qualitas aggravans ratione loci, temporis, vel alterius atrocis circumstantiæ, quemadmodum copiosè tradidit *Farinac.* cum aliis per eum relatis *quæst.*167. *num.* 45. *& seq.* dixi pro furto simpliciter magno, quia poterit esse furtum tam excessivæ quantitatis, ut illa sola excessiva quantitas possit movere arbitrium Judicis ad infligendam pœnam mortis, *Menoch.de arbitr.casu* 295.*nu.*9. quemadmodum etiam quoad pœnam committentis tria furta etiam æquior & receptior de jure est opinio, eam non debere esse ultimi supplicii, nisi illa tria furta sint notabilis quantitatis, aut aliam habeant gravem circumstantiam, *Clar. in §. furtum num.*9. *vers. scias tamen*, *Farinac.d.quæst.*167.*n.*49.*&* 50.*& n.*80.*vers. prima opinio*, fundamentum enim supra relatæ opinionis deducitur ex *glos. in d.aut. sed novo jure C.de servis fugitivis*, *in verb. castigabitur*, ubi quod qui consuevit furari furcis suspendi debet: sed illa *glos.* allegat *text. in l. capitalium*, *§. famosos ff.de pœnis*, qui *text.* non loquitur in fure, sed in latrone famoso; differre autem furtum à latrocinio de jure satis compertum est, cum fur sit qui occultè, & sine armis delinquit, latro autem qui per vim aut cum armis in domibus, & itineribus, vel in mari aggreditur, & rapit, *d.aut.sed novo jure*, *§.fures autem.*

11 Jure tamen municipali hujus Regni, nempè *cap. ad hoc de furtis*, sublata est hæc controversia, nam pro furto unciam hoc est, sex ducatos excedente, aut pro tribus furtis licet minimis inducta est pœna mortis, hanc enim receperunt interpretationem illa verba, *de pluribus furtis*, *licet minimis*, *Camp. in d.cap.ad hoc num.*64. quæ quidem pœna mortis fuit practicata Neapoli in quodam fure, qui quam plura furta, licet satis modica confessus fuit ex aliorum marsupiis feciſſe, quod plus est, non verificatis nisi duobus tantum delictis in genere, cum ex illis duobus argueretur veritas aliorum furtorum confessatorum, teste *Gram. decis.* 48. sed non obstante sanctione prædicti capituli *ad hoc*, est adhuc subsistendum, illius enim rigor in desuetudinem abiit, teste *Gizzarel.decis.*13. *n.*7. ubi subdit prædicti capituli rigorem non servari, nisi furtum sit magnum, vel ultra unciæ excessum, concurrat aliqua enormis circumstantia, & inter enormes circumstantias

enumerat diſcaſſationem domus, ubi commiſſum eſt furtum, adhibitionem clavium falſarum nocturno tempore, vel barbarum adulterarum: addo aſcenſionem cum ſcalis noctis tempore ad aliorum domos, quæ qualitas nimis gravat, *Gram.dec.*36. *num.*13. *Peguer. deciſ.* 26. addo qualitatem ſacrilegii, quæ maxima eſt, præſertim ſi ſacrum de ſacro auferatur, *Farinac.*ad ſaturitatem *quæſt.*172.*nu.*15. *& ſeqq. Sanfelic. deciſ.*35. ubi id deciſum refert à M. C. delegata in crimine ſacrilegii; etiam ſi res furto ſubſtractæ non eſſent ſacræ, ut ſunt linteamina altaris, immo etiam contra ſurripientem tabulas argenteas ex votis fidelium in Eccleſia affixas. Hæc quoad furtum unciam excedens; quoad alterum caput de pœna mortis pro tribus furtis minimis, neque illud vidi in praxi obſervatum, niſi agatur, ut ſupra dixi, de furtis alicujus conſiderationis. Eſſet ſanè proculdubio exacerbanda pœna ratione trium furtorum, etiam modicæ quantitatis; ratio enim ſuadet ut acrius arbitrium in conſuetum delinquere exerceatur, *text.& gloſ. in leg.*3. *C.de Epiſc. Aud.* dicuntnr autem tria furta ubicumque ſunt diſtincta re, & tempore, unde ſi quis una eademque die vel nocte committeret plura furta, licet in pluribus domibus, propter temporis continuationem unum furtum diceretur, *gloſ. in leg.eum qui §.idem dicit verſ.ſed non in totum*, & ibi *additio ff.de furtis, Boer. deciſ.*219. *Menoch.de arbitrar. caſ.*295.*num.*20. *Giurb.conſ.crim.*93.*nu.*5.*&* 6. ubi hoc præſertim affirmat ubi fur non divertiſſet ad actus extraneos: & ex his colligi poteſt quandonam pro ſimplici furto poſſit ad forjudicationem procedi.

12 Si ad latrocinium tranſeamus, ſi illud alibi, quam in publicis viis licet in campeſtribus locis, committatur, non indiſtincte imponitur pœna mortis, *D.Reg.Tapp. lib.*5. *de jure Regni tit.*41. *n.*3. ſi vero in viis publicis; tunc omiſſa diſpoſitione *text. in l.capitalium, §.famoſos, ff.de pœnis*, in Regno uſitata praxis eſt, ut pro unico latrocinio licet modicæ quantitatis imponatur pœna furcarum, *d.Reg. Tapp. eod. tit.*41. *n.*4 *& ſeq.* ubi quod ita quotidie ſervatur, & quod publicarum viarum uſum violenter impediens hoſtis publicus reputatur, quodque viæ publicæ ſunt ſub protectione Regis, & in illis delinquentes Regiam ſecuritatem, & protectionem violare dicuntur, concordat *Cancerius variar. reſol.lib.*2.*cap.*2.*n.*97.*&* *lib.*3.*tit.*5.*n.*27. vias enim publicas Juriſconſultus Baſilicas, hoc eſt Regias appellavit, *text. in l.*2. *§.viarum*, & ibi *additio ad marginem, ff.nequis in loco pub.* pro prædicta Regni praxi facit *Prag.*1.*de furtis*, in qua diſponitur eos, qui nocturno tempore cauſa furandi aggrediuntur deambulantes in plateis Urbis Neapolitanæ, vel ſuburbiorum, puniendos eſſe pœna ultimi ſupplicii, non habita diſtinctione valoris rei, vel quantitatis disrobatæ, ad inſtar disrobatorum in viis publicis, & conſequenter inſinuatur disrobatores publicarum viarum indiſtincte pœna mortis puniri; quam pragmaticam allegat *Marius Italia de immunitate Eccleſiæ cap.*5.*num.*20. ad hoc propoſitum, quod ſcilicet in Regno pro unica graſſatione in viis publicis etiam minima, pœna mortis imponitur; id quod & in Regno Siciliæ pragmatica Sanctione expreſsè diſpoſitum eſt, *Maſtrill. deciſ.*147. *n.*10. & non ſervari diſpoſitionem juris communis *d. §.famoſos*, in Regno Cathaloniæ, ſed pro unica graſſatione imponi ſolere pœnam mortis teſtatur etiam *Peguer. dec.*40.*n.*7.

13 Hinc eſt ut in odium criminis non ſolum, ut ſupra dictum eſt practicetur pœna mortis, ſed inducta ſit contra ejuſmodi disrobatores poteſtas procedendi levato velo more caſtrorum, ut dicitur, ad modum belli, *pragm.*10.*de offic.judicum n.*48. ubi quod contra committentes furta in via publica, & ut ajunt, in Campanea proceditur ad modum belli, ibi, *in ſtrada publica, & in campagna*; in hunc enim ſenſum accipienda ſunt ſupra tradita, ut ex prædictis patet, adeo ut niſi utraque qualitas, ſcilicet quod delictum ſit in via publica, & in campanea, quemadmodum non eſſet indiſtincte practicanda pœna mortis, ut ſupra dixi, ita nec eſſet exercenda poteſtas ad modum belli, quia ubi plures qualitates à ſtatuto requiruntur omnes copulativè requiruntur, *arg.text.in l.ſi hæredi plures, ff.de condit.& demonſtrat. Surdus dec.*56.*n.*2. *& Decius conſ.*75.*n.*11.

14 Hinc furta commiſſa (ut hoc tangam materiæ non omnino extraneum) in Tabernis, licet ſitis in publicis viis, & in campanea, non poſſe dici proprie furta commiſſa in viis publicis inferebam, & conſequenter non poſſe pro iis procedi ad modum belli, quia dictio *in* denotat intrinſicitatem, quando cum ablativo prout in caſu noſtro adjicitur nomini denotanti locum, ita ut non ſufficiat fieri extra, vel prope, ut eſt *text.in l.*1.*§.in flumine publico, ff.de fluminibus*, ubi quod non dicitur factum in flumine, niſi quod fit in ipſa aqua, *Jaſon. in l.Gallus, §.ille caſus, ff.de liber.& poſt.n.*21.*Maſtril.* cum aliis per eum relat. *deciſ.*22.*n.*9.*&* *Gratian.diſcept. forenſ.*460.*n.*60.*&* *ſeq.* & cum ſtatutum ſit pœnale, & odioſum, erit ſtrictè, & proprie intelligendum, *vulg. cap. odia, & cap. in pœnis de regul. jur. in* 6. *Maſtrill. d.deciſ.*22.*n.*6. *Gratian. ubi ſupra*, & confirmatur, quia via publica eſt, quæ ad eum uſum deſervit, ut ea publicè eatur, & commeetur, *l.*2. *§.viæ autem publicæ, ff.ne quid in loco publico*, ibi: *ut ea publice iretur commearetur*: ſtatim atque igitur ab ædificio occupatur via publica, jam deſinit eſſe via publica ea ex parte, qua occupatur ab ædificio, ad rem *Cancer. variar. reſol.lib.*2.*cap.*2.*n.*98. *& lib.*3.*cap.*5.*n.*22. quamvis id contingere non poteſt abſque Principis licentia, ut quis in via publica Tabernam conſtruere poſſit, cum via publica ſolum publicum habeat ita dicta, vel quia eam publicam ſtatuit is, qui eam publicandi jus habuit, vel quia publica habita eſt ex tanto tempore, ut memoria non extet in contrarium, ad differentiam viæ privatæ cujus ſolum non publicum eſt, ſed privatum ſive alienum, per quod tantum eundi, & agendi jus competit, *d. l.*3. *in principio, & §.viam publicam, & §.ſequent. ff. ne quid in loco publico, Alex.conſ.*77.*n.*6.*vol.*6.

15 Advertendum etiam puto non eſſe locum huic ex abrupto procedendi modo, nec poſſe appellari proprie furtum in via publica tam rigidè puniendum, ſi abſque violenta invaſione furtum quis in via publica committeret; ut memini in Regia Audientia Lucerina contigiſſe, in qua quidam confeſſus fuit ſe clam ſubtraxiſſe certam pecuniæ quantitatem ſocio itineris, qui in via publica obdormiendi cauſa ſubſtiterat, quia in hoc caſu deficit atrocitas illa ſupra conſiderata: quemadmodum etiam non putarem indiſtincte imponendam pœnam mortis ei, qui non ex induſtria, & appenſate, ſed caſu fortuito oborto ſcilicet repente disrobandi animo aliquem in via publica disrobaſſet, *Peguer. deciſ.*40. *in addit.ad finem*, ubi quod licet publicus latro cenſendus ſit is, qui vel ſemel in via publica disrobationis delictum patravit inſpecto jure canonico, non tamen talis dici poteſt is, qui repente abſque appenſamento tale delictum perpe-

tra-

Digitized by Google

travit; faciunt infra dicenda *num.*19. & in hoc fundamento dici potest (id, quod in facto uti Fisci patronus respondi) innixam *decis.*40. relatam per *D.Reg. Sanfelicium*, in qua refertur fuisse impositam pœnam triremium vita durante illi, qui furtum carolenorum viginti commiserat in via publica, in qua ad alium finem adfuerat; etsi in latrone viarum, nisi contrarium probetur, appensamentum, non subitus delinquendi animus, præsumatur, *Mastril.dec.*297.*n.*37. potest etiam responderi processisse allatam decisionem 40. ex æquitate Sacri Consilii quam sæpius solet adhibere contra exactum legum rigorem, cum possit Judex attento modico valore furti pœnam mortis mitigare, non obstante statuto pœnam mortis imponente, *Muta ad pragm.Sicul.de furtis, & rapinis n.*10. *& seq.*

16 Dubitare hic, arrepta occasione, in mentem venit quid jure respondendum sit, tum quoad pœnam, si delinquens viatorem in via publica animo deprædandi aggrediatur, sed furtum, seu latrocinium extra viam publicam perficiat ob fugam viatoris, quem latro alibi extra viam publicam assequatur, & spoliet? dicendum videtur in hoc casu locum non esse modo militari, seu potestati ad modum belli, primo, quia rigor procedendi ad modum belli inductus est contra committentes furta in via publica, ut liquet ex dicto §.48. furtum autem non potest dici commissum, sed tantum inchoatum in via publica, aliud enim est inchoare, aliud committere delictum, *l.*1.*C.ubi de crimine*, ibi: *inchoata, vel commissa sunt*, quem *text.* ad rem ponderat *D.Reg.Merlinus controv. forens.*67.*n.*9.*tom.*1. deficientibus igitur verbis statuti dispositionem statuti etiam deficere consequens est, *l.*4. *§.toties*, ubi *Paul.ff.de damn.infect.* cum *concordant.* ad rem *Bart. in l.quod ait lex*, *§.quod ait lex*, *ff.de adult.* ubi quod si quis aliquem insultaret in platea, & fugaret extra plateam, ibique eum percuteret, non diceretur eum percutere in platea; secundo, quando principium est licitum, finis illicitus, tunc ad excusandum delinquentem attenditur locus initii, est casus in *d.§.quod ait lex*, ubi *Bart.num.*3. *Alex. cons.*24.*vol.*2.*num.*28. *& cons.*75.*n.*7.*vol.*3. *Marsi.in l.unica, C.de rapt.Virg. n.*251. *August. ad Angel. in verb.fama publica num.*62.*vers.adde tamen* (nisi in loco finis concurrat disparitas rationis, & terminorum adnotat *Cuchalon de Angel.in alleg.num.*62. *vers. falsa*, & scripserunt *Alex. in d. cons.*24.*vol.*2. *n.*28. *Marsil. d. n.*251. exempli gratia statuto permittitur impune offendere aliquem deprehensum in crimine, & in domo, licebit illum per totum territorium statuentis insequi, & offendere si forte in crimine, & in domo deprehensus aufugiat, sed in alieno territorio hoc minime licebit, quia non potuerunt, nec præsumuntur statuentes in alienæ Jurisdictionis injuriam id permittere, ut explicant prædicti *Cuchalon, & Alex.* auctoritate *Jo: Andreæ*, & aliorum ibidem: potest etiam poni exemplum in eo, quod dicitur non licere familiæ reum persequi incipienti extra locum sacrum, si ille in locum sacrum confugiat, in loco sacro illum capere in præjudicium immunitatis Ecclesiasticæ, ut ex *Bald.* tradit *D.Reg.Merlinus controv. forens.*80.*n.*18.*t.*1.) Quando vero tam finis quam initium sunt illicita, ut in terminis propositæ quæstionis, attenditur finis, & perfectio delicti favore rei, ne delinquens duplicem incurrat pœnam, & inchoati scilicet, & perfecti delicti, *l.illud, §.fin. in fin. ff. ad leg.Aquiliam*, *Bart. in d. §.quod ait lex n.*2. *idem Augst. ad Angel.in verb.fama publica num.*62. *v.adde tamen*, *Alex.in d.cons.*75.*n.*6. *D.Merlin.d.controv.*67.*n.*15.

Tertio, etsi finis, quando habet necessariam consequentiam ad initium, ut est verbi gratia si ex vulnere sequatur mors, attendatur initium *Menoch. lib.*6. *præsump.*17.*n.*4. *& seq.* tamen quando finis non pendet necessario ab initio (quemadmodum in casu de quo agitur, non enim ex aggressione necessario sequitur furtum cum possit invasus evadere, vel aggressor pœnitere) tunc attenditur finis, idem *Menoch. eadem præsump.*17. *n.*9. ubi adducit *Alciatum.*

17 Contrariam tamen opinionem, si casus contingeret, sequerer in judicando; moveor (omissis his, quæ pro initio in delictis inspiciendo doctissime adducit *Dom.Merlinus d. contr.*80. *num.*7. *& seq.*) quia ratio, in qua fundatur legis municipalis severitas, & delicti atrocitas, est violatio securitatis viarum publicarum, ut supra dixi; hæc ratio omnino pariter militat, cum quis invaditur tantum in via publica, deinde alibi spoliatur, vel cum in ipsa via publica, & inauditur, & spoliatur, utroque enim modo pariter infestantur, ac intuta redduntur itinera publica, ita ut nulla omnino dissimilitudinis ratio excogitari possit, nec alter ab altero latrocinii successus substantia differat: licet ergo agatur de materia odiosa stricte interpretanda, casus propositus sub allegati §.48. dispositione comprehenditur non per modum extensionis, sed stante omnimoda similitudine per modum comprehensionis, quæ longe differt ab extensione, juxta *gloss.in cap.*1. *verb.Italiæ, de tempor. ordin. in* 6. ad tradita per *Cravet. de antiquit.tempor. par.*4. *in princ.num.*140. ubi quod etiam in materia exorbitanti fit extensio ad casum, qui substantia non differt ab expresso; & nemo prudens dubitare potest statuentes non aliter responsuros, si an hunc quoque casum comprehendi vellent interrogati fuissent: unde & pro expresso ille haberi debet, *Farinac. in fragm. in verb. extensio n.*266. confert id quod à Doctoribus traditum est, quod scilicet statutum contra offendentes aliquem in domo offensi locum habeat contra incœptorem rixæ in domo offensi, licet eum extra domum offendat, *Muta ad pragm.Sicul.unicam de pœna euntium cum facie tincta n.*11. *&* 12. statutum enim habuit considerationem in statuendo ad id, quod domus sua unicuique tutum receptaculum esse debeat, *vulg. l.plerique, ff. de in jus vocan.* & quod is, qui incipit rixam in alicujus domo domus ejusdem securitatem infringit.

18 Hæc opinio eò tutius, & extra controversiam procedit, si contingat (id quod sæpe latrones facilitant, ut commodius furtum committant) viatorem capi in via publica, gratia illum spoliandi, deinde alibi spoliari; in hoc enim casu dicendum est proculdubio delictum in ipsa via publica consumari, nam statim atque quis captus est, ut spolietur, rerum suarum possessione jam privatus est, & furtum verè passus in ipsa captura dici potest, ut omissis aliis rationibus solide ponderat *Bald. in l.si quis non dicam rapere num.*10. *vers.sed ego addo, & dico C.de Epis. & Cler.* & post eum *Alex.cons.*216.*n.*11.*vol.*6.

19 Sed è contra si quis aliquem extra viam publicam aggrediatur animo spoliandi, & fugientem tandem in ipsa via publica comprehendat, & spoliet, verba statuti in proposito themate congruunt, nam furtum committitur verè in via publica, & ubi verba statuti conveniunt, ibi statuti dispositio locum habere debet, *l.prospexit, ff.qui, & à quib. Cravet. cons.*10.*n.*7. *Surd.dec.*276.*n.*13. *&* 14. ubi quod hoc ampliandum etiam si ratio non conveniat, quia in pœnalibus fit extensio quatenus verborum proprietas patitur, *Dec.in l.factum, §.in pœnalibus n.*10. *ff.*

de

de reg.juris, *Farinac. in d.verb. extensio n.*161. nec supra perpensa ratio violationis viæ publicæ hic deficit, argumento eorum, quæ tradit *Covar.var. resol.lib.2.cap.*20.*n.*25.*vers.*27. unde cum & verba, & ratio in hoc casu conveniant tanto magis statutum locum habere dicendum est, *Surd.* ubi supra *n.*14. *in fin.* & tamen si revera ab initio latro animum deprædandi in via publica non habuit, sed casu ob fugam viatoris ad latrocinium in via publica committendum prolapsus est, advocatus inquisiti poterit non spernendis fundamentis contrariam pro inquisito tueri sententiam, primo, quia cum ab initio non habuerit propositum disrobandi in via publica, furtum licet in via publica commissum carere videtur tanta atrocitate, quantam habet furtum ex proposito commissum, *Peguer.supra allegata decis.*40.*in additione ad finem*, *Gomez. de furtis num.*10.*in fine*, ubi statutum Hispanicum contra latrones in via publica, vel mari ita intelligendum putat; & facit illa generalis ratio, quod maleficia distinguit voluntas, & propositum delinquentium, *l.qui injuriæ in principio*, *ff. de furt.* secundo, quia ubi finis, & principium sunt, prout in casu nostro, illicita ad rei pœnam mitigandam, si id reo expediat, initium, quemadmodum quando omnino licitum est, spectandum sensuere *Alex. d. cons.*75.*n.*7.*lib.*3. *Cavalc.de brach.Reg.n.*251.*par.*5. (quamvis quod indistincte finis spectandus sit innuere videatur *Dom. Merlinus*, nihil tamen certi firmans *d.cap.*67.*n.*15. *verb.& tandem.*) Nec *Alex.* doctrinæ supra traditæ refragantur suprascripta, ubi ex *Bart.* & aliis diximus finem inspiciendum ubi finis, & initium sunt illicita, id enim favore rei procedere *Bart.* affirmavit: ubi igitur favor rei aliud postulat, non est ab ejus doctrina alienum aliud asserere.

20 Quæro an in crimine adulterii cadat forjudicatio? respondeo affirmative, quia pro adulterio est pœna mortis jure novissimo Codicis *l.quamvis l.*2. *C.de adulteriis*, *Clarus in §.adulterium n.*7. etsi jure auth. hæc pœna sit correcta in fœmina, quæ mitius punitur, *text.in auth.sed hodie*, *C.eodem*, *Farin. q.*141.*n.*17. *Caball.resol.*200.*n.*16. *Pasch.de virib.patriæ potest.par.*1.*cap.*5.*n.*38. *Isern.& Afflict.relat.per Franc. decis.*240. ubi ita decisum testatur per Sacr. Cons. nulla distinctione nobilitatis, vel ignobilitatis; & licet in illo casu concurrerent multæ enormes circumstantiæ, nempe propinatio veneni ex causa adulterii, incestus tam affinitatis, quam consanguinitatis de jure canonico, tamen decisio non fuit fundata in his circumstantiis, super quibus non fuit facta discussio, sed super pœna à lege pro adulterio constituta, ut ex *num.*14. *in fine*, nec ab hac pœna mortis discedendum putat, nisi aliqua qualitas concurrat, quæ pœnam minuendam suadeat, *num.*12. quemadmodum eò tutius poterit imponi pœna mortis, si cum adulterio concurrat aliqua qualitas gravans, *Franc. eod.num.*12. & de hac opinione in Regno, quæ fuit pluries practicata, ut *Franc.*testatur *d.dec.*240.videtur non dubitandum, licet in omnibus ferè Provinciis hanc severitatem non esse in usu, sed mitiorem pœnam esse usitatam scripserit *Clarus in d. §. adulterium num.*7. *Muta Siculus decis. Sicul.*89. *num.*8. ubi tradit hodie de consuetudine pœnam mortis non servari, nisi concurrat aliqua circumstantia delictum gravans, *Farinac. qu.*141.*n.*67. *& seq.* Adulterium punibile in foro fori intelligas, cum vir sive solutus, sive conjugatus accedit ad fœminam conjugatam, secus si vir conjugatus accedat ad fœminam solutam, nam licet hic accessus sit adulterium in foro poli, non est tamen punibilis in foro fori pœna adulterii, *Clar. §.adulterium n.*2. *Caball.resol.*32. *Farinac. & alii per eum relati d.q.*141.*n.*75.*& seq.*

21 Quæro an pro delictis non consumatis possit ad forjudicationem procedi? respondeo regulariter non posse; nam, etsi de jure in delictis atrociori-bus puniatur affectus non sequuto effectu, si deventum sit ad actum proximum, *l.is, qui cum telo*, *C. ad legem Cornel.de sicar.* ubi passim Doctores, *Farinac.* cum quam plurimis per eum relatis *qu.*124. *n.*4.*& seq.* tamen de consuetudine generali pro delictis etiam atrocissimis regulariter solet imponi mitior pœna, quando non fuerunt ad effectum deducta, utcunque sit deventum ad actum proximum, idem *Farinac.* ad saturitatem *d.q.*124.*n.*78. *& seq.* in plerisque tamen delictis hæc generalis consuetudo est abrogata, & punitur affectus deductus ad actum proximum pœna ordinaria. Et in

22 primis se offert crimen assassinii, quod etsi secundum vulgatum usum loquendi soleat sæpe aliter accipi puta, pro homicidio proditorio, vel cum magna copia sociorum, vel pro crassatione in viis publicis, *Farinac.qu.*123.*n.*162.*&* 163. *Muta ficul. decis.*50.*n.*4. proprie tamen, ut hic loquor, assassinium committitur cum mandatum datur, & suscipitur intercedente datione, vel promissione pecuniæ aut alterius rei, quæ utilitatem affert recipienti de hominem occidendo, & imponitur pœna ordinaria mortis tam mandanti, quam mandatario, etiam si crimen homicidii non sit sequutum, dummodo sit deventum ad actum proximum vulneris in personam, contra quam datum est mandatum, *prag.*1.*de assassinio*, quæ in hunc modum practicandam statuit dispositionem *text. in c. pro humani de homicid.in* 6.

Dixi cum mandatum datur, & suscipitur, quia ad hujus criminis incursum requiritur quod data, & expresse acceptata sit spes, & oblatio lucri, ita ut non sufficiat tacita acceptatio, eaque sit omnino probanda, *Farinac.d.qu.*123.*n.*147. *Rovit.d.prag.*1. *Giurb.cons.crim.*41.*n.*11.*& cons.*46.*n.*25. cum aliis per eum ad saturitatem relatis, adeo ut non sufficiat homicidium esse sequutum, & probari promissionem absque acceptatione promissionis, ut ex supra allegatis, quia necesse est, ut inter mandantem, & mandatarium conventio, & consensus super pretio homicidii intercedat, *Gunzz.defens.*1.*cap.*38. *num.*42.*vers.& etiam requiritur*, quod notabiliter declarandum censeo, quando non probaretur nisi sola pecuniæ, aut alterius rei pollicitatio ex parte mandantis, secus si ultra prædictam promissionem probetur etiam receptio pecuniæ, aut rei promissæ, quia tunc diceretur probata qualitas assassinii, & diceretur recepta pecunia ex causa præcedentis promissionis, quam cum facto acceptet nihil refert verbis an factis quis voluntatem declaret, *l.de quibus*, *ff.de leg.& ibi gloss. in verb.factis*, *gloss.in l.*2. *§.ignominiæ in verb.efficit*, *ff.de his, qui not.infam. ad rem Giurb.cons.crim.*70.*n.*28. immo cum ratificatio dictæ promissionis fiat facto, potentior est, quam ea, quæ fit verbo, *l.Paulus respondit*, *ff.de rem rat.hab. Farin. cons.*40. *n.*17. & si aliter præmissa intelligerentur, essent contra id quod passim traditur, an pecunia sit data in causam homicidii perpetrati, vel in aliam causam, colligi ex præsumptionibus, *Farinac.qu.*123.*n.*155.ut infra dicam.

Dixi datione, vel promissione, quia non est necesse, ut tradatur pecunia, vel res promissa, sed sufficit sola promissio, *Capycius dec.*155.*n.*17. *Farinac.d. qu.*123.*n.*41. *Giurb. d.cons.*41.*n.*11. *Rovit.d.prag.*1. *num.*16. ubi quod paria sunt dare vel promittere

in

in delictis, ſi contemplatione dationis, vel promiſſionis delinquatur, & hoc expreſſe probant verba *Pragm.* ibi: *promettere denari, o altra coſa*, neque eſt neceſſaria ulla ſcriptura aut cautela, *Capyc.dict. dec.155.n.9.verſ.ad quartam dubitationem,& n.18. Giurb.eod.conſ.41.ibid.*

23 Sed dubitatur inter Doctores, an ſi hæc promiſſo non ſit certa, ſed incerta, adhuc committatur aſſaſſinium? quod non ſufficiat incerta promiſſio ſenſit *Caball.in tract.de omni genere homicid.n.494. & n.547. & Giurb. in conſ.70.n.37. & ſeq.* ubi innumeris auctoritatibus oſtendit non committi aſſaſſinium niſi certa ſit data, vel promiſſa res, vel pecunia, nec generalia verba, aut complacentiam abſque certa promiſſione, vel datione inducere aſſaſſinium; quin immo ſi quis ex complacentia, & non ob pecuniam licet occiſori datam, vel promiſſam motus ſit ad occidendum, ceſſare aſſaſſinium docet *n.40.*

Contraria opinio quod ſcilicet, ſatis ſit incerta promiſſio tradunt *Franc.deciſ.176.* ubi deciſum refert in Sac. Conſ. induci ex his verbis: *Ammazzate il tale, che la caſa mia vi ſarà ſempre aperta, Rovit. prag.1.de aſſaſſinio n.10. Bajard.ad Clar.in §.aſſaſſinium n.6. Farinac. d.qu.123. n.146. Novar. quæſt. forenſ.52.& 45.* ubi deciſum refert per M.C. induci aſſaſſinium ex his verbis: *Ammazzate il tale, che ne farete coſa grata al tale; vel, Ammazzate il tale, che io vi levarò dalla forca*: addidit *Farinac. d.qu.123.n.38 & ſeq.* cum aliis per eum relatis induci aſſaſſinium ſi aliquis inducatur ad occidendum, ut alteri complaceat? licet melius, ut ſentio, dixerit *Caball.in tract.de omni genere homic.n.546.* induci aſſaſſinium, quando ex complacentia ſperat aliquod commodum, quia alioquin indiſtinctè quotieſcunque quis altero mandante delinquit ſemper diceretur aſſaſſinium committere, cum nemo poſſit alterius nomine delinquere, niſi ut illi complaceat, & morem gerat; hinc committi aſſaſſinium ſi quis moveretur ad occidendum aliquem ob promiſſionem uxoris ſibi factam, tenuit *Decian.in tract.crimin.lib.9.cap.30.n.16.in fine*, quem refert *Farinac. qu.123. n.45.* contra *Boſſium in tit. de mandat. ad homicidium n.35.*

24 Non tamen quælibet modica pecunia crimen aſſaſſinii conſtituit; nam ſi promittantur, vel dentur expenſæ neceſſariæ pro itinere, vel pro homicidii præparatione, vel pro evadendo à manibus Curiæ ceſſat crimen aſſaſſinii *Farinac.qu.123.n.158.* hinc non committi aſſaſſinium dixit *Giurb.conſ.70.n.40. & 41.* ſi mandans homicidium promittat mandatario, quod patrato delicto efficiet eum liberari, ac expendet quicquid pro ejus liberatione opus erit, vel cum effectu ſolvat, & expendat quicquid fuerit pro ſupradicta liberatione neceſſarium, neceſſe enim eſt, ut pecunia, ſeù alia res detur, vel promittatur pro pretio, & mercede homicidii, ut ex ſupracitatis patet, concordant *Guazz. defenſ.4. cap.12.n.10. Bajar.ad Clar.qu.89.n.22.* hinc eſt, quod ſi poſt patratum à mandatario homicidium mandans ei traderet modicam pecuniæ quantitatem, pro expenſis potius quam pro homicidii perpetrati mercede ſoluta præſumetur, ſecus ſi magnam ei tradiderit ſummam, quia tunc pretium aſſaſſinii præſumetur, *idem Giurb.conſ.70.n.41.& 28.*

25 Erit etiam neceſſe ad crimen aſſaſſinii conſtituendum, ut pecunia detur, vel promittatur occiſori, & percuſſori, nec ſatis erit, ſi illa detur mediatori, qui non ipſe homicidium peragendum ſuſceperit, ſed cum alio ipſius exequutionem tractarit; quin immò ſi pecunia non occiſori, ſed proditori, ſive ei qui ducit occidendum ad locum ubi ſunt percuſſores, non eſt aſſaſſinium, quia pecunia eſt danda occiſori, ſeù carnifici; *Giurb.conſ.7.n.1. Craſſ.de effect.Clericat.effect.1.n.708.Rovit.d.prag.1.*

26 *n.59. in fin.* ex quibus infertur homicidio non ſequuto in hoc caſu, & caſibus ſupradictis, in quibus crimen aſſaſſinii ceſſat, non poſſe pro ſolo vulnere inferri pœnam mortis, & conſequenter non cadere forjudicationem: obſtat tamen ultimo dicto *deciſ. Capyc.155.* quæ emanavit in Regno Siciliæ ultra farum; ubi fuit deciſum committi crimen aſſaſſinii data pecunia mediatori, qui conduxerat ad locum delicti aggreſſores, licet enim homicidium non eſſet ſequutum, fuit laqueo ſuſpenſus ille Not. Marcus mediator: ſed cum ultimo dicto videtur conformis *d.pragm.1.* in cujus terminis requiritur, ut mandatum mediante pretio detur mandatario, qui prorumpat ad actum vulnerandi, itaut ſi alteri pretium detur, vel promittatur quam mandatario, exequutori, & percuſſori, tanquam caſus diverſus à caſu in *prag.* comprehenſo non comprehendatur in *prag*, quam eſſe ſtrictè intelligendam in caſu ſuo tantum tradit *Rovit. in d.prag.* & infra plenius dicetur. Neque his obſtat *prag.2.* quæ extendit diſpoſitionem *prag.1.* etiam ad mediatores quoſcunque quia ſenſus *d.prag.2.* eſt, ut ſi mandatarius percuſſor mandatum de occidendo mediante pecunia recipiat, & deveniat ad exequutionem mandati per actum vulneris, incurrat nedum mandans principalis, qui per perſonam mediatoris dedit mandatum, & mandatarius in pœnam ordinariam, ſed etiam ipſe mediator, qui antea in *d.prag.* loquente tantum de mandante, & mandatario loquebatur, minime erat comprehenſus, ut colligere eſt ex themate quæſtionis de mediatore propoſitæ, *in d.p.2. per Rovit.* qui poſt relatam *deciſ.* pro mediatore dicit occaſionem ex illa *deciſ.* ſumptam ad includendum mediatorem per *pragm.* ſecundam: tenebitur igitur mediator pœna ordinaria etiam effectu non ſequuto, ſi deventum ſit ad actum vulneris in eo caſu, in quo crimen aſſaſſinii conſtituitur; crimen autem aſſaſſinii non conſtituitur niſi ubi pecunia datur percuſſori; quod eſt notandum, quia non reperi ita explicatum, quamvis *Rovit.idem eod.n.49.* per verbum *forte* aſſerat, quod ſi mandatarius acceptaſſet mandatum de occidendo pretio mediante, licet ipſe mandatarius executionem alteri demandaſſet, fortè includeretur *in d.pragm.1.* ſed hoc, ſi intelligatur abſque pretio demandata alteri executio, ni fallor, contradicit iis quæ poſtea ſubdit ex *Craſſo*, quod ſcilicet neceſſe eſt, ut pretium detur percuſſori: item contradicit verbis *prag.* requirentis, ut mandatarius prorumpat ad actum vulneris, quæ verba ſunt concepta in perſonam mandatarii, nec poſſunt ad alium referri, *Bart.* communiter receptus, & *Decian. quos idem Rovit.* refert, & ſequitur *d.prag.1.n.22.* ſed ut dixi tantus vir dubitative loquitur, & nihil firmat.

27 Dixi de occidendo aliquem, quia etſi hæc qualitas, quod occiſus, vel vulneratus ſit Chriſtianus videtur probanda, *ex text.in cap.pro humani de homicidio in 6.* ad tradita per *Clar.in §.aſſaſſinium, Farinac.quæſt.123.num.132. & ſeq. Guazzin. defenſ.1. cap.38.num.42.verſ.ac etiam*, ubi quod ſufficiat occiſum vel vulneratum natum eſſe in terra Chriſtianorum ad hoc ut præſumatur Chriſtianus, & onus probandi contrarium transferatur in inquiſitum, niſi ſimus in terra Chriſtianorum, ubi publicè converſantur infideles, *Guazz. ibidem verſ. ſi vero non conſtaret*, tamen probabilior opinio eſt ſatis eſſe quod offenſus ſit in terra Chriſtianorum toleratus,

licet

licet infidelis sit, ità expresè *Brun. à sol. in suis leg. quæst.* 24. *num.* 24. quem refert *Farinac. d. qu.* 123. *num.* 135. nec obstat ratio allata, quod de iis, qui foris sunt, ideſt de infidelibus, nihil ad nos, quia hoc est intelligendum quoad pœnas spirituales, non autem quoad temporales, quia si occidatur infidelis absurdum non est ut locum habeant *Prob. & Marſ.* relati per *Farinac. d. q.* 123. *num.* 34. quemadmodum neque multum negotium facessit, quod hæc qualitas expresè videatur requisita à *d. cap. pro humani*, quia respondeo, quod si adamussim servanda esset dispositio *dicti cap. pro humani*, nunquam hodie extaret crimen assassinii, nam in terminis *dicti cap. pro humani* necesse esset, ut mandatum daretur illis populis, qui assassini nuncupabantur, & & infideles erant, ad occidendum, & ubicumque quis aliorum opera uteretur ad occidendum, licet pretio conductorum, cessaret assassinium, *Covarr. variarum resol. cap.* 20. *lib.* 2. *num.* 10. *verſ.* 2. *infero*, *Mastrill. decis.* 295. *num.* 15. *& seq.* ubi etiam quod *cap. pro humani de homicid. in* 6. loquitur tantum de pœnis spiritualibus, quas jus canonicum respexit, quemadmodum igitur illa dispositio extenditur ex consuetudine jam recepta ad pœnas etiam temporales non solum contra mandantem, qui solum comprehendebatur in *d. cap.* ex quo ille canon fuit pronunciatus contra Christianos utentes opera infidelium quoad pœnas spirituales, quæ solos Christianos tangere poterant, sed contra mandatarium etiam quicumque is sit, qui pretio suscepit mandatum de occidendo, *Farinac. q.* 123. *n.* 19. *& n.* 136. ità non est absurdum ut extendatur non solum is contra quem datum est occidendi mandatum sit Christianus, sed etiam si in terra Christianorum toleratus sit: dicetur autem toleratus ad rem cum palam, & publicè ab eo, qui jus tolerandi habet toleratur, secus si clam, & occultè, & nesciatur verbi gratia eum esse infidelem, *arg. eorum*, quæ tradit *Farinac. q.* 103. *num.* 291. hinc, quod magis est receptum consuetudine est, ut assassinium committatur quomodocumque homo mediante pecunia occidi mandetur, sive Christianus, sive infidelis sit, *Bart. Bald. Salic. Ang. Alex. Hip. Prob. Anchar. Imola*, & alii relati per *Decian. in tract. crim. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 18. *Peregr. de Immunit. Eccles. cap.* 7. *n.* 39. *verſ. amplia quinto*: quæ quidem *Deciani* traditio in Regno ex verbis pragm. minus habet dubitationis, cum verbum nullum, ibi: *de mandato ad occidendum Christianum* habeatur, sed satis esse colligatur datum esse mandatum ad occidendam aliquam personam, ibi: *Per occidere persona alcuna.*

28 Dixi (ut super eorundem verborum declaratione insistam) ad occidendum, quia si detur mandatum ad vulnerandum licet pecuniæ interventu, cessat crimen assassinii, si mandatarius non excesſit, neque ultra vulnus aliud sequutum est secundum veriorem, & communiorem sententiam, *Rovit. prag.* 2. *de abolit. num.* 66. *Caball. in tract. de omni genere homicid. num.* 499. *Mastril. dec.* 293. *n.* 27. *Giurb. consil.* 46. *à num.* 9. ubi propterea infert ejusmodi delictum non esse exclusum à Regio indultu excludente assassinos, nec amittere immunitatem Ecclesiæ non suffragantem assassinis, nec excludere Clericum à privilegio fori, quicquid in contrarium dixerint *Farinac. d. q.* 123. *num.* 142. & relati per *Giurbam d. consil.* 46. *n.* 1. juxtà quorum sententiam quodlibet delictum pecunia commissum assassinium censeri debet, præsertim si ad actum vulnerum sit deventum: erit sanè quodcunque delictum pecunia commissum gravius puniendum propter interventum pecuniæ, licet qualitatem assassinii non habeat, ut putabat *Prat. in l. Cicero*, ubi pa[illegible] *Doctores de panis*, *Capyc. decis.* 155. *nu.* 13. *Bald. ad Clar. § assassinium num.* 292. *Rovit. in d. prag.* 2. *de abolitionibus num.* 73. *Caball. ubi supra Giurb. d. consil.* 46. *num.* 17.

29 Sed quid si mandatarius fines mandati excessit, & occidit eum adversus quem vulnerandi tantum mandatum habuerat? adhuc abstinendum contra mandantem à pœna ordinaria censuerunt relati per *Farinac. quæst.* 135. *num.* 170. *Crass. de effect. Clericat. effect.* 2. *num.* 694. *Mastril. decis.* 293. *n.* 26. *& sequent.* ubi omninò mandantem excusat à pœna ordinaria si mandatum datum sit ad vulnerandum, etiam si additum sit ad vulnerandum in capite, & solum mandatarium subjiciendum putat pœnæ ordinariæ. Cæterum contraria opinio, quod scilicet mandans, si ex vulnere, quod mandatur sequatur mors, puniendus sit pœna ordinaria simul cum mandatario, verius sentire *Alex. consil.* 166. *nu.* 5. *vol.* 7. *Campagn. Alciat. Boss. Capoll. Clar.* relati per *Rovit.* qui eos sequitur *prag.* 2. *de abolit. num.* 71. *& seq. Far.* cum aliis per eum relatis *quæst.* 175. *num.* 168. addunt rationem, quia mandans non potest se excusare, quod non intendebat mortem occisi, sed tantum vulnerationem, quia vulnera non dantur ad mensuram, nec facile est mandatario servare modum quod vulnus absque morte inferat, unde poterat, & debebat cogitare id quod poterat evenire; immo hæc ampliatur etiam si mandans expresè prohibuisset occisionem illius, cui vulnus inferri mandavit, *Bajard. ad Clar. quæst.* 89. *num.* 17. *Farinac. quæst.* 135. *num.* 171. *& num.* 173. ubi hanc communiorem, & veriorem opinionem testatur ex inconvincibili ratione, quod scilicet mandans tenetur de excessu mandati, quando non est in potestate mandatarii non excedere modum; & optimè facit, quod quando factum quod mandatur est tale, ut facile possit ultra intentionem mandantis extendi, tenetur quis de delicto sequuto ultra intentionem, & mandatum: nec in hoc relevat protestatio, *Gomez. tom.* 3. *variar. resol. in cap. de homicidio, n.* 8.

30 Ex quo infertur, quod si factum, quod mandatur tale sit, quod de sui natura non est aptum ad mortem inferendum, ut est faciem ferire, seu ut ajunt *sfrisare*, percutere baculo, aut quid simile, & tunc cum mandatarius facile potuerit exequi mandatum absque excessu, neque arguitur in mandante animus occidendi, tunc mandans non tenebitur ad pœnam ordinariam, si ex vulnere mors sequatur, vel mandatarius fines mandati excedat, *Clar. quæst.* 89. *num.* 5. *Giurb. consil. crim.* 46. *n.* 32. *Farinac. quæst.* 135. *num.* 50. *& sequent.* ubi latè, præsertim si adsit expressa prohibitio ne verberandus v. g. occidatur, *idem Farinac. ibidem n.* 154. *Giurb. d. consil.* 46. *nu.* 17. quod adsit *n.* 18. etiam si mandatum sit simpliciter [illegible] ad percutiendum, cum per hæc verba non præsumatur datum mandatum nec ad occidendum, nec ad vulnerandum, & cum non sit expressum quo instrumento sit facienda percussio, ad evitandum majus delictum mitior interpretatio capienda sit, etsi quod dictum est de mandante verberari limitandum sit, ubi dictum esset mandatum ad caput baculo percutiendum, si enim mors sequatur mandans tenebitur pœna ordinaria, cum percussiones in capite facile possint esse lethales, ad tradita per *Farin. q.* 126. *num.* 131. ubi tamen hoc intelligendum censet *num.* 133. quando mandans arguitur habuisse animum occidendi, ut si e. gr. protulerit mendacia verba talia, quæ arguant animum occidendi, demumque aliquem cum baculo in capite verberari mandet

mandet; & hoc licet animus occidendi non verbis explicitis demonstretur, sed ambiguis, quæ etiam possint animum occidendi includere, ut v.g. fac ut habeam novam de tali, aut quid simile, ut declarat *Mastril.d.decis.293.num.56.& sequent.* ubi explicat *Fabium à Monteleone* adductum pro opinione, quod mandans caput verberari cum baculo præsumatur habere animum occidendi: rursus id quod dictum est ut mandans aliquem sfrisari non teneatur ad pœnam ordinariam, non ità tutum existimat *Farinac. d. qu.*135. *num.*157. cum facilè possit errare, & volens percutere faciem caput percutere, & sic nõ sit in potestatem mandatarii mandatum servare; quod intelligo ubi mandatarius errasset, & pro facie intulisset vulnus in alia parte corporis, ex quo mors sequuta sit.

31 Dixi quod imponitur pœna ordinaria, &c. quia, etsi olim essent controversiæ inter Doctores, an generalis consuetudo non puniens affectum non sequuto effectu haberet locum etiam in crimine assassinii, & an solus insultus efficeret actum proximum in crimine assassinii punibilem pœna ordinaria, & aliæ dubitationes, de quibus late *Farinac. quæst.*123.*à num.*108. *Mastrill. decis.*293.*n.*12. ubi quod non sequuto effectu mandans non sit puniendus pœna ordinaria, constituendo discrimen inter mandatarium, & mandantem, *Rovit.d.prag.*1. *num.* 37. hodie hæ omnes controversiæ quoad puniendum conatum sunt per *d. pragm.* 1. jam sopitæ statuendo ut supra dixi, super cujus pragmaticæ intellectu advertendum censeo, quod licet sit in arbitrio judicantis minuere pœnam ordinariam, quando delictum non est consumatum, etiam stante statuto conatum puniente pœna ordinaria per *text.in l.aut facta §.eventus ff.de pœnis, Capyc.decis.* 155.*num.*5. *Afflict.decis.*276.*num.*8. *Far.quæst.*124. *nu.* 74. idque si non de juris rigore saltim de æquitate *Muta sicul.prag.*5.*de armis probib.tit.*41.*tom.*1. *num.* 96. *& seq.* tamen in hoc casu puto cessare arbitrium, quia pragmatica jubet pœnam mortis irremissibiliter inferri, & sic adimit facultatem pœnam ordinariam remittendi; & auctoritates in contrarium adductæ loquuntur, cum statutum simpliciter punit conatum pœna ordinaria, & ulterius non progreditur adimendo facultatem contrarium judicandi, prout in hoc casu adimitur ex verbis pragmaticæ.

32 Quod si non vulnus intulit mandatarius, sed aliam offensam illi contra quem mandatum de occidendo recepit, tunc extra controversiam est pœnæ ordinariæ locum esse non posse, nam sunt clara verba pragmaticæ in casu tantùm vulneris pœnam ordinariam inducentis, *Rovit. in d. pragm.*1. *num.* 11.

33 Quæro quid si vulnusculum tantum est per mandatarium illatum, an sit locus dispositioni dictæ Regiæ Pragmaticæ; videtur negativè respondendum, quia statutum loquens de vulnere non comprehendit vulnusculum, cum modicum, & nihil æquiparentur, *l.*1.*§.proinde ff.de ædilitio edicto*, ubi quod vulnusculum modicum nullum habet in se delictum, concordat *text. in l. ob quæ §.fin. ff.eod. glos.in Const. Regn. si quis aliquem, in verbo itaque*, *Aud.in Constit.Regn.asperitatem, Afflict.in d.Constit. si quis aliquem num.* 2. *& sequent.* nec dubitatur *prædict. prag.* 1. tanquam pœnalem strictè, & propriè intelligendam, ad tradita per *Rov. dicta prag.*1. *num.*52. ubi quod cum usque ad tempora pragmaticæ observata esset illa opinio, ut non puniretur pœna ordinaria crimen assassinii delicto non consumato, illa pragmatica fuit existimata exorbitans, & pœnalis, uti juris jam diu observati correctoria, prout ita decisum fuit, dum dubitaretur ante editam *prag.* 2. an comprehenderet mediatorem, tam per M.C., quam per Sacr. Conf. *idem Rovit.ibidem num.*49.*in fin.* super quo est advertendum, quod decisio *Capyc.*155. ubi fuit imposita pœna ordinaria pro crimine assassinii attentato per actum vulneris, processit non in Regno nostro, sed in Regno Siciliæ, ut notatur in initio decisionis; & advertit *Rovit.d.prag.*1.*n.*34.

34 Quæro an pragmatica prædicta non consumato delicto nisi per actum vulneris comprehendat auxiliatores; respondeo quoad mediatores jam esse sopitam controversiam per *pragm.*2. ut supra dixi, dum in illa sancitur imponendam esse pœnam ordinariam qualiscumque sit mediator, etiamsi per multas manus mediatio intercederet: quoad alios auxiliatores videtur etiam affirmativè respondendum ex *text. in cap. pro humani de homicidiis in* 6. in quo comprehenduntur quicumque auxiliatores etiam post delictum, idem tradit *Capyc.d.dec.*155. *num.*13. 15. *&* 17. *& in fine decisionis Farinac.dict. quæst.*123.*num.*98. *& sequent.* si sciverint interventum pretii; sed stante generali consuetudine, quæ ut suprà diximus, etiam in crimine assassinii locum habebat ante dispositionem Regiæ pragmaticæ procul dubio dicendum est auxiliatores non comprehendi, nam si principales percussores non tenebantur ad pœnam ordinariam ante dictam pragmaticam multo minus teneri poterunt auxiliatores, ad tradita per *Farinac. quæst.*131. *num.*43. Hoc posito si pragmatica, quæ, ut supra dixi sæpius, est strictè intelligenda, loquitur tantum in mandante, & mandatario, consequens est consuetudinem generalem non puniendi affectum pœna ordinaria in aliis casibus, & personis remanere incorrectam, *arg.eorum*, quæ supra diximus, & tradit *Rovit.* rursus allegatus *num.* 20. *&* 21. quod si delictum sit consumatum, extra controversiam est propter criminis enormitatem auxiliatores in hoc crimine subjacere eisdem pœnis, quibus subjacent principales assassini, & incurrere omnes assassinorum pœnas, quæ imponuntur in *d.cap.pro humani*, etiamsi auxilium sit præstitum post delictum, dummodo auxiliatores sciverint pecuniæ interventum, ita enim expressè decidit *text.in cap. pro humani de homicid.in* 6. ubi defendentes, receptantes aut occultantes hujusmodi criminosos puniri eisdem pœnis, quibus principales jubetur; illudque esse servandum non ambigitur ubi delicti effectus est sequutus, *Farinac.d.q.*123.*num.*29.*& sequent.* ubi etiam *num.*32. quod assassinium defendere dicitur qui testem subtrahit ne contra assassinum deponat etiam quoad pœnam ordinariam, concordat *Giurb.cons.* 41. *nu.* 14. licet regulariter auxilium post delictum puniatur tantùm extra ordinem, *Farinac. qu.* 131. *num.* 1. *&* 4. quod si auxilium post delictum punitur pœna ordinaria, tanto indubitantius est puniendum esse pœna ordinaria auxilium præstitum in delicto, vel ante delictum, *Farinac. d. qu.* 124. *num.* 33. hinc depositarium pecuniæ pro assassinio promissæ puniendum pœna mortis merito tradidit *Giurb. cons.* 41. *num.* 23. & eandem mortis pœnam imponendam ei, qui mutuam dat pecuniam, ut reperiatur occisor, *idem Giurb.cons.*7.*n.*9. *& cons.*41. *num.*13.

35 Prosequendo materiæ declarationem notandum est, quod si quis homicidium pretio mandans delicti exequationi cum mandatario assistat, excusat se & socios à crimine assassinii, ita ut hoc casu cesset dispositio *d.prag.*1, ità *Farinac. d.q.*123. *n.*148.

Digitized by Google

Rovit.d.prag.1.num.17. Giurb.conſ.48.n.25. & alii copiosè per eos relati, & ratio eſt, quia dum principalis inimicus aſſiſtit ceſſat illa proditio, quæ eſt in crimine aſſaſſinii, nam inimici interventu ſibi poterat offenſus præcavere, *Giurb. d.nu.25.* quod intelligendum eſt ſi ab initio inter mandantem, & mandatarium conventum ſit ut mandans interveniat, ſecus ſi nulla ab initio de mandantis interventu præceſſerit conventio, ſed ſimpliciter ſit datum, & acceptatum pretio mediante mandatum, licet poſtea mandans voluerit intervenire delicto cum mandatario, ita *Giurb.d.conſ.48.nu.27. cum aliis per eum relatis, Rovit.d.pragmatic.1. num.17.* & ratio eſt, quia ſtatim dato, & ſuſcepto mandato, ut ſuprà, dicitur conſumatum delictum quoad mandantem, *gloſ.in cap.1.de homicid.in 6.in verb.mandaverit, Rovit.& Giurb.d.num.17.& 27.* licet *Rov.* nihil certi firmet *d.num.17. Cabal.reſol.242.nu.21.* ubi quod in terminis *cap.pro humani de homicid. in 6.* mandatum habetur pro actu conſumato, *Farin. q.3.num.7. verſ.aliud hujus limitationis exemplum, & alii per eos relati*, ſed certè hæc ratio modicam vim habet in Regno, ubi jam receptum eſt, ut ſolum mandatum non habeatur in conſideratione quoad pœnam ordinariam vigore *d. prag.1.* & conſequenter dici poteſt prædictam *Rovit.& Giurb.* traditionem, *aliorumque ab eis adductorum*, tanquam ratione in qua eam fundarunt deſtitutam non ſubſtineri; immo urgere licet in contrarium, quod cum aſſaſſinii crimen in Regno non dicatur conſumatum, niſi deventum ſit ad actum vulneris, non inſpiciendum eſt quoad pœnæ ordinariæ impoſitionem ſolum mandatum, ſed id quod actum eſt tempore executionis: & facit, quod ubi delictum executioni mandatur, mandans non obligatur ex mandato, ſed ex delicto propter mandatum, nec mandati ſed delicti tempus inſpiciendum eſt, *Bartolus l.non ſolum §.ſi mandato num.9.& ſeq.ff.de injuriis, Gomez tom.3.variar.reſolut.cap.3.de homicid.n.39. Clar.in §.final.q.89.num.4.verſ.ſcias autem, Farin. qu.135.num.8.& ſeq. cum aliis per eum relatis*, ex quo infero eum, qui ſimpliciter pretio mandat homicidium, licet ab initio nihil dixerit de propriæ perſonæ interventu, ſi interveniat cum mandatario in delicto, nec ſit deventum niſi ad actum vulneris, non poſſe forjudicari, quia ceſſat crimen aſſaſſinii, & pœna ordinaria locum non habet, quæ ad forjudicationem eſt neceſſaria; idemque dicendum eſt in mandatario: nec refert quod *d. prag.1.* non diſtinxerit intervenerit necne mandans in executione delicti mandati, quia ſatis eſt diſpoſitionem prædictæ pragmaticæ cadere ſuper crimine aſſaſſinii, quod ex diſpoſitione juris in hoc caſu ceſſet, ceſſat & diſpoſitio dictæ pragmaticæ, quæ cum de aſſaſſinio loquatur recipit interpretationem à jure, *Roland.conſ.37.num.2.lib.2. Farinac.conſ.144. num.11.* & hanc meam opinionem, quam his mediis confirmavi, ſcio fuiſſe pro vera habitam in M.C. in anno 1621. in quodam Bartolomeo Mantenga, qui tractaverat de occidendo inimicum fratris mediante pecunia, & poſt mandatum (ut audivi) ſimpliciter datum intervenerat homicidio, fuit enim deciſum non eſſe crimen aſſaſſinii.

36 Non abſimilis eſt declaratio, quod ſi quis licet promiſſo aut recepto pretio communem aggreſſus fuerit inimicum ceſſat aſſaſſinii crimen, nam & in hoc caſu ceſſat proditionis atrocitas, quæ in aſſaſſinio conſideratur, cum ab inimico quis poſſit præcavere, *Farin. in allegat.quæſt.123. nu.157.* ad tradita per *Giurb.conſ.48.nu.25.* ubi quod aſſaſſinium eſt cum ab illis delictum perpetratur, qui nulla fuere affecti injuria, ita ut occiſus non potuerit 37 veriſimiliter præcavere: quemadmodum etiam ſi filius familias, vel alius conſanguineus recepta, vel promiſſa pecunia quempiam de mandato patris, vel conſanguinei occidat, vel vulneret præcedente mandato ad occidendum, ceſſat crimen aſſaſſinii, ut voluere *Decian.* de filio loquens, & *alii relati* per *Farinac.q.123.num.151.* & licet *Farinac.* declarationem hanc non admittat etiam reſpectu filii de mandato patris aliquem occidentis, tamen negari non poteſt, quin, ſi pater mandans inimicus ſit offenſi ceſſat proditio etiamſi à filio patris inimici quiſpiam offendatur, debebat enim, & poterat juxta ſupradicta allegata tam à patre inimico quam ab ejus filio præcavere, patris enim inimicus dicitur & inimicus filii, cum pater & filius una eademque perſona cenſeantur, *gloſ.in l. ſi mater §.hoc jure verb.deducit ff de except.re judic. Giurb. conſ.61. num.19.* ſi igitur filius occidit, vel offendit patris inimicum, proprium & communem inimicum offendit, & ſumus in terminis præcedentis declarationis etiam à *Farinac.* receptæ: hoc reſpectu filii, reſpectu vero mandatarii conſanguinei de conſanguinei mandato delinquentis adverſus inimicum mandantis, adhuc dicerem id remittendum eſſe arbitrio judicantis, qui arbitrium in hoc ſumet ex qualitate inimicitiæ, quæ eſt inter mandantem, & offenſum, & gradu conſanguinitatis exiſtentis inter mandantem, & mandatarium: nam ſi tam gravis inimicitia eſt, & talis conſanguinitatis gradus, ut inimicitia mandantis extendi præſumatur etiam ad mandatarium; tunc enim, & in hoc caſu ſi à conſanguineo inimici quis offendatur, ceſſabit adhuc proditio, & à communi inimico offenſa illata dicetur: ad quod confert id quod dici ſolet injuriam factam uni de domo ad totam cognationem extendi, *l.Cornelia in princ.* ubi *Bartol. de injuriis*; & alii ad ſaturitatem relati per *Giurbam conſ.61.num.13.* ad rem *Caball.reſol.289.num.20.& ſequent.* ubi quod ſi fiat ſtatutum, ut quicumque de mandato alterius cauſam propriam non habens alium occidat tanquam aſſaſſinus puniatur, non haberet locum in filio delinquente de mandato patris vel conſanguinei, qui de mandato conſanguinei delinqueret, ſi pater vel conſanguineus ad id mandandum ob aliquam receptam injuriam moti ſunt; & rationem addit, quia nec pater, nec conſanguineus propria cauſa ad delinquendum caruiſſe dicerentur.

38 Quæro an poſſit ex cauſa minui pœna aſſaſſinii? in mandante videtur affirmativè poſſe reſponderi, ex traditis per *Grammaticum voto crimin.8. nu.7.* ubi adducit *Iſern.& Felin.& voto 20. uſque ad n.4. & per tot.* ubi aſſaſſinium fieri mandans fuit excuſatus à pœna mortis ob præcedentes offenſi injurias, & minas de ipſum offendendo, & condemnatus ad remigandum vita durante, licet in caſu per *Gram.* relato concurrit etiam quod non erat ſequuta mors, ſed vulneratio illius contra quem erat datum mandatum; licet hoc ultimum motivum hodie non eſſet in conſideratione propter ſupradictam pragmaticam primam: & hæc ſatis ſint ut quando ex tentato aſſaſſinii crimine poſſit mortis pœna inferri, & ad forjudicationem deveniri: videor aliqua, ni fallor, non contenenda attigiſſe; reliquum eſſet ut de tentato recaptu, & de homicidio per ictum ſcoppitti attentato aliqua etiam hic dicerem, ſed quia alibi dixi, hic non repeto, & ne longior ſim, aliorumque ſcripta tranſcribam, finem huic capiti impono.

OBSER-

Digitized by Google

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Absens de jure damnatur, ubi pœna non excedit relegationem.*
2 *At ubi pœna relegationem non excedit, Procurator admittitur.*
3 *Reus absens condemnatus in pœnam relegationis, si vult comparere, & à sententia appellare, commissio non signatur cum clausula (Oratore in carceribus constituto) sed præstita fidejussione de parendo sententiæ: & quare?*
4 *Pœna carceris quota sit.*
5 *Captura non conceditur, nisi ubi de pœna corporis afflictiva agitur. Quod declara.*
6 *Accusatus non carceratur, nisi constito prius de delicto.*
7 *In causis carceratorum feriæ non attenduntur.*
8 *Carceratus, qui potest mitti in exilium, vel relegari, potest relaxari sub cautione.*
9 *Carceratus existens in statu absolutionis, debet relaxari ante sententiam.*
10 *Officialis delinquens in officio, quomodo, & quâ pœna puniri possit.*
11 *Quando civiliter, vel criminaliter contra eum agatur?*
12 *Ubi pœna privationem officii non excedit, potest fidejusseribus relaxari.*
13 *Officialis contumax juxtà statutariam dispositionem, & consuetudinem condemnatur in pœnam confessati criminis.*
14 *Contumax, an & quando habeatur pro confesso de jure communi, & quid de jure municipali?*
15 *Constitutio Regni permittens condemnari absentes solum in certis casibus, an deroget Juri communi, quoad casus speciales inibi permissos.*
16 *Formula citationis contra officialem, qui venit officio privandus.*
17 *Monitorium est moderandum, quando continet pœnam excessivam.*
18 *Grassator viarum, in quo differat à latrone, & quæ pœna puniendus sit?*
19 *Latro famosus est, qui occidit, & spoliat.*
20 *Salvusconductus concessus pro homicidio, pro latrocinio non suffragatur.*
21 *Fur famosus appellatur post tria furta, & differt à latrone famoso.*
22 *Latro publicus est, qui in via publica sæpius spoliat viatores.*
23 *Latro famosus, in quo differat à publico.*
24 *Furtum unicum commissum in via publica, an pœna mortis puniatur?*
25 *Fures, & latrones, in quibus differant?*
26 *Bannitum, vel latronem vulneratum lætaliter consignans Judici, an consequi debeat taleam promissam ei, qui obtulit bannitum vivum, an vero taleam banniti mortui? & n. 35.*
27 *Banniventi verba intelligenda sunt secundum proprium significatum.*
28 *Homicidium committit qui occidit vulneratum lætaliter, quod declaratur num. 32.*
29 *Statuti verba in dubio contra Fiscum interpretantur.*
30 *Verba sunt intelligenda secundum mentem proferentis, etiam in materia stricti juris.*
31 *Verbum (Mortuum) intelligitur pro occiso, & differentia inter mortuum, & occisum.*
33 *Vulnera mortalia non sunt omnino mortalia.*
34 *Morti proximus habetur pro mortuo.*
36 *Delicti initium, an finis, sit attendendus?*
37 *Assassinium quid sit; & an committatur quoties mandans delicto interfuit?*
38 *Assassinium non committitur, si pecunia per mandantem oblata, per mandatarium expressè non acceptetur.*
39 *Assassinium an committatur ob vulnera, morte tamen non sequuta.*

RESOLUTIO XVI.

Absens non potest de Jure damnari diffinitivè in quocumque crimine, sed pro eo tantùm, pro quo potest intervenire procurator, qui absentem defendat, *l. absentem ff. de pœnis*, sed de consuetudine, & observantia Curiarum, hodiè practicatur contrarium, quia in Urbe, & in Statu Ecclesiastico condemnantur rei absentes pro quocumque crimine in pœnam illi condignam. In Regno vero ij tantùm condemnantur absentes, qui committunt delictum, pro quo ex Constitutione Regni possunt forjudicari, hoc dicit *Author*.

Addens *num.* 2. quod Officialis etiam de jure potest officio privari, & ad mortem condemnari, *ex Franc. decis.* 457. Materia, quæ hìc tangitur, est utilis, & ideò additio, & observatio latiori calamo ponetur.

1 Facias igitur primam conclusionem, & dicas, quod absens damnari potest de jure in iis causis, in quibus pœna non excedit relegationem, *d. l. absentem, ff. de pœnis, & usq; ad relegationem procedi*: illam tamen dictionem usq; capias inclusivè cum *glos.* ibi: *verb.* cum statim hoc declaret *Ulpian.* illis verbis: *Verum si quid gravius irrogandum sit, scilicet gravius relegatione, puta in metallum, vel capitis pœnam &c.* & est conclusio verissima, ut per *Farin. qu.* 11. *num.* 1. & *Scacc. de Judic. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 1. quia
2 potest absens in istis casibus per Procuratorem defendi, *Farin. quæst.* 99. *num.* 1. & latiùs *num.* 67. 68. 69. 70. & 71. ubi quod sive relegatio sit à certo loco, sive ad certum locum, indistinctè admittitur Procurator, plures cumulans, *Guazz. defens.* 12. *cap. unic. num.* 54. addo *Peregr. cons.* 3. *num.* 18. *lib.* 5. *Rovit. prag.* 2. *de jurisdict. non turban. num* 72. & 75. *Coruaz. decis.* 197. *ex num.* 1. *Carleval. de Judic. tom.* 1. *disput.* 2. *qu.* 7. *num.* 751. & 752. *in fin. Scac. de Judic. cit. cap.* 97. *num.* 153. ubi quod propterea condemnato reo absente in pœnam relegationis, si vule
3 comparere, & appellare à sententia, commissio non signabitur cum clausula, oratore in carceribus constituto, juxta stylum, sed præstita cautione de parendo sententiæ, & ratio est minus palpabilis, & convincens, quia carceratio est major pœna, quam exilii, & relegationis ex *Farin. q.* 19.
4 *num.* 31. ubi quod est corporalis, immo capitalis, quando carceratio est perpetua, *l. omnes C. de pœnis*, ibi: *sit satis immensorum cruciatuum semel luisse supplicia &c. Rovit. prag.* 1. *num.* 5. *de relegatis*, ubi quod propterea excomputat tempus triremium, *Villadieg. for. Judic. lib.* 2. *tom.* 5. *lib.* 9. *ad fin. Giurb. cons.* 30. *num.* 34. *Cartar. dec.* 66. *num.* 128. ubi quod æquiparatur condemnationi in metallum, *Ricc. decis.* 45. *num.* 2. *par.* 2. & *seq.* ubi quod major est pœna carceris, quàm laborare in agro, vel in quolibet opere publico, & de miserrima carceratorum condemnatione plenissimè habetur per *Rubeum in addit. ad decis.* 617. *par.* 4. *tom.* 3. *recent. ex num.* 52. & per *Cyriac. contr.* 172. *num.* 52. & *seq.* Proinde inquit *Jul. Clar. § fin. qu.* 28. *num.* 1. carcerationem non esse demandandam per Judicem, nisi in eo delicto,

Digitized by Google

pro quo pœna corporis afflictiva esset imponenda, & dicit communem, *Bonacos.com.opin.verb.captura ad hoc ut committatur par.1.* & approbat *Scac. lib.1.de Judic.cap.42. sub num.15. Foller. verb. vel carcerentur num.17.* quod probatur ex *l.1.ff.de custodia reorum vers.hoc autem*, & in *l.Divus eod.* ibi: *nisi tam grave scelus ipsum admisisse constet, ut neque fidejussoribus, neque militibus committi debeat*, & *l.2.C.de custod. reor.* & ibi *glos. verb. videatur*, ubi quod in gravi delicto, reus carceribus recluditur, quamvis in praxi dictum *Clari* non servari indistinctè referat *Farin. qu.27. num.33. & Guazz.def.5. cap.3.nu.14.* Si enim æquiparatur pœna triremium pœnæ condemnationis in metallum, vel alterius operis publici, ex *Ricc.Cartar.& aliis sup.alleg.* & ne dùm corporalis dicitur, sed capitalis, quando est perpetua ex *Farin.cit.qu.39.nu.31.* utique major, & gravior est pœna exilii, & relegationis, quæ non sunt corporales, ex *eod.Farinac.in addit.ad qu.19. sub num.17.vers.& eod. nu.17.* ubi ex *Menoch.Peguer. Caball.& alii*, se ipsum corrigit, vel declarat.

6 Et si pœna carceris est major, & gravior pœna exilii, & relegationis, utique eam substinere non debet accusatus, antequam de crimine imputato comperiatur reus, vel innocens, *l.justissimè §.1.ff. de edilit.edict. §.fidejussor in fin.instit.de fidejuss. Foller.verb.vel carcerentur num.17.* & expressè id præcipit Imperator in *l.si quis ex culpa C.de custod.reor.* ubi prævidens Imperator Judicis excandescentiam quandoque, & sævitiam, illam hac fræni temperie prohibuit, ibi, *ut Judicibus immodicè sævientibus fræni quædam temperies adhibita videatur.* Si opus est pietatis intercedere pro carceratis, ut advertit *Rub.d.decis.617.num.63.& 64.* dicens sic eis præstò nos esse debere, proindè ac si cum illis carcerati teneremur, & ideò lex omni studio curavit, vel reorum carcerationem totaliter evadere, quando de gravi delicto non imputantur, & gravantur, ut in *d.l.1. & l.Divus ff.de custod.reor.* & *l.2. C.eod.tit.* vel saltem eam restringere quantum fieri potuit, ut in *l.1.C.de custod.reorum in princ.* ibi: *statim debet quæstio fieri, ut noxius puniatur, vel innocens absolvatur*, ex *l.de iis, ibidem, De iis*, inquit Imperator, *quos tenet carcer inclusos, id aperta definitione sancimus, ut aut convictos, velox pœna subducat, aut liberandos, custodia diutur na non macere-*
7 *ret*: ordinando pariter, ut carceratorum causæ omni die tractari possint, nullusque sit feriatus, *cap.fin.extra de feriis l.penult. ff.eod.tit. l.Judices C. de Episcop.Audient. Bald.cons.305.lib.1. Brunon.de cess.bonor.qu.14. Rub. d. decis.612. num.64.* Utique Judex, qui minister est legis, hanc piam legis dispositionem non impediat, & impiè se gerat, cum eum tenere carceratum, quem lex prohibet, ultrà Juris censuras, de quibus per *Farin.qu.33.num.7. & Guazz.def.6.cap.1.num.39.* & remedium appellationis, de quo per *Scacc.de appell.qu.17. limit.47. num.156.* tenetur ad damna, & interesse, quæ carceratus ex ipsa carceratione patitur, *glos.in l.2.§. simili modo verb.retentus ff.si quis caution. Paris. de Put.de Sindicat.verb.carcer.& carceratus cap.2.incipit, an potestas num.7.vers. Magistratus aliquem injustè detinens, Conrad.pract.tit. de capt.nu.3. fol. 266. Farin.quæst.27.num.142.* Relaxet carceratum
8 fidejussoribus, nec sinat eum in carceribus detinesi in casibus, in quibus, vel relegandus esset, vel in exilium mittendus nocens, contentus de pœna exilii, vel relegationis, quàm pro eo delicto lex delinquenti imposuit, & relaxet pariter inquisitum
9 de delicto graviori, ubi completo processu reum videt innocentem, non expectata sententia, *l. nullus C.de exhibend.reis l.1. ff. de custod. reor.* ibi: *vel pro Innocentia personæ. Roman.sing.496. Boss.de carcerat.fidejuss.commit.num.15. Farin.quæst.33.n.65. Guazz.def.6. cap.1. num.40.* nec patiatur eum esse in pœna, cum de delicto ei imputato disceptatur, pro quo & si convictus de eo reperiretur, talem pœnam non esset passurus.

10 Dicit *hic Author num.2.* quod officialis pro delicto in officio commisso potest puniri de jure, & condemnari etiam absens ad pœnam mortis, allegans *Vinc.de Franch. dec.457. num.10.* est casus in *l.ne diu, C.de pœn.* & pro limitatione ad regulam positam in principio adducunt eum *Farin.qu.11. sub n.1. & Scacc.lib.1.de Judic.cap.97.n.9.*

11 Super quo adverte, quod officialis duplicì ex causa potest officio privari, vel ex culpa in officio commissa, vel ex dolo: si ex culpa, procedetur civiliter, non criminaliter ad pœnam dictæ privationis, si ex dolo, procedetur criminaliter, *Farin. quæst.100.num.24.* At si dolosè deliquerit, & ad so-
12 lam privationis pœnam procedetur, potest tunc officialis per Procuratorem se defendere, ut idem *Farinac.* concludit *quæst.99. num.72.* hodie autem
13 non est necessaria ista inspectio, nec utile hoc privilegium Fisco, quia in condemnando officialem absentem, non attenditur dispositio *d.l.ne diu*, sed statuta, & consuetudo universalis puniendi absentem in pœnam confessati criminis, si non compa-
14 reat, & contumacem se reddi legitimè patiatur, quod est pinguius remedium, cum de jure licet in aliquibus casibus notatis per *Scacc. qu.97. in princ.* & per *Farin.qu.11.num.1.* possit Reus condemnari absens, inter quos annumeratur casus *d. l. ne diù.* Attamen eo jure attento, delictum debet plenè probari, nec contumax habetur pro confesso, *Bart. in l.absentem ff.de pœn.num.2. & in l. inter accusatorem ff.de publ.judic. Salyc.in d.l.absentem nu.14. Clar.quæst.44.in princ. Farin.qu.11. sub nu.1.& 3. Scacc.de Judic. lib.1. cap.97.sub nu.1.* ubi quod ultra solemnitatem processus, requiritur, quod plenè constet de delicto; attentis vero statutis, & consuetudine universali, sufficiunt indicia ad torturam, ut possit reus vocari in pœnam confessati criminis, & si non comparet, uti fictè confessus condemnari ex *Farin. cit. qu.11. num.16.* & latiùs fuit dictum in *prima resolutione.* Potest ista specialitas criminis Fisco prodesse in Regno, ubi rei ab-
15 sentes non condemnantur pro quocumque delicto, sed pro eo tantum, pro quo mortis naturalis pœna venit imponenda, ex *Author. hic n.3. & seqq.* & successivè potest forjudicari: sed adhuc dubitari contingit, an Constitutio, seù Capitulum Regni prohibens absentem condemnari pro omni delicto, censeatur etiam prohibere condemnationem pro illis delictis, pro quibus de jure permitteretur reus condemnari absens: an vero casus illi remaneant sub dispositione juris communis, si casus contingit, dubieta excitata potest resolvi, vel ex observantia, *ad text.in l.inspicimus 45.de Reg.Jur.in 6. & l.minimè ff.de legibus, Cancer. resol.104 n.13.* vel ex verbis præfatæ Constitutionis. In Statu Ecclesiastico, ubi pro omni delicto reus condemnatur absens, & alibi, ubi idem observatur, talis specialitas non prodest Fisco, quia Reus non comparens pro quocumque delicto, uti fictè confessus condemnatur diffinitivè in pœnam confessati criminis.

16 Habes etiam hic quomodo debeat citatio concipi, & judicium formari contra Officialem delinquentem in officio, ad finem, ut officio possit privari, & cum *Vinc.de Franch.dec.457. per tot.* Addo *Sanfel. dec.71.*

Digitized by Google

*dec.*71.*n.*3.*&* *dec.*237.ubi de pœna ſpreti præcepti. Vide *Guaz.def.*33.*cap* 22. ubi de modo concipiendi citationem in caſu controventionis exilii.

17 Nota praxim hic per *Authorem* relatam *n.*5. qui exemplum dat Judicibus Romanæ Curiæ, ut ſine amaritudine, & repugnantia moderentur pœnam in monitione comminatam, quando illa tranſmiſſa pro parte rei proponuntur jura, & oſtenduntur fundamenta legitima, ex quibus venit pœna, uti exceſſiva minoranda: Inquit *Author hic n.*5. quod multoties contingit expediri per M.C. citationem ad capitula, quæ eſt pediſſequa, & antecedens neceſſarium forjudicationis, & etiam citatio ad forjudicandum, & poſtmodum auditis juribus, & fundamentis Advocatorum, quæ ex eadem facti enarratione colliguntur, & quandoque clariùs in proceſſu comprobantur, ſuperſedetur in forjudicatione, quia ex facti circumſtantiis delictum Reo imputatum pœnam mortis non mereri comperitur, ut in exemplis per eum relatis, & in aliis pluribus relatis per *Cartar.de capt.band.cap.fin.num.*48. *&* *ſeq.*

18 Nota etiam diſtinctionem, quam facit Author de fure, Graſſatore, & latrone, de quibus eſt loquutus plenè *Farin. de furtis q.*166.*ex n.*1.*uſq; ad* 26. & ultrà advertè, quod Graſſator proximus eſt latroni, ſi prædæ cauſa graſſetur, inquit *tex. in l.capitalium*, §.*Graſſatores*, *ff. de pœn.*, etſi cum ferro aggredi, & ſpoliare inſtituit, capite punitur *dict.* §.*Graſſatores*, undè deducitur, quod Graſſatoris nomen poteſt etiam verificari in eo, qui ſine armis aggreditur, & ſpoliat, immo etiamſi in itineribus publicis non aggrediatur, ut ſubſequitur *Calliſtr. in dict.*§.*Graſſatores*, ibi: *Utique ſi ſæpiùs, atque in itineribus publicis, &c.* comprobatur ex §.*famoſos*, ejuſdem legis capitalium, ubi famoſos latrones in iis locis, ubi graſſati ſunt, furcæ figendos præcipit. Dicit ergò benè *Jurec.*quod Graſſator proximus eſt latroni, quia uterque per vim aggreditur, & ſpoliat, nec eſt neceſſarium, ut in viis publicis aggrediatur, adhoc, ut Graſſatoris nomen verificetur, quamvis *Farin. cit. qu.*166. *n.*26. ex omnibus DD. per eum relatis concludat Graſſatorem eum eſſe, qui in itinere publico aggreditur, & ſpoliat, ſine tamen occiſione, & cum effectu hoc nomen Graſſatoris, in bandimentis, & ſtatutis hoc modo verificatur, in quibus pro unica Graſſatione, pœna mortis imponitur, ut videre eſt bandimenta generalia Urbis *ſub* §.37.*&* *Merlin.Pignat.cent.*1.*cap.*17.*ex num.*14.*&* *Author hic n.*52. ad correctionem juris communis, de quo *in dict.*§.*Graſſatores*, ubi pœna capitis erat impoſita, ſi ſæpiùs id admiſerint: Graſſatio enim ſpecies eſt latrocinii, & propriè verificatur in iis, qui in itineribus publicis aggrediuntur, & ſpoliant.

19 Quatenus verò hic fit mentio de famoſo latrone, quem explicat *Farin.cit.qu.*166.*n.*6.*&* *ſeq.* & præcipuè *num.*14. ubi ex veriori concludit publicum, ſeù famoſum latrouem dici eum, qui pluries in ſtrada publica graſſatus eſt, & *num.*17.ubi quod ad hoc, ut dicatur famoſus, requiritur, ut de latrocinio ſit diffamatus, & ſucceſſivè nullam conſtituens differentiam inter famoſum, & publicum latronem, eſt inſiſtendum, quia non videtur convenire diſpoſitioni *d.*§.*famoſos*, dùm ibi famoſum latronem, uti tertiam ſpeciem delinquentis ponit, & punit diverſimodè, aſſerens furca figendum in loco, ubi Graſſatus eſt, ut ſolatio ſit Affinibus interemptorum. Supponit ergo *Caliſtratus* famoſum latronem eum eſſe, qui occidit, & ſpoliat alias ſi non occidat, latro erit, ſed non famoſus, famoſi autem nomen accipit, ab ipſa delicti, & latrocinii qualitate, quia occidit, & ſpoliat, nec ullam aliam requirit delicti qualitatem, vel reiterationem, ut furca ſuſpendatur, ità explicat *Angel.in auth.ſed novo jure num.*8. ibi: *Latrones autem famoſi ſunt aggreſſores ſtratarum, qui non ſatiantur ſpoliis, niſi interficiant.* Differt ergo latro, à famoſo latrone, quia latro cum armis per vim ſpoliat, ſed non interimit, at ſi ſpoliat, & interimit, famoſi nomen acquirit *d.*§.*famoſos*, nec eſt neceſſaria reiteratio, vel conſuetudo delinquendi, ut ſupponit *Cepoll.in d.auth.ſed novo jure relat. per Lud.Peguer.deciſ.Catal.*40.*num.*4.quia ubi latro ſpoliat, & occidit, abſurdum eſt, ut pœna mortis non puniatur, niſi iterato, ità delinquat, cum ex ſolo homicidio talis pœna homicidæ ſit debita in terminis *Hieron.Feder.reſol.*52.*num.*9. ubi quod nemo ignorat ex qualitate derobationis, homicidii delictum, maximè aggravari ex jure ipſo naturæ, & quod ubique locorum tales appellantur aſſaſſini, quod etiam comprobat *Farin.conſ.*143.*n.*1.*verſ.ſola*

20 *enim deroboratio*, concludens propterea *Federic. loc.cit.* Salvumconductum pro homicidio impetratum, pro latrocinio non ſuffragari, ejuſdem opinionis videtur *Pariſ. de Sindic. verb. quia ſupra eſt dictum n.*2. ubi allegat dictum *Angel. in d.auth. ſed novo jure*, ad probandum, quod famoſus non dicitur ex conſuetudine, ſed ex aggreſſione cum armis, verùm *Angelus* ſubjungit, & interemptione, ut ſupra retulimus, quod etiam advertit *Caſſan. ad conſuetud. Burgund. tit.de juſtices rubr.*1. §.5. *ſi aucun*

21 *committe ſimple latrocin.ſub n.*66. ubi quod fur famoſus, nonniſi poſt tria furta dici poteſt, latro autem famoſus dicetur, qui derobat, & occidit, ex *d.* §.*famoſos*, & ita cum effectu declarat *Jaſon.in l.cum ſervus num.*5.*&* 6.*ff.de cond.cauſ.dat. novit.gloſſ.in cap.*23.*qu.*3. ubi latronem famoſum, furca ſuſpendendum credit; cæteros non famoſos ſolum caſtigari ex *d* §.*famoſos.*

22 Hinc deducitur confundi non poſſe terminos publici, & famoſi latronis, unumque pro alio accipi poſſe de jure, ut putat *Farin.cit.qu.*166.*n.*9.*&* *ſeq.* quia publicus latro dicitur, qui ſæpius in itineribus publicis aggreditur, & ſpoliat *idem Farin.in fragm. de immun.Eccleſ.num.*149.*&* *ſeq.Mar.Ital.Immun. lib.*1.*cap.*5.§.1. *ex n.*3. *Jo. de Vech.de immun.Eccleſ. n.*19.*&* 20.*Ambroſ.de immun.cap.*1.*n.*6.*Guaz.def* 1. *cap.*28.*n.*33.34.35.*&* 36. Sed non eſt neceſſarium, ut ſpolient, & occidant ad hoc, ut dicantur publici latrones, prout ex *Cepol.in auth.ſed novo jure n.*106. putat *Ambroſ. cap.*2.*n.*6. quos ex pluribus increpat *Farin.eod.tract.de immun.n.*157. At famoſus latro dici non poteſt, niſi quis occidat, & ſpoliet *d.*§.*famoſos*, *Jaſ.in d.l.cum ſervus num.*5.*&* 6.*ff.de condit. cauſ.dat.Angel.d.auth.ſed nono jure num.*8. *Ambroſ. dict.cap.*2.*num.*6. *Pariſ.de Put.&* *Caſſan.locis ſupra allegatis.*

23 Differt ergò famoſus latro à publico latrone, quia publicus dicetur ſi in itineribus publicis ſæpius aggrediatur, & ſpoliet ſine interemptione, at famoſus ſi ſpoliet, & occidat ſemel, unde unus pro altero accipi, & confundi non poteſt, ſed ſi ſæpiùs aggrediatur, ſpoliet, & occidat in viis publicis, utique publicus, & famoſus vocabitur.

24 Hinc deducitur *deciſ.Sanfelic.*40.de qua fit mentio per *Scial.prax.forjud.cap.*3.*num.*124. Subſtineri poſſe de jure communi, cujus diſpoſitione attenta, latro non punitur pœna mortis, niſi ſæpius aggrediatur, & ſpoliet, vel ſit famoſus, ut diximus. At de jure ſpeciali Regni ſolum ex illa ratione videtur ſubſtineri, deciſio illa pro pœna extraordinaria, quia aliud agens ille latro, non ex inſidiis

& in-

& induſtria deliquerat, & concordat *Peguer. in ſuis addit. ad deciſ. 40. in fin.* dum eo jure attento furtum etiam minimum pœna mortis punitur, ſi in via publica committatur ex *DD. relat. per Scial. cit n. 124. verſ. ſed Maſtril. tenet, & Merlin. Pignat. cent. 1. c. 17. n. 14. Author hic n. 12.*

25 Differentiam latronis à fure, nedùm eſt neceſſarium advertere quoad pœnam, loquendo de jure, ex *auth. ſed novo jure C. de ſerv. fugit.*, ſed etiam quia diſpolitum comperimur latronem de conſociis interrogari poſſe, ut ex *l. Provinciarum C. de feriis*, ex *l. Divus ff. de cuſtod. reor. Salic. in l. fin. num. 6. C. de accuſat.* poſt *gloſ.* plenè *Marſ. conſ. 22. num. 13. 14. 15. & ſeq.* Latrones enim habent factionem, ut edocentur ex *l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pœnis*, nec ſoli delinquunt, ut advertit *Salycet. in d. l. fin. num. 6.* & probat etiam *text. in d. l. Provinciarum* ibi, *ne differatur ſceleratorum proditio conſiliorum, quæ per latronum tormenta quærenda eſt*, quia factionem habent latrones, *d. §. delinquunt.* Fures vero de ſociis interrogari non poſſunt, quia furtum eſt delictum, quod de ſui natura clam committitur *d. Auth. ſed novo jure*, in puncto *Marſill. d. conſ. 22. nu. 16. 17. & ſeq. Capyc. latr. dec. 132. n. 29.* allegans *Fachin. contr. jur. lib. 9. cap. 22.*

26 Pulchra eſt diſputatio, quæ in hac materia famoſi, & inſignis latronis contingere poteſt, an ſcilicet emanato Bando per Curiam, quod dans in manibus juſtitiæ talem latronem, ſeu Banditum vivum lucretur 200. dans verò mortuum lucretur 100. An vulneratum Banditum, taliterque vulneratum capiens, & tradens Curiæ, qui deindè ex vulnere moriatur, nec poſſit examinari, vel torqueri, capiens lucretur 100. vel 200.

Hanc quæſtionem tangit *Jacob. Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 17. de appellat. ex num. 78.*, ubi reſolutum refert in prima inſtantia pro capiente, & præſentante, ſed admiſſa appellatione ad inſtantiam Civitatis, quæ fuerat condemnata, quid verò in gradu appellationis ſucceſſerat non refert.

27 Pro capiente faciunt verba taleæ emanatæ, quibus promittitur majus pretium capienti latronem vivum, ergo majus pretium conſequi debet, *l. 1. C. de pact. l. quicquid adſtringendi ff. de verb. oblig. l. proſpexit ff. qui, & à quibus l. 1. & 2. C. ſi plures unica ſententia Pariſ. de re milit. verb. duo milites carta 349. at. tract. antiq. tom. 5.* ubi quod verba bandi debent ſervari juxta proprium tenorem: Dicitur enim quis vivere donec habet flatum in corpore inquit *Bald. in l. conventicula in fi. C. de Epiſc. & Cler. Bart. in l. 2. §. ſi dubitetur ff. quemadmodum teſtamen-*

28 *ta aperiantur num. 2. & cæteri DD.* Unde mortifere vulneratum occidens, tenetur de homicidio *l. Item mela §. Celſus ff. ad l. Aquiliam. l. huic ſcripturæ §. ſi ſervus ff. eodem Hippol. de Marſil. in l. 1. n. 87. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & in ſua pract. crim. §. & quia n. 26. Cab. caſ. 158. n. 20. Bonif. de Vital. tract. de malef. in rub. de inſultu. per cuſſ. & de. nu. 42. verſ. ſed quid ordinarium eſt, Scyal. prax. for. judic. cap. 3. num. 55.*

29 Confirmatur quia ſi aliter voluiſſet Bandimentum intelligere, poterat apertius legem condere, vel declarare, ideo ſi aliqua difficultas circa verborum interpretationem ſuccedit, interpretatio fit ſemper contra eum, qui apertiùs poterat ſe declarare, *l. veteribus ff. de pact.* quemadmodum dubia bannimenti verba contra Fiſcum declarantur, *Farin. conſ. 155. num. 8.* lex clarè loquitur de præſentante latrone vivo, vel mortuo; at hic præſentavit vivum ex *Bart. in d. l. 2. §. ſi dubitetur ff. quemadmodum teſtam. aperiant. & alii DD. ibid. Bald. in l. conventic. in fin. C. de Epiſc. & Cleric. Cabal. de omni gen. homicid. nu. 169.* ex *l. Item mela §. apud Celſum ff. ad l. Aquiliam.* Ideo nullam recipere debet dubitationem, vel cavillationem, *l. ille, aut ille ff. de legat. 3.* cum vulg. *Farin. conſ. 27. num. 12. conſ. 95. num. 4. in fin. conſ. 54. num. 4. conſ. 65. nu. 42. & conſ. 156. num. 20.* & ubi dubietas inſurgeret contra proferentem eſſet interpretanda, *d. l. veteribus ff. de pact.* fides ergo debet ſervari capienti latronem vivum, ut pretium duplex conſequatur juxta promiſſionem, tanto magis, quando per publicum proclama ei fuit promiſſum, *Merlin. Pignat. cent. 1. cap. 53. num. 1. & 2. Caren. reſol. civil. & canon. reſol. 174. nu. 59. & 60.* & ità judicavit Senatus Catalon. in prima inſtantia, ut videre eſt *Jacob. Cancer. cit. cap. 17. lib. 1. rubr. de appellat. num. 79.* quid autem ſucceſſerit in gradu appellationis, non refertur per Authorem.

30 In contrarium facit, quia verba ſemper accipi debent cum effectu *Bart. in l. Neſennius in princ. ff. de re judic.* quod etiam in contractibus ſtricti juris admiſit *Mant. de pact. clauſ. 6. gloſ. 3. par. 3. num. 22. & clauſ. 2. gloſ. 2. par. 2. num. 58.* & ſemper intelligi juxta mentem proferentis, *l. in conventionibus ff. de verb. ſignif.* plures allegat *Cancer. cit. cap. 17. nu. 78.* mens enim promittentis duplicatam pecuniam pro latrone vivo, fuit, ut ipſe poſſit per tormenta alios latrones revelare, vel ſecretas conjurationes, *l. Provinciarum, C. de feriis.* Idque cum non fuerit ſequutum, nec ſequi potuit, quia latro vulneratus, ex vulnere paulò poſt obiit. Ideò duplicatum præmium capienti ſolvi non debet, ita arguit *Cancer. cit. num. 78.*

31 Confirmatur, quia verba illa vivum, aut mortuum, neceſſariò intelliguntur de vivo, aut occiſo, capiendo illud verbum mortuum pro occiſo juxta diſpoſitionem *text. in l. proindè 25.* & ibi, *gloſ. verb. mortuus ff. ad leg. Aquiliam*, ubi quod omnis mortuus eſt occiſus, ita intelligitur indubiè ordo datus à Judice capiendi vivum, aut mortuum aliquem delinquentem ex *Gua. 2. def. 5. cap. 6. n. 18. Cabal. caſ. 132. num. 5. & Farin. quæſt. 32. nu. 47. & 49.* Si enim acciperemus mortuum pro mortuo naturaliter ex ſe, & ſine opere capientis, utique pecunia ei non deberetur, quia non de tali mortuo loquutus fuit legislator, *d. l. proindè*, ibi: *ſi occiſus quidem non ſit, mortuus autem ſit, magis eſt, ut non teneatur de mortuo*, niſi tamen ſeipſum occidiſſet latro, ne caperetur, vel occideretur ab alio, tunc haberi deberet occiſio, ac ſi à capiente proveniret, *l. in omnibus ff. de reg. jur. cum ſimilibus.* Hoc ſuppoſito, quod verbum illud mortuum pro occiſo capiatur, hic præſentavit latronem occiſum, non occidendum, ideo præmium de occiſo conſequi debet, *l. huic ſcripturæ §. hæc ita ff. ad leg. Aquiliam*, ubi apertè probatur aſſumptum, quod vulneratus mortaliter non dicitur occiſus cum moritur, ſed cum fuit vulneratus, ibi hæc ità tam variè, quia verum eſt, eum a te occiſum, tunc cum eum vulnerabas, quod mortuo eo demum apparuit. Et ex illo *text.* deducitur reſponſio ad ob-

32 jectionem, quæ fiebat de *leg. item mela §. Celſus* junctis *gloſ. eod. tit.* ubi dicebatur de occiſo, teneri eum, qui vulneratum mortaliter exanimavit. Intelligitur enim dictum *gloſ. ibid.* quando vulnus non erat omnino, & neceſſario mortale, ut in terminis declarant *Cæpoll. conſ. 5. num. 2. Afflict. ſuper Conſtitut. Regni terminum viæ num. 41. q. 3. tit. de homicid. puniend. Igneus in l. 1. §. ſi quis in Villa num. 64. & ſeq. ff. ad Sillan. Jacob. Bolognet. in repet. legis capitalium §. famoſos num. 197. ff. de pœn. Foller. pract. crim. verb. recipiantur defenſiones num. 7. in fin. Covarruv.* hanc diſtinctionem frequentiori DD. calculo receptam dicens in *Clementina ſi furioſus par. 2.*

§. 2.

Digitized by Google

§. 2 *num.* 4. *de homicid. Farin. conſ.* 108. *num.* 5. *Guazzin. def.* 4. *cap.* 10. *num.* 18. & ità in effectu voluit *Franc. de feud. tit. de his, qui feudum dare poſſunt num.* 17. & 18. concludens non teneri pœna homicidii eum, qui alterum occidit læthaliter vulneratum. Confirmatur fortius iſta concluſio ex reg. *leg. penult. ff. de milit. teſtam.* ubi quòd potentia actui proxima pro facto habetur ſi neceſſariò ſequi debet, idem probat *text. in l. item legato ff. de legat.* 3. *l. quis cum ſciret ff. de accuſat. Cabal. caſ.* 65. *num.* 1. & in noſtris terminis *de omni gen. homicid. num.* 167. & 168. *Giurb. obſer.* 91. *num.* 3. & 14. *Franc. dec.* 449. *num.* 7.

33 Dantur enim vulnera mortalia, ſed non omnino mortalia, dantur etiam vulnera omnino mortalia, quæ nullo humano remedio poſſunt mortem evitare, ut explicat *Farin. quæſt.* 127. *num.* 4. & 17. Unde præſentato latrone vulnerato mortaliter, qui ſtatim, vel poſt parum temporis ſpatium moriatur, tum ex vulnere mortali accepto, tum ex morte de proximo poſt præſentationem ſequuta, dicetur latro præſentatus, occiſus, non occidendus ad mentem legis, & ad mentem ejus, qui promulgavit talem; ideo præmium conſequeretur præſentans, quod fuit promiſſum præſentanti latronem mortuum, ſeù occiſum, non autem præmium promiſſum præſentanti latronem vivum, prout ſentit *Cancer. cit. num.* 79.

34 Neque obſtat objectio, quæ fit ex *Bart. in l.* 2. §. *ſi dubitatur ff. quemadmodum teſtam. aperiantur, & aliis DD. ſupra allegat.* quod homo dicetur vivere, donec ſtatuat[illegible] in corpore, quia etiam natus in octavo men[illegible]tur vivere, tamen quia moriturus eſt neceſſ[illegible] habetur pro non nato, ut teſtatur *Afflict. deciſ.* 236. *per tot. Joſeph. Ludovic. com. conclus.* [illegible]. *de nato in octavo menſe, verſ. ſuperior tamen. Anton. Cloſſ. conſ.* 68. *col. ult. Mant. de conject. ult. voluntat. lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 10. *Peregr. de fideicom. art.* [illegible]. *num.* 33. *verſ. tertia limitatio, Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 418. *num.* 4. Pactum enim, quod non durat, pro non facto habetur, *l. ſi pro parte* §. *verſum ff. de in rem verſo l. item eorum,* & ibi *gloſ. verbo durat. ff. quod cujuſque Univerſitatis nomine,* & pro non nato habetur qui ſtatim eſt moriturus, *c. nam, & ego extra de verb. ſignif.* ibi, *niſi quia ille mox natus, ſive nomine quaſi nunquam eſſet, de vita deceſſit,* nec dicitur veniſſe, qui non ſtetit, *cap. ſi poſtquam ubi gloſ. verb. mente de elect. in* 6. *Ruin. conſil.* 1[illegible] *ad fin. lib.* 5. *Tiraq. in l. ſi unquam verb. ſuſceperit liberos num.* 167. *de revocand. donat. Rot. deciſ.* 503. *num.* 4. *in fin. par.* 3. *recent. Bellon. de his, quæ ſunt incontinenti cap.* 73. *cap.* 81. & *cap.* 82. *nu.* 6. *Giurb. conſ.* 29. *num.* 22. vel poteſt dici ſemivivus, non vivus præſentatus juxtà illud Evangelii Lucæ cap. x. ſemivivo relicto, vel occiſus juxta legalem explicationem ſupra relatam, ut ideo non poſſit dici latro vivus præſentatus.

35 Dicas igitur, quod aut fuit in tali ſtatu præſentatus, ut per Curiam poſſet occidi, & ſuſpendi, & ſucceſſivè examinari, & interrogari, & præmium conſequitur promiſſum præſentanti banditum vivum; Aut in tali ſtatu fuit præſentatus, ut per Curiam nec examinari, nec occidi, ſuſpendique potuerit, & non videtur vivus præſentatus, ſed mortuus, & occiſus juxta diſpoſitionem *l. Item mela* §. *Celſus ff. ad l. Aquiliam*, quia ad hunc effectum præmium duplicatum fuit promiſſum pro latrone vivo, ut interrogari poſſet de Conſociis, & occultis conjurationibus *d. l. Provinciarum C. de feriis*, & ita ſentit *Cancer. cit. n.* 79.

In nihilo obſtante, quod verba aliquo modo dubia interpretari debeant contra proferentem, qui potuit apertiùs legem ſibi conſcribere ex *l. leg. veteribus*. Quia reſpondet *Mant. de conject. & ambiguis l.* 2. *tit.* 4. *num.* 22. quòd [illegible]s interpretatio admittitur, ubi admiſſa, diſpoſitio non redderetur inutilis, at in præſenti redderetur inutilis, & ſtruſtratoria in nihilo differens à præſentatione mortui. Ergo &c.

36 De materia poſtmodum hìc tractata per *Auſborem ſub num.* 16. 17. & 18. An & quando attendatur principium, vel finis delicti ultra *Merlin. cit. cap.* 67. *num.* 13. & *ſeq.* allegat *hic*, vide materiam pleniſſimè tractatam per *Alber. de Roſat. in tractat. de Statut. par.* 4. *quæſt.* 78. *ex num.* 14. *Felin. in cap. licet ratione de for. compet. ex num.* 15. & 16. *Cavalcan. de brach. reg. par.* 4. *num.* 124. *Franc. deciſ.* 27. & ibi *Add. num.* 4. *Scacc. de re judic. gloſ.* 7. *qu.* 4. *ſpec.* 2[illegible] 3. *Peregr. conſ.* 103. *num.* 3. *lib.* 2. *Farin. qu.* 17. *num.* 49. & *ſeq.*

Et ad materiam aſſaſſinii hic pariter [illegible] ex 37 *num.* 21. vide *Rovit. pragm.* 1. *de aſſaſſ. Sperel. deciſ.* 101. *num.* 12. *per tot. Giurb. conſ.* 58. *num.* 14. *conſil.* 41. *num.* 26. & *ſeq. conſ.* 46. *per tot. conſ.* 7. *num.* 7. & *ſeq. conſ.* 22. *num.* 15. & *ſeq. conſ.* 70. *num.* 22. & *ſeq. conſ.* 50. *num.* 17. & 18. *conſ.* 97. *num.* 3. & *ſeq.* & *conſ.* 48. *num.* 26. & 27. ubi quod ſi mandans non conveniat cum ſicario de interveniendo in homicidio, licet poſtea intervenlat, aſſaſſinium committitur, *Guaz. def.* 1. *cap.* 78. *num.* 41. 42. & 43. Et ſi Sicarius obla-38 tam pecuniam non acceptaret expreſsè, aſſaſſinium non committitur, *Gratian. cap.* 619. à *num.* 6. & ſi ſolum fuerit declarata voluntas per inimicum, ſed 39 non fuerit datum mandatum, nec minus aſſaſſinium committitur, quemadmodum ſi conſummatum non fuerit deveniendo ſaltem ad vulnera, ut amittatur beneficium, de quo vide etiam *Tondut. qu. Civil. & Canon. cap.* 27. *num.* 8. & *ſequ.* & *cap.* 97. *num.* 23. & *ſeq. lib.* 1. *Rot. deciſ.* 603. *num.* 3. *part.* 4. *rec. tom.* 1. vide *Marin. cap.* 171. *lib.* 1. & *cap.* 51. *n.* 4. *Cartar. deciſ.* 82. *num.* 9. *Merlin. Pignat. cent.* 1. *c.* 40. *ex num.* 6. & *cap.* 54. *ex nu.* 19. *Cavalc. de brach. reg. par.* 1. *num.* 71. & *ſeq. Scyal. prax. forjud. cap.* 3. *n.* 48. *Farin. in fragm. in append. de immun. Eccleſ. cap.* 8. *per tot.* ultra plenè per eum accumulatos *qu.* 23. *ex n.* 1. *per tot. num.* 163.

SUMMARIUM.

1 *QUas exceptiones permittat Ritus ex parte citati allegari.*

2 *Exul, vel relegatus, ſi citetur, eſt ei offerenda ſecuritas, alioquin non tenetur comparere.*

3 *An inquiſitus de aliis delictis, ſi citetur pro alio delicto ſit ei offerenda ſecuritas late diſcutitur, & traduntur plures concluſiones ad plenum materiam declarantes per tot. nu.* 6. *cum conciliatione jurium, & Doctorum de hac re loquentium.*

7 *An hæc ſecuritas in caſu, quo danda eſt, ſit petenda ita ut Judex non petenti eam dare non teneatur?*

8 *An forjudicatus ab una Curia poſſit pro eodem delicto ab alia Curia forjudicari: conciliatur Ritus cum litera Regis Raberti, quæ ſuper materia diſſentire videntur; & in caſu quo invicem repugnarent cuinam adhærendum oſtenditur?*

9 *Ubi bannitus vel condemnatus citandus ſit ſi pro alio delicto ſit citandus, quam pro eo pro quo eſt bannitus vel condemnatus.*

An ſi

An si quis citetur pro uno delicto capitali ad finem illum forjudicandi, committatur nullitas si sit inquisitus, condemnatus, aut bannitus pro alio delicto, & ei assecuratio pro alio delicto non præbeatur? & an bannitus ab una Curia possit pro alio delicto à diversa Curia banniri, & ubinam sit citandus qui jam est condemnatus pro uno delicto?

RESOLUTIO XVII.

1 ET si multæ possent opponi exceptiones de jure communi ex parte citati in causa criminali, qui personaliter comparere tenetur, de jure tamen municipali hujus Regni, nempe *Ritus* 169. tres tantum exceptiones possunt opponi, nempe infirmitatis, absentiæ, aut captivitatis, ad quas tres exceptiones licet addere quartam nempe carcerationis apud alium Judicem, quæ excusat à comparendo, & impedit contumaciam, *Caravit. eodem Ritu* 269. *num.*13. item & quintam nempe notoriæ nullitatis, quæ ex inspectione scilicet actorum resultat, quæ nunquam censetur per statutum exclusa, *Caravit. ibidem num.*20. quia de his exceptionibus latè *Caravita*, & *alii* passim disseruere: (iis omissis) quæro (quoniam exploratum est contumacem, vel bannitum pro uno delicto posse pro alio contumacem reddi, & banniri, ut testatur *Clar. §. fin. q.*32. *num.*12. & *q.*16. *num.*4. & in praxi extra controversiam servatur) an si ex parte citati, qui tenetur personaliter comparere; hoc opponatur, erit offerenda inquisito securitas veniendi in judicium pro alio delicto, pro quo fuit contumax, seu bannitus? respondeo cum distinctione, quod aut quis pro primo delicto fuit jam condemnatus ad exulandum à loco ad quem citatur, ità ut ille locus reperiatur illi interdictus per exilium (addo vel per relegationem, aut deportationem,) & proculdubio si hæc exceptio opponatur non poterit contumax reputari, nisi ei offeratur salvus conductus; ratio est in promptu, quia hic comparere non potest facto Judicis, quod nemini nocere debet, *text. in l.*2. *§ fin. & leg. sed, etsi quis §. illud sciendum ff. si quis cautionibus, est tex. in l.*3. *in princip. ff. si quis caut.* ibi, *aut si forte in exilium salva civitate abiit &c.* ubi quod non tenetur in judicio se exhibere, qui in exilium missus est, & quod hæc exceptio prodest tam principali, quam ejus fidejussori; & hic casus similis est carcerationi apud alium Judicem, quæ propter eandem rationem reo prodest, ut supra diximus, ad tradita per *Caball. ref.* 190. *num.*7. & *Giurb. cons. crim.*35. *nu.*10. ubi hos duos casus carcerationis scilicet, & exilii, quod non comparentis excusationem æquiparant: & profectò nimis durum esset citatum ad impossibile obligare, nempe ad comparendum in loco ubi comparere minimè potest, *Giurb. d. cons.*35. *num.*25. ubi quod impossibilitas excusat, & quod impossibile de jure æquiparatur impossibili de facto *num.*4. nec dicas quod sibi imputare debet, cum hæc impossibilitas ex ipsius delicto, & culpa provenerit, quia ubi agitur de impossibili, propria culpa non est in consideratione, prout videmus in impedimento carcerationis, quod licet ex culpa carcerati proveniat indistinctè excusat, & in qualibet dispositione non intelligitur comprehensa impossibilitas, *Carav. Rit.*154. *nu.*4. confert traditio *Marant. dist.*16. *n.*29. ubi quod judicium contra expulsos à civitate est nullum; quæ ad eos, qui personaliter tenentur comparere, prout in Regno in criminalibus, apprimè applicatur, nam si citatus per procuratorem nequit comparere, si rursus personaliter accedere prohibetur, si his non obstantibus posset contumax reputari, & forjudicari, auferretur illi contra omnia mundi jura defensio, ad rem *Robert. de liquid. instrum. consid.*4. *num.*17. *Galter. in verbo audiantur excusatores* 3. *part. princ. num.*18. ubi quod exul citatus super tenore instrumenti, qui tenetur personaliter vigore ritus comparere ad instar causæ criminalis, allata fide exilii contumax reputari non potest, *Foller. in verb. vel eos verbaliter citari faciat num.*32. ubi de citato pro causa criminali exulato, vel deportato: est ergo in hoc casu offerendus salvusconductus, quem non posse nisi per Principem concedi dicendum videtur per *text. in l. relegati ff. de pœnis in fin. Gomez. de exilio n.*4. *Fachlib.*9. *controvers.*6v.

Contrarium tamen, ubi concederetur salvusconductus ad modicum tempus ex hac causa dicendum est, *Blanc. in prax. crim. in §. datis defensionibus n.*22. *& seq. Afflict. decis.*4. *num.*2. ubi ponit exemplum si præsentia accusati exulantis esset necessaria, *Clar. d. quæst.* 32. *num.* 13. ubi quod de jure potest hunc salvum conductum Judex concedere.

3 Aut non agitur de exulante, seu relegato; sed de simpliciter contumace, ac forjudicato pro aliis delictis, & tunc respondeo, quod & si olim citationes in M. C. concipiebantur absque assecuratione pro aliis delictis, tamen quibusdam ab hinc annis mos invaluit, ut concipiantur cum assecuratione pro aliis delictis; sed libet differere an hæc praxis jure fulciatur, & an ita servanda sit ut nullitas alioquin committatur? Pro hodierna praxi allegatur *Jo: Andr. in addit. ad Speculatorem in tit. de accusatione §.*6. *nu.*23. *in lit. D. vers. ut intra certum tempus*, *Foller. in vers. vel eos verbaliter citari faciat*, *num.*32. ubi hanc opinionem admittit, quando agitur de crimine, in quo citatus tenetur comparere personaliter, prout sunt termini hujus quæstionis, allegat *Dynum Bartol. & alios Boss. in tit. de citationibus num.*35. *Clar. quæst.*32. *§. fin. num.*12. *Farin. q.*11. *num.* 58. rationem adducunt, quia alias citaretur quis ad locum non tutum, & impium videtur arctare aliquem ad comparendum in loco, ad quem tutè accedere non potest, *Clement. pastoralis*, *de re judicata*.

In contrarium facit *Speculat. in d. tit. de accusat. n.*23. ubi quod asserere eum, qui propter aliud delictum bannitus est, non posse iterum banniri, & citari, ex quo propter bannum comparere non potest, esset pro pœna præmium reportare, *Nell. in tractat. de bannitis prima parte primi temporis* 3. *q.* ubi post multa hinc inde tandem firmat tutius esse, ut non sit necesse offerre ei salvum conductum, & quod talis exceptio locum non habeat, ex quo procedit à culpa banniti non perfectè punita, & videtur minimè succurrendum ei, qui ex propria culpa se conjecit in necessitatem, & impossibilitatem comparendi, & ex culpa propria fuit bannitus, *arg. text. in l. fidejussor §. si necessaria in fin. ff. qui satisdare cogantur*, hæc opinio in Regno videtur confirmata jure municipali, quo hæc exceptio loci non tuti sublata fuit, ut per *Rit.* 269. ubi tria tantum impedimenta ex parte permittitur allegare, ut supra dixi, & firmat *Carav. eod. ritu* 269. *num.*7. etsi excu-

Digitized by Google

excuſandum cenſeret à pœna contumaciæ, eum qui perſonaliter compareret, & verificaret exceptionem alias oppoſitam, & non admiſſam, tempore quo fuit abſque comparitione oppoſita, adſtipulatur *Ritus* 205. ubi fortius ſtatuitur, quod pro uno eodemque delicto poteſt in pluribus Curiis contumax reputari, & ſolvet utramque contumaciam, *Carav. ibidem num.* 10. faciunt tradita per *Dominum Reg. Sanfelicium* poſt hæc ſcripta viſum *deciſ.* 276. Pro reſolutione præſentis quæſtionis plures mihi videntur diſtinguendæ concluſiones.

1 Prima ſit concluſio, ſi inquiſitus de aliis delictis in eadem, vel alia Curia pro uno delicto citetur, neceſſe minimè eſt ut ei offeratur ſalvus conductus pro aliis delictis, ſola enim inquiſitio nullam tribuit reo excuſationem, quin ad judicium venire teneatur, *text. eſt expreſſus in l.* 3. *§. illud ſciendum eſt ff. ſi quis cautionibus*, ubi quod hæc exceptio, quod ideo quis in judicio non comparuit, quia reus criminis capitalis factus erat, non prodeſt nec reo, nec ejus fidejuſſori, nec Doctores exiſtimantes ſecuritatem eſſe concedendam poſſunt ad hunc caſum applicari, cum non de ſimpliciter inquiſito aut reo, ſed de bannito loquantur.

2 Secunda concluſio, ſi forjudicatus pro uno delicto pro alio delicto citetur, non tenetur comparere niſi ei ſalvus conductus ſeu aſſecuratio offeratur, *text. eſt expreſſus in d. l.* 2. *§. illud ſciendum ff. ſi quis cautionibus*, ubi quod prædicta exceptio reo capitis non datur, ſed damnato datur: facit urgens ratio, quod nimis durum videtur arctare aliquem ad comparendum in loco, ubi evidens ſubiturus eſt periculum necis, hunc in ſenſum loquuti ſunt omnes præcitati Doctores, qui loquuti ſunt de bannitis: nec obſtat huic concluſioni *Ritus* 269. loquitur enim ille Ritus de exceptionibus, quæ ex parte inquiſiti poſſunt allegari ad impediendam primam contumaciam, non de exceptionibus, quæ ad impediendam forjudicationem poſſunt à conſanguineis, aliiſque opponi, in quibus patet latior campus, ut dixi *reſolut.* 2. ubi dictum eſt poſſe multas alias exceptiones, nempe Clericatus, minoris ætatis, & ſimiles opponi: utcunque ergo hæc exceptio non poterit allegari ad impediendam primam contumaciam poterit allegari ad impediendam forjudicationem, & ideo in delictis, ubi intenditur ad aliam forjudicationis ſententiam procedi, ſi ageretur de jam forjudicato ob aliud delictum, neceſſe eſt ut ei offeratur ſecuritas, ſi ſcilicet petatur, ut infra dicam: neque obſtat *Ritus* 205. nam ibi ſtatuitur bannitum pro uno delicto poſſe pro eodem à diverſo Judice banniri; an vero ſit offerenda ſecuritas nec ne, verbum nullum, unde in contrarium allegari non poteſt.

3 Tertia concluſio, ſi agatur de citando eum, qui ſit ſimpliciter contumax, puto minimè de jure neceſſarium eſſe, ut hæc ſecuritas offeratur: hoc probant omnes rationes, quæ à Doctoribus negantibus dandam eſſe ſecuritatem afferuntur, quod ſcilicet non debet quis ob crimen loco pœnæ præmium reportare, nec propria culpa debet prodeſſe; hoc probat expreſsè *allegatus tex. in l.* 3. *§. illud ſciendum ff. ſi quis cautionibus*, ubi quod à neceſſitate in judicium veniendi excuſatur is tantum qui damnatus eſt capitis, non qui reus factus eſt, dicitur autem quis reus factus, ideſt cum inter eos receptus eſt, ut explicat *gloſ. in l. is, qui reus ff. de publ. judic.* hoc eſt cum lis conteſtata eſt, ſi præſens fuerit, vel ſi abſens eſt contumax factus, *Clar. §. fin. qu.* 14. *num.* 13. ergo contumax tantum non poteſt ullam non veniendi ad judicium excuſationem allegare; nec Doctores, qui ſenſerunt bannitum non poſſe arctari ad comparendum, niſi cum ſecuritate vocetur, huic concluſioni refragantur, quia Doctores de bannito, hoc eſt jam damnato loquuti ſunt: ita colligitur ex ſupracitato loco *Speculatoris num.* 23. ubi ponit caſum in eo, qui in loco, ad quem citatur eſſe non poteſt, ita ex *Nello*, qui cum in præludio plures bannitorum ſpecies poſuerit, omiſſis aliis, de eis banuitis ſe loqui teſtatur, qui vigore ſtatutorum ob contumaciam (id quod in Regno efficit forjudicatio, ut alibi dixi) reputantur pro confeſſis de criminibus, pro quibus reputati fuerunt contumaces, ita ut contra eos, ſi capti fuerint, pœnæ ad quam damnati in contumaciam fuere brevis exequutio fiat, & in prima parte primi temporis *quæſt.* 3. de hac ſpecie bannitorum loquitur, & de his diſputat an ſit illis danda ſecuritas, & omnes alios Doctores de hac bannitorum ſpecie loquutos eſſe patet, dum ſe referunt in hac quæſtione ad *Speculatorem* & *Nellum*, ut ex *Mariano Soccino in tract. de citationibus articulo* 5. *q.* 26. *num.* 48. ubi ſe refert ad *Nellum*, *Boſſ. in tit. de citat. nu.* 38. ubi ponit quæſtionem de bannitis juxta mentem *Nelli* ex *Clar.* qui ſe ad *Boſſ.* refert, ex *Foll.* qui in *verſ. vel eos verbaliter citari faciat nu.* 32. in eundem ſenſum, in quem *Nellus* bannitos accipit, ex *Farinac. quæſt.* 11. *num.* 58. qui etiam loquitur de bannito prout intelligunt ſupradicti: nec obſtat quod locus tutus non videtur, dum in ea Curia, à qua citatur, contumax eſt reputatus, quia magna eſt differentia inter jam damnatum, & contumacem, qui nullum perſonaliter comparendo ſubit, necis periculum, immo comparendo enervat vires indiciorum, cum ſit maximum indicium innocentiæ ſpontanea comparitio, *Foller. in v. etſi compareant num.* 1. & ipſam pecuniariam contumaciæ pœnam, vel in totum evadit, ut ſæpe accidit in M. Cur. vel eam plerumque magna ex parte minuit, & moderabilem reddit, cum ſemper mitius agatur cum ſponte comparentibus, ut notum eſt in praxi. Mea igitur eſt ſententia de neceſſitate in hoc caſu non eſſe concedendam ſecuritatem, nec committi nullitatem ſi ea denegetur, nec in hoc quotidiana praxis adverſatur, nam reſpondeo id fieri ad majorem cautelam, ut præcludatur via cavillationibus advocatorum, & non inficior hoc eſſe arbitrarium Judici, quemadmodum exiſtimavit *Bart. in l. is, qui reus ff. de public. jud. nu.* 12. *verſ. ego autem dico*, fundatur igitur praxis M. Cur. in arbitrio non in neceſſitate, cum nullo jure hæc neceſſitas inducatur, neque aliud eſt præſumendum, cum Judices præſertim ejus peritiæ, cujus ſunt in M. Cur. ſe conformare cum jure præſumantur, & actus cenſeatur factus, prout jus diſponit *tex. vulg. in l. Herennius §. Gaja, de evict. text. in cap. ex literis de conſtit. Surd. deciſ.* 170. *num.* 4. *& ſeq.* nec ejuſmodi factum inducit neceſſitatem, & præſcriptionem, cum alia præſumptio capi poſſit, *arg. eorum*, quæ copioſè tradit *Surd. deciſ.* 177. *num.* 2. *& ſequent.* & ità deciſum refert in M. Cur. *Dominus Regens Sanfelicius* in antea contumace pro delicto tamen levi, qui fuerat ſecundo loco contumax reputatus ad forjudicandum abſque ſecuritate pro prima contumacia, ut hæc nullitas non obſtaret.

4 Quarta concluſio, hæc ſecuritas, quatenus in aliquo caſu danda ſit, non eſt danda niſi petenti, ita enim ut videre eſt, loquuntur omnes Doctores, qui bannito pro uno delicto, & citato pro alio delicto dandam eſſe ſecuritatem exiſtimant, ut ex *Jo: And.* qui dicit, quod defenſor citati poteſt allegare bannum, & petere fidantiam, ex *Claro*, qui dicit quod

Digitized by Google

debet impetrare salvum conductum, ex *Nello*, qui similiter asserit, quod potest petere salvum conductum; & facit, quia ut ex citatis locis apparet, hoc beneficium competit ope exceptionis, ad tradita late per *Carav. Rit.* 269 *per totum, & num.* 7. & ideo necesse est ut opponatur *leg.* 2. *in princip. de except.* (quicquid viderim aliquando opponi hanc nullitatem, quod in citationibus ad informandum, & ad capitula non sit ultro oblata assecuratio.)

8 Quinta conclusio, dubitari potest, an forjudicatus verbi gratia ab aliquo Officiali alicujus loci possit pro eodem delicto in contumacia persistens forjudicari à M. Cur. vel Reg. Aud. & de hoc est *Ritus expressus* 205. ubi quod bannitus per aliquem Officialem loci potest indistinctè iterum banniri in Magna Cur. etiam ad petitionem illius, qui petiit eum banniri coram Officiali loci, *Carav. ibidem Foller. in verb. vel eos verbaliter citari faciat nu.* 32. *in fin.* contrarium videtur statuisse Rex Robertus in quadam litera directa ad Reg. M. Cur. quæ incipit, Regenti Cur. Vic. &c. cujus tenor inseritur à *Reg. Tap. in lib.* 3. *jur. regni ad d. Ritum* 205. *fol. mihi* 45. ita notatur per *glos. in d. Rit.* 205. ubi quod expresse contrarium statuit Rex Robertus per *Afflict. in Constit. Reg. Clementiæ num.* 6. & dictam literam dubium facere dixit *Foller in d. verb. vel eos verbal. citari faciat num.* 32. sed ni fallor illa litera nihil omnino contradicit *d. Rit.* 205. unde melius de Bottis posse illam literam pro glosa deservire ad *ritum* 205. *Ritus enim* 205. loquitur, quando bannitus pro uno crimine ab Officiale loci postea pro eodem bannitur à M. Cur. & sic quando pro uno eodemque crimine à diversis Curiis bannitur, at dicta litera, ut videre est, loquitur de bannito in Curia Neapolitana, nempe à Cap. Neapoli, ut non possit in eadem Curia Neapolitana iterum banniri, & pœna contumaciæ exigi, dirigitur enim illa litera Regenti ejusdem Curiæ Neapolitanæ, iniquum enim, & inauditum est, ut una eademque Curia pro uno eodemque delicto pluries eundem reputet contumacem & plures exigat pœnas: quod absurdum cessat, ubi quis à pluribus Judicibus citatur, pluresque Judices contemnit, nec potest contumax unius Curiæ juvare se ob contumaciam illius Curiæ in alia Curia, & contumax non allegat litis pendentiam, dispositioque illius Ritus de jure communi fundatur, ut tradidit *Caravit. in d. Ritu* 205. *num.* 1. *& num.* 11. & esto quod illa litera manifestè hunc intellectum non contineret, cum non sit expresse contraria ritui, nec loquatur de diversis Judicibus, sumenda est interpretatio, quæ literam cum ritu conciliet, *l. non est novum, l. sed, & posteriores ff. de leg.* præterquam quod ritus est posterior, cum Rex Robertus, ut ex historiis patet, Reginam Joannam præcesserit, & quando esset inter literam, & Ritum (pro ut non est) contrarietas, servandus esset ritus tanquam posterior, quia lex posterior, si sit contraria priori, proculdubio tollit priorem, *l.* 1. *ff. ad leg. Aquiliam l. sed & posteriores ff. de l. cum concordantibus.*

9 Sexta conclusio, dubitari potest an condemnatus vel bannitus, si pro alio delicto sit citandus, possit citari in loco soliti domicilii? & dicendum est, quod si quidem condemnatus amisit jura Civitatis, ut est in deportato, & forjudicato, qui hostis publicus est, non poterit citari in Civitate ubi habebat domicilium ante condemnationem, cum non possit dici retinere domicilium in illa Civitate cujus jura amisit, *Jo. Andr. in d. n.* 23. *§.* 6. *ad Speculatorem in lit. D. vers. ut intra certum tempus*, si vero jura Civitatis non amisit, ut est in exulante à certo loco, vel relegato, & tunc potest retinere domicilium, & jura Civitatis, à qua exulat, vel relegatus est, & consequenter ibi citari poterit, ut per eundem *Jo. Andr.* erit igitur in casu in quo non retinet domicilium citandus de persona, vel si id nesciatur, citari poterit tanquam vagabundus, ad tradita per *Foller. in vers. vel eos verbaliter citari faciat*, quæ hìc non transcribo.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Bannito pro alio delicto citato offerenda est securitas, & quomodò*

2 *Citatio in loco notoriè non tuto, an ipso jure sit nulla?*

3 *Justitia, & æquitas magis attendi debent, quam culpa delinquentis.*

4 *Citatus: si ad locum non tutum citetur, & Judici sit incognitum, capto demum reo, & locum non tutum demonstrante, adhuc succurri debet per viam restitutionis.*

RESOLUTIO XVII.

Tractat hic *Author* de salvo conductu concedendo bandito, quando pro alio delicto, quod commisit, condemnari, & bandiri intenditur, quæ est quæstio antiqua, & diversimodè à Doctoribus resoluta, ut videre est penes *Farin. quæst.* 11. *nu.* 58. & 59. *quæst.* 29. *num.* 85. 86. & 87. iterum in *addit. ad eandem qu.* 11. *sub num.* 58. *vers. & eod. num.* 58. *propè fin. Scacc. de Judic. lib.* 1. *cap.* 32. *nu.* 29. & *lib.* 2. *c.* 9. *num.* 1774. & *lib.* 3. *qu.* 17. *cap.* 2. *limit.* 47. *memb.* 1. *num.* 19. *Guazz. def.* 12. *cap.* 1. *ex num.* 33. *Pacian. de probat. lib.* 2. *cap.* 46. *num.* 23. & *seq. Mascard. de probat. concluf.* 19. *num.* 14. *lib.* 1. *Quintil. Mandos. in suo tract. commis. tract. de signat. Gratiæ, rubr. de salvo conduct. vers. Julex nonnunquam, Decian. cons.* 96. *num.* 1. & *seq. lib.* 3. *Jacob. Cancer. de Judic. suspect. cap.* 13. *num.* 26. *Cornaz. decis.* 80. *num.* 8. *Scapp. de Jur. non script. lib.* 5. *cap.* 178. *per tot. Baron. de citat. tom.* 1. *quæst.* 27. *ex num.* 9. & *tom.* 2. *in addit. ad dictam qu.* 27. *num.* 12. & *seq.* & *tom.* 3. *in annot. parad. d. qu.* 37. *Sanfelic. dec.* 638. *per tot. Scyal. prax. forjud. cap.* 8. *num.* 54. præter antiquiores relatos per *Farin. cit. qu.* 11. *num.* 58.

1 Volebant enim aliqui bannitum posse pro novo delicto iterum banniri, sed non ei esse concedendum salvum conductum pro antiquo delicto, quia ejus culpa successit bannum, nec debet ex novo delicto præmium reportare, refert prædictos *DD. Farin. cit. quæst.* 11. *n.* 58. *in princ.*

Alii voluerunt teneri Judicem offerre salvum conductum, si tamen per reum citatum petatur, & protestatur aliter se venire non posse, quos refert *idem Farin. quæst.* 11. *num.* 59.

Alii verò diversæ fuerunt opinionis, ut salvus conductus debeat reo offerri in calce ejusdem citationis, maximè quando impedimentum, & bannum notum est Judici procedenti, istamque opinionem juri, & æquitati consonam affirmat *Farinac.* plenè discussa materia *cit. quæst.* 11. *num.* 60. *in fin.* triplici fundamento hanc veritatem confirmans, eumque sequuntur *Guazz. cit. def.* 12. *cap.* 1. *n.* 44. *Scacc. d. cap.* 32. *num.* 27. & 29. *lib.* 1. & *lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 1774. & *lib.* 3. *qu.* 17. *ex num.* 2. *limit.* 47. *memb.* 1. *nu.* 19. & 21. ubi testatur sæpissimè observasse, ac ita constanter

Digitized by Google

stanter affirmat *idem Farin.* postea in *addit. ad dict. quæst.* 11. *sub num.* 58. *vers. & eodem num.* 58. *propè fin.* ità servatum refert *Author hic sub num.* 2. *&* 7., licet ipse videatur in contrarium inclinare, ita pariter observari testatur *Sanfelic. cit. decis.* 236. dum in eo casu, ideo Magna Curia judicavit nullitates non obstare, quia reus erat simplex contumax pro levi delicto, cujus contumacia per comparitionem spontaneam, remanebat purgata, & ita pariter observari testatur *Scyal. prax. for jud. cap.* 8. *n.* 54. ut videre est in formula citationis ad capitula per eum relata, & *cap.* 5. *sub num.* 27. *in fin. & num.* 33. *in fin.* & ità etiam observari testatur *Guaz. cit. cap.* 1. *sub. num.* 44. *vers & ità vidi in Curia pluries observari, &c.* adeout hodie ista praxis reduci ad disputationem non debeat per Fisci Procuratorem, vel Adhærentes, quia est optimè fundata in jure, cum citatio ad hoc, ut arctet citatum ad comparendum, & alias non comparens habeatur pro confesso juxta Italiæ statuta; debet citari ad locum, ubi liberè
2 potest accedere ad se defendendum, non ubi justè timere potest, vel decapitari, vel ad triremes transmitti, ut observat *Sanfel. cit. dec.* 236. *sub n.* 6. & facit doctrina *glos. in l. sed & si quis in princ. verb. exiliove inquit glos. ideſt deportatione ff. si quis cautionibus,* & revera, ubi agitur de condemnato, vel in pœnam vitæ, vel in pœnam triremium, & condemnatio nota est Judici eundem condemnatum citanti pro novo delicto, pro quo personaliter comparere teneretur, citatio nullo modo substineri videtur sine assecuratione. Nam vocatur reus, ut ab illa imputatione valeat se defendere, hic enim est finis citationis, *cap. Pastoralis de re judicat.* si comparens certus est, quod vel decapitetur, vel ad triremes transmittatur, quo modo poterit vocari legitimè ad se defendendum, & exculpandum ab imputatione, & quomodo poterit dici vocatus ad locum tutum? *Afflict. dec.* 29. *num.* 4. distinguit inter locum non tutum, sed Judici incognitum, & inter locum non tutum notoriè, & Judici notum, ut primo casu legitimè procedat Judex, nisi ad ejus notitiam justus timor vocati deducatur. Secundo vero nulliter, quia debet ipse vocatum assecurare, ut eum arctet ad veniendum, & *Afflict.* opinio est communiter recepta, ut videre est *Bajard. qu.* 34. *num.* 27. *Ferret. conſ.* 31. *num.* 22. *Mascard. de probat. concluſ.* 1104. *lib.* 2. *num.* 11. *Farin. quæſt.* 11. *nu.* 55. *Guaz. def.* 12. *cap.* 1. *num.* 33. locus non tutus in præsenti, tutus reddi debet, tantò magis ex quo idem Judex, idemque Tribunal vocans reum, ex alio se declaravit velle eum morti tradere, vel ad remigandum transmittere, nec facit ratio considerata per *Speculatorem*, & sequaces, quod proveniat ista comminatio, & sententia ex culpa ipsius rei, quæ sibi patrocinari non debet, quia si necessariò debet citari, ut se defendat ab ista secunda imputatione, necessariò debet assecurari, alias citatio redditur frustratoria, nec posset suum operari effectum, tanquam continens impossibile, ultra quod culpa rei, quia non fuit ordinata ad casum, de quo agitur, non est consideranda, *l. si vehenda §. idem juris ff. ad l. Rhodiam de jactu*, advertit *Barbat. de citat. num.* 35. *in fin. & Scacc. cit. cap.* 32. *num.* 30. *in fin.* nec attendenda est culpa, ubi æquitas, & justi-
3 tia citationem condemnandi requirunt *Afflict. dec.* 289. *num.* 26. *Farin. & Scacc. locis supra alleg.*

4 Adverte tamen, quia licet Judex validè procedat, quando ex actis ei non liquet impedimentum rei, vel grave præjudicium, ut diximus cum *Afflict. decis.* 29. *num.* 4. & propterea condemnatio, & sententia vitio nullitatis tunc non subjaceat, nihilominus capto postmodum reo, & opponente tale impedimentum, taleque præjudicium, beneficio Prætoris proveniens ex *tit. si qua mihi justa causa*, adhuc erit restituendus *Bart. Alex. & Jason. in l. quæsitum ff. de re judic. Afflict. cit. decis.* 29. *nu.* 4. *Bajard. ad Clar. § fin. qu.* 39. *num.* 26. *Farin. qu.* 11. *n.* 58. *vers. movet me secundo loco, Guaz. def.* 12. *cap.* 1. *n.* 35.

SUMMARIUM.

1 *Relatio nuntii die feriato de jure est nulla.*
2 *Contrarium de jure Rituum, & affertur ratio, qua etiam de jure possit substineri illius validitas, etiam si facta fuerit die feriato.*
3 *Quid servandum sit circa citationem quoad frias?*

An relatio nuntii facta die feriato sit valida, itaut contumacia sequuta valida sit?

RESOLUTIO XVIII.

1 Videtur omnino negativè respondendum, nam negari non potest, quin relatio sit actus substantialis judicii, *Gram. conſ.* 52. *num.* 15. *Follerius in verbo fiat relatio num.* 16. *Gaill. practicarum observat. lib.* 1. *observat.* 54. *num.* 7. *Guazzin. def.* 10. *cap.* 3. *in princ.* ergo non debet posse fieri in die feriato ad honorem Dei, quo omnis actus judiciarius conquiescere debet, ad *text. vulg. in l. fin. C. de feriis*, & ità in terminis docuere *Salyc. in d. l. fin. C. de feriis*, *Franc. in cap. cum parati num.* 40. *de appell. Marant. in verbo recte concipiatur citatio num.* 55. *Bajard. ad Clar. quæſt.* 31. *num.* 6. *Guazzin. def.* 10. *cap.* 3. *n.* 8. *& alii* ad saturitatem *per eos relati.*

2 Sed in contrarium, quicquid sit de jure, ponderò *Rit.* 82. ubi *Caravit. num.* 1. *& Rit.* 95. quibus ritibus cavetur, quod die festivo potest actuario assignari per nuntium responsale, hoc est citatio nuntii cum relatione, & de ea potest fieri præsentata illo die, ad hoc ut postea die sequenti juridico accusetur contumacia; & licet subjungat *Caravita* hoc hodie non esse necessarium, quia etiam si citatio nuntii cum relatione non præsentetur die festivo, adhuc potest accusari contumacia die juridico, quia si ultimus dies termini fuit festivus, satis est quod accusetur contumacia [illegible] die juridico, absque eò quod relatio nuntii [illegible]sentetur illo die festivo, tamen cum dicti ritus non sint correcti, quoad hoc, ut possit talis præsentata fieri, proculdubio in suo robore remanent, *vulg. l. præcipimus in fin. C. de appellat.* nec dicit *Caravita*, quod non posset fieri talis præsentata die festivo, qui fuerit ultimus dies termini, sed quod non est necessarium hoc facere, & quod potest die seq. juridico prima contumacia accusari, licet talis præsentata facta non fuerit, & pro justificatione prædictorum rituum considerari potest, quod relatio nuntii, quæ fieri potest etiam Judice absente ipsi actuario, *Guazzin. d. defenſ.* 10. *cap.* 3. *num.* 2. immo etiam scribæ, *Caravit. d. ritu* 82. *num.* 2. est quid facti expediendum per nuntium absq; aliqua causæ cognitione, & ideo videtur posse fieri etiam die feriato, *arg. text. in cap. cum parati de appell. cap. cum prudentiam, & cap. cum contingat de offic. delegat.* & eorum, quæ tradit *Gaill. observat.* [illegible] *num.* [illegible] *lib.* 1. satisque esse videri debet, quia citatio sit intimata die juridico,

Digitized by Google

nec arctet ad comparendum niſi die juridico, ac die juridico contumaciæ accuſantur, ad tradita per *Marantam in verbo expediatur citatio num.* 119. *& ſeq.* & per *Caravit. ritu* 80. *& ritu* 116. & alibi paſſim, licet quoad datam citationis parum referat die juridico, vel feriato ſit expedita, ut eſt *ritus* 114. & ibi *Carav.* & prædicta mihi contingerunt diſputanda in Regia Audientia Aquilana uti Fiſci patrono in cauſa Caroli de Alexandro Aquilani, qui ſupponebat contumaciam non valere, ex eo quia relatio nuntii erat ſcripta die primo Octobris, quo celebratur feſtum S. Angeli cuſtodis, & Dominus Conſiliarius Mugnoz mecum ſentiebat valuiſſe prædictam relationem, licet ritum non allegaret.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Relatio, an poſſit fieri die feriata, & quid de jure Regni? & num.* 11.
2 *Reſolutio Authoris, ſtante inobſervantia Ritus, non videtur ſubſtineri, & num.* 3. *& ſeqq.*
3 *Statutum per contrarium uſum tollitur.*
4 *Relatio citationis in Tribunali A.C. ſcribitur judicialiter, & in Judicis præſentia, & ita extenditur, quomodo autem obſervetur? eod. num.*
5 *Citatio notificanda eſt citato in domo ſolitæ habitationis, & ita Nuncius referre debet, alias eſt nulla.*
6 *Domus ſolitæ habitationis, quæ dicatur?*
7 *Relatio, an valeat quando dicitur per Nuncium ſe citaſſe domi non adjecto Juæ ſolitæ habitationis.*
8 *Relatio valet, quando eſt dictum per Nuncium ſe citaſſe domi modo, & forma ſibi commiſſis, vel modo & forma, ut ſupra.*
9 *Probatio contra relationem Nuncii admittitur.*
10 *Fiſcus cautelam habet examinandi teſtes ad confirmationem relationis datæ, ſi per Reum negatur fuiſſe citatum.*

RESOLUTIO XVIII.

RElatio Nuncii eſt pars ſubſtantialis Judicii, nec ideo poteſt fieri in die feriata ex diſpoſitione juris communis; Attento tamen ritu M. Curiæ 82. & 95. aliter concludit Author in hac ſua reſolutione 18. referens caſus reſolutionem in Regia Audientia Aquilana.

1 Adverte tamen, quod ritus iſte permittit, ne citatio circumducatur, & dicit permitti ſolum Nuncio relationem illam conſignare Notario, ibi, *ſufficit, ſi aſſignetur Magiſtro Actorum, vel alicui ex Subactuariis, qui ibi ſcribat, præſentatam die illo feſtivo*: non tamen dicet ipſe notarius, quod præſentata fuit in Judicio, ſed apud acta tantum, quia tali die non poteſt eſſe judicium, & ideo habet ritus actum illum conſignationis talis relationis, pro extrajudiciali, & non judiciali, notat hoc in individuo *Scacc. de Judic. lib.* 1. *cap.* 89. *nu.* 9. ibi, *quia actus iſte reproductionis citationis, prout conſiſtit in facto, non eſt judiciarius*, intelligendo actum productionis citationis, uti diſtinctum à relatione, quaſi quod citatio non tres partes contineat, ut explicat *Salyc. in l. final. C. de feriis num.* 2. ideſt decretum, ſeu interloquutoriam Judicis, qua decernit citationem, exequutionem ipſius citationis, quando poſtmodum Reus per Nuncium citatur, & relationem Nuncii referentis, ſe eundem reum citaſſe, prout habuit in mandatis, ſed habeat etiam quartam, nempè reproductionem, & aſſignationem hujus citationis Judici, vel Notario cauſæ, quam modò volumus dicere actum extrajudicialem, & poteſt ſubſtineri concluſio ad formam ritus, dum inibi non dicitur, quod Notarius debeat adnotare relationem Nuncii, prout dicit *Salycet. in d. l. fin. ſub num.* 2. *ſub verſ. & tertius actus relationis* ibi, *ſed puto verius, quod hæc relatio debet fieri per notarium in actis cauſæ, & per conſequens eſt de proceſſu &c. quod debeat fieri die, qua in cauſa poteſt procedi, & in ejus actu ſcribi*: Servat igitur ritus notari per Notarium diem, qua aſſignatur citatio cum relatione in calce, etiamſi iſta aſſignari fiat die feriata, ut propriis verbis advertit *Caravit. ſup. eod. rit.* 82. *ſub num.* 1. ibi, *ſaltem aſſignetur ipſa citatio cum relatione Nuntii, non vero notari relationem dicendo in actibus, retulit mihi citaſſe &c.* prout dicit *Salycet.* & *alii*, qui *eum* ſequuntur ex *Guaz. def.* 10. *cap.* 3. *num.* 8. aſſerentes inſuper eſſe partem ſubſtantialem judicii, nec ideò poſſe fieri die feriato, vel dici poteſt habere hunc actum pro non judiciali, & ideo ſemper, & ubique fieri poſſe, argumento *tex. in l. noluit* §. 1. *ff. de interrog. action. & tradit. per Salyc. d. num.* 2. *verſ. & tertius actus relationis*, & per *Florian. conſ.* 20 *per tot. & Abb. conſ.* 112. *lib.* 2. vel id permittere neceſſariò, ne citatio circumducatur, ex quo non poſſet illa die apparere citatio exequuta in actis pro accuſanda contumacia, ut annuit expreſsè ritus in principio, ibi, *ne ſpiret citatio, &c.* ex regula, quod ubi periculum eſt in mora, poteſt recedi tunc à regulis juris, de qua per *Scacc. lib.* 1. *cap.* 27. *nu.* 7. & in propriis terminis hoc advertens *cap.* 48. *num.* 2. *in fin. Fachin. conſ.* 85. *n.* 54. ubi quod non eſt bona conſequentia, actus poteſt fieri etiam die feriata: ergo non eſt actus judicialis.

2 Et iſto intellectu admiſſo, qui videtur verior, dùm omnes concludunt, relationem eſſe partem ſubſtantialem judicii, & ideo non poſſe fieri die feriata, qua judicium non regitur: Dubito de reſolutione Authoris pro validitate relationis attento ritu, ſtante quod ritus ille hodie non obſervatur, ut ibi adnotatur, & advertit etiam *Author hic* cum *Caravit. ſub num.* 1. *rit.* 82.

3 Nam licet non ſit correctus expreſsè, ſufficit non obſervari amplius de facto, tum quia poteſt etiam lex, quæ ſcripta eſt, in deſuetudinem venire, & per non uſum legis virtutem amittere, *cap. leges diſt.* 4. *Bart. in l. de quibus ff. de legib. num.* 3. *Bald. in l. rem non novam ante fin.* & ibi etiam *Jaſ. num.* 4. *C. de judiciis, Ruin. conſ.* 143. *num.* 24. *lib.* 5. *Soccin. Jun. conſ.* 130. *num.* 27. *lib.* 3. *Alteran. Maſcard. de gen. ſtat. interpetr. concluſ.* 6. *nu.* 86. *Farin. in fragm. par.* 2. *verb. lex num.* 3. 4. *& ſeq.* tùm quia ritus Magnæ Curiæ, non ſunt leges ſcriptæ, ſed moribus ipſius Curiæ introductio, nec verbum ritus differt ab obſervantia, ut deſumitur ex ritu primo incipiente *Regina Joanna*, ibi, *omnes infraſcripti ritus, & obſervantiæ*, & declarat ibi *Caravit. num.* 2. *& ſeq. num.* 6. *& ſeq.* Nec Regina aliquid diſpoſuit, quod legis virtutem haberet, ſed ritus prædictos confirmavit, vel rejecit, ut inibi legitur, & ideo lex, ſeu conſuetudo moribus utentium introducta, facilius potuit eodem modo abrogari, *l. nihil* 36. *ff. de reg. jur.* tùm quia ritus expreſſis verbis indicat talem obſervantiam introductam in ſubſidium, ne citationes ſpirarent, ideo cum uſus hodie obſervet citationes, & contumacias aſſignari, & accuſari in diebus non feriatis, utique remedium illud ſubdiarium, eo ipſo abolitum, & revocatum cenſetur, ultra quod contrarius uſus, ſeu ſtylus, qui abrogat legem ſcriptam ex *Bald. Bart. Ruin. & aliis alleg.* per *Farinac. cit. ver-*

Digitized by Google

cit.verbo lex num. 3. 4. *& seq.* ex voluntate Principis tamen provenire, & abrogare supponitur, & iste tacitus consensus sufficit, quando esset necessarius, ut magis communiter volunt Canonistæ in *d.cap.leges dist.*4.& advertit *Farin.cit.verb.lex n.*15. *& conf.*30.*nnm.*28. præcipuè, ubi talis abrogatio,& observantia antiqua est, & consuetudine antiquissima roborata ex *cap.fin. de consuetud.* & ibi *tradit.* per *DD.*, & quod relatio citationis non potest fieri die feriato, ultra DD. allegatos per *Guaz. cit.c.*2. *def.* 10. *num.* 9. sine aliqua difficultate concludunt etiam nostri Regnicolæ, ut videre est *Ant.de Nigr. cit.cap.Regni, sive quis num.*19. *versic. debet etiam*, *Marant.par.*6.*memb.*1. *num.*55. *Rovit. pragm.*2. *de citat.num.*14. *Scyal.prax.forjud.cap.*6.*nu.*23. *Cum. sup.Rit.Siciliæ cap.*1.*n.*23.

4 Quatenus verò supponatur, relationem posse fieri Notario causæ sine Judicis præsentia, est verum ubique, sed fallit in Tribunali A.C.in quo citationis relatio extenditur cum declaratione, quod fuerit facta Notario causæ in judicio coram eodem Locumtenente, ut idem *Scacc.*advertit *lib.*1.*c.*48. *num.*58.*in fin.Ridolphin.in sua prax.par.*2.*cap.*4.*n.*5. *& cap.*11.*num.*6. extenditur citatio, inquit *Scacc. loc. citat.* sed quomodo notetur reproductio? vide eundem *cap.*89.*in fin.*

5 Nota tamen circa istam relationem faciendam per Nuncium, quod debet citatio notificari citato domi suæ solitæ habitationis,& ita referri per Nuncium, alias citatio esset inutilis, & invalida, *Foll. verb. fiat relatio Nuncii num.*16.*de Nigr. sup. c.Regni sivè quis n.*19.*vers.& quando,Marant.in suo spec. par.*6.*memb.*1.*num.*127. *Gram. conf.crim.*71.*nu.*2. *Guaz.def.*10.*cap.*2.*num.*7. *Tusc. pract.concluf.lit.R. concluf.*122.*num.*14. *Farin.quæst.*11. *num.*41.*vers. & in proposito, Scyal.prax.forjud.cap.*6.*nu.*16. *Add. ad Foller.d.verb.fiat relatio n.*2. *&* 13.

6 Ista tamen solita habitatio intelligitur de ea, quam habitat, & solet habitare citatus de tempore emanatæ citationis, non de ea, quam citatus solitus fuit habitare per antea, sed de eo tempore habitare omiserat, *l.*4.*§.ait Prætor*, & ibi *DD.* communiter *ff.de damn.infect. Specul. in tit. de compet. Judic.addit.num.*25. *vers. sed numquid sufficit, Eug. conf.*2.*num.*7. *& seq. Vinc. de Franch. dec.*514.*nu.*1. *Farin.in addit.ad qu.*11.*nu.*41.*vers.fin.in fin. Guaz. def.*10.*cap.*2.*num.*23. *Sess. decis. Aragon.*59. *sub n.*6. 7. *&* 8.ubi quod fuit declarata nulla citatio,ex quo fuerat exequuta in ea domo, quam reus triduo ante reliquerat habitare,*Scyal.prax.forjud.cap.*6.*n.*17. quamvis ipse reus eam non habitet, *Afflict.in Const. Regn.citationis literæ num.*4.*in* 2.*notab. Sanf.in sua prax.Judic. sect.* 32. *num.* 4. *&* 8. ubi quod si habet duas domos,citatio ibi est facienda,ubi uxorem habet & familiam, quamvis alibi stationem habeat, & ibi continuè artem exerceat.

7 Sed si tractetur de citatione consanguineorum, quæ in Regno est necessaria, ut forjudicetur reus, citatio ex isto capite non vitiabitur,*Sanfel.dec.*225. *num.*9. quia præsumitur pro relatione, etiamsi non fuerit dictum domi solitæ habitationis, ut concludit *Sanfelic.cit.decis.*225.*num.*9.*&* 10.

8 Et eodem modo substinebitur citatio, si in ea fuerit ordinatum citari domi solitæ habitationis, & Nuncius referat citasse modo, & forma sibi commissis, *Add.ad Foller. verb. fiat relatio Nuncii n.*2. *&* 13. *Sanfel.cit.decis.*225.*nu.*8 *& seq. Scyal.prax. forjud.cap.*6. *num.* 16. *in fin.* vel si diceret Nuncius modo & forma, ut suprà *Sanfelic.cit.sect.*35.*num.*9. *vers.cumque*,vel si unicam tantum domum habuisset citatus, *leg.* 2. *ff. de liber. & posthum. Sanfelic. prax. Judic. sect.*35. *num.*9.

9 Verùm si Nuncius referat se citasse domi solitæ habitationis, & per eum negetur, & ex isto capite nullitas citationis prætendatur, admittetur, & admitti debet ad probandum contrarium *glos. in c. si testes §.item testes, quos accusat verb.in exequutoribus* 4.*quæst.*2. *Mascard.concluf.*935.*nu.*25. *Afflict. dec.*91. *nu.*12. *Guidop. decis.*557.*in fin.Grat.discept. forens.cap.*697.*num.*19. *Menoch.de arbitrar.cas.*112. ubi etiam quod non semper requiratur plena probatio, sed quandoque semiplena, quandoque juramentum ejusdem Partis, qui citationem negat, *Sanfel.d.sect.*35.*num.*11. *Guaz.def.*10.*cap.*5.*num.*4. *Pacian.de probat.lib.*2.*cap.*38.*num.*67. Et in Regno per Constitutionem *citationis literæ*, ordinatur, ut Nuncius citet coram duobus testibus,& per *pragm.* 12. *de ordine judiciorum*, isti duo testes debent se subscribere in eadem relatione, quod tamen non observari refert *Scyal. cit. cap.*6. *num.*29. eum videas, ac etiam *Rovit. pragm.*2.*de citat.n.*16.

10 Sed cautelam habet Fiscus, ut opposita ista nullitate pro parte rei, examinet testes ad confirmationem, & comprobationem relationis datæ per Nuncium, ut in casu occurrenti observatum refert *Thor.in suo compend.decis.Regni verb.relatio Nuncii tom.*1.*fol.*451.*col.*1. & refert etiam *Add. ad Foller. verb.fiat relatio sub n.* 19.

11 Circa alias difficultates, quæ possunt contingere circa hanc materiam relationis Nuncii vide *Gram.conf.*71.*num.*10.*conf.*152. *num.*15. *Guazzin. def.*10.*cap.*2.3.*&* 4.*per tot. Rovit. pragm.*2.*de citat. Sanfel.in sua prax.Judic. sect.*32.*num.*35. *in summ. ordinis proced.num.*7.*& seq.& decis.*225. *ex num.*1. *Add.ad Foller.verb.fiat relatio Nuncii per tot.Scac. lib.*1.*de Judic.cap.*48.*&* 49. *Scyal. prax.forjud.c.*6. *per tot.* præcipuè ex *n.*23. *Rot.dec.*84.*nu.*14.*&* 15. *post conf.Farin.in* 1.*vol.*ubi de relatione cum dictione relativa ut supra, *Menoc.de arbitr.cas.*112.*Tusc. pract.concluf.lit.R. verb.relatio concluf.*122. *per tot. Baron.de citat.tom.*2. *quæst.*43. *per tot.* & præcipuè *nu.*30. ubi allegat *Carpan.* distinguentem inter dies feriatos ad honorem Dei,& ad honorem hominum, ut relatio facta die feriato secundum talem distinctionem, substineatur, vel invalidetur.

SUMMARIUM.

1 *Forjudicatus statim secuta forjudicatione amittit suorum bonorum dominium,& possessionem.*

Fallit in Neapolitanis quorum bona non confiscantur.

Publicatis bonis quicquid postea acquiritur, ad fiscum non pertinet.

2 *Deportatus etiam in rebus, quas post deportationem acquirit hæredem habere non potest, & pertinent ad fiscum.*

Intellectus l. si mandavero la prima, §. is cujus ff. mandat.

Intellectus l.ejus §.1. ff.de testam.

Intellectus l.2.C.de bon.proscript.

3 *Deportatus est civiliter mortuus, & dicitur capite minutus, & hæredem habere non potest.*

Deportatus non potest facere testamentum.

4 *Forjudicatus non solum est capite minutus, sed etiam servus pœnæ effectus, & est hostis publicus, & reputatur pro mortuo, & amittit omnia juris beneficia.*

Distinctio auctoris in proposita quæstione per tot. num. seq.

Hæreditas, vel legatum, aut fideicommissum, si deferatur forjudicato post forjudicationem, stante ejus inca-

incapacitate, non ad fiscum, sed ad succedentes ab intestato deferuntur.

5 *Forjudicatus, & deportatus differunt, nam deportatus potest emere, & vendere, & contrahere, quia est liber, sed forjudicatus talia facere non potest, quia servus pœnæ.*

Argumentum de deportatis ad forjudicatos non procedit.

Forjudicatus tanquam transfuga, & hostis publicus potest semper à fisco bonis spoliari.

Forjudicati bona, si antequam fiscus ea occupet à tertio fuerint occupata, fiscus non poterit ab illo tertio bona illa auferre.

An in confiscatione bonorum, quam subit forjudicatus, veniant non solum bona præsentia, sed etiam futura?

RESOLUTIO XIX.

1 FOrjudicati bona publicari juxta *Constit. Regni pœnam eorum*, & *Constit. forjudicatorum bona*, ita ut statim sequuta forjudicatione amittat bonorum & dominium, & possessionem, juxta tradita per *Franc. decis.* 213. *n.* 11. & 12. nemo est qui dubitet, excepti Neapolitanis, quorum bona non confiscantur regulariter, *Franc. decis.* 212. *n.* 10 & *seq.*

Dubitari potest an in prædicta confiscatione veniant nedum bona præsentia, quæ delinquens possidet tempore forjudicationis, sed etiam futura? quod veniant tantum bona præsentia suadere videntur jura *in l. si mandavero la prima §. is cujus ff. mandati*, & *in l. ejus §. 1. ff. de testam.* in quibus juribus nempe in *§. is cujus*, habetur, quod publicatis bonis, quicquid postea acquiritur, fiscum non sequitur, & in §. 1. quod bona quæ reus habuit tempore condemnationis publicabuntur: hanc sententiam tradunt *Boss. in tit. de bonorum publicat. nu.* 66. *Gomez. tom.* 3. *variar. resolut. in eod. tit. de confiscat. bonorum num.* 1. *Rovit. ad rubr. prag. de sententia forjudicat. num.* 16. *Farinac. quæst.* 25. *nu.* 138. *Clar. q.* 78. *num.* 22. *§. fin. Mastril. decis.* 165. *num.* 31. & *seq.* & *decis.* 284. *num.* 38. & alii quamplurimi per eos relati.

2 In contrarium est *text. expressus in l.* 2. *C. de bonis proscriptorum*, ubi quod deportatus etiam in rebus, quas post deportationem habuerit, hæredem habere non potest, sed quod, & illæ publicabuntur, cujus legis dispositio videtur potius applicanda ad forjudicatum, quam aliorum jurium ex digestis relata dispositio, nam si secundum glosæ solutiones in his legibus teneamus jura digestorum esse corrigenda per L codicis, res est extra controversiam; si vero jura digestorum loqui, cum confiscatio ponitur ob illicitam negotiationem, legem verò Codicis loqui cum confiscatio sequitur ob delictum, etiam res est indubitata, cum bonorum confiscatio à forjudicato proculdubio incurratur propter illius delictum, etsi hæc solutio possit tantum applicari ad *text. in l. si mandavero §. is cujus*, non autem ad *text. in l. ejus qui §.* 1. ubi loquitur de publicatione bonorum incursa per eum, cui est aqua, & igni interdictum, vel per deportatum, & in metallum damnatum; sive tandem teneamus legem Codicis ita intelligendam esse, ut in bonis post publicationem quæsitis, post mortem fisc[illegible] debeat hæredem habere, & sic confiscatio [illegible] post mortem deportati, non autem ut illa vivente deportato sint bona auferenda post confiscationem quæsita: idque ex eo quia, cum deportatus sit civiliter mortuus, & sit capite minutus, hæredem habere non potest, quod verius sentit *Fachin. lib.* 9. *controvers.* 51. affirmandum proculdubio videtur ad forjudicatum non posse applicari *text. in d. l. si mandavero, §. is cujus*, ubi supponitur eum, qui passus est bonorum publicationem non esse capite minutum, id quod contingit in relegato simpliciter, vel similem condemnationem passo absque capitis diminutione, sed potius applicandam esse dispositionem, *l.* 2. *C. de bonis proscript.* quæ concordari potest forsan cum *d. l. ejus qui §.* 1. cum & ibi dicatur, quod si is cui aqua, & igni interdictum est, vel qui deportatus est, non potest facere testamentum; & cum ibi dicitur, quod bona, quæ habuit tempore condemnationis publicabuntur, & consequenter excludit bona quæsita post condemnationem, intelligatur cum eadem distinctione, ut scilicet durante vita deportati non publicentur, postea tamen eodem defuncto publicentur, quamvis *glos. in dicto §.* 1. supponat illo *text.* contineri, quod deportatus possit testari de bonis postea quæsitis, & in illo quod disponit de postea quæsitis deportatum posse testari, esse correctum per *d. l.* 2. dixi potius applicandam esse dispositionem *d. l.* 2. quia constat

4 forjudicatum, ut dixi *Resolut.* 20. non solum esse capite minutum, sed esse servum pœnæ, tanquam publicum hostem pro mortuo reputari, & amittere omnia beneficia tam juris communis, quam juris municipalis: sed ut clariùs rem aperiam ita distinguo.

Aut quærimus, an in confiscatione, quam subit forjudicatus comprehendantur jura futura, exemplum si post forjudicationem deferatur forjudicato ex testamento, vel ab intestato aliqua hæreditas, legatum, vel fideicommissum, & tunc proculdubio non veniunt hæc jura futura, & stante incapacitate forjudicati, cum perinde habeatur ac si mortuus esset, bona delata non ad fiscum, sed ad succedentes ab intestato ipsi defuncto devolventur, *Bertazzol. cons. crimin.* 510. *num.* 12. *Farinac. quæst.* 25. *num.* 139. & *alii per eum ad saturitatem relati*, & in hunc sensum verissima est Doctorum traditio asserentium in publicatione bonorum etiamsi de forjudicato agatur, non comprehendi bona futura.

Aut quærimus, an, si extra præmissum distinctionis caput, forjudicatus de facto aliquid acquirat (quod multis modis contingere potest, & sæpissimè contingit) hæc bona postea quæsita fisco applicanda sint? & tunc in primis supra allegata jura nequaquam facere ad casum de quo agitur affirmandum est, non *text. in d. l. si mandavero §. is cujus*, supponit enim ei cujus bona publicata sunt competere actionem empti, & sic eum esse capacem actionum; id quod de forjudicato minimè affirmari posse *Resolut.* 20. abundè firmatum est; nec etiam applicari potest dispositio *l.* 2. *C. de bonis proscriptorum*, quæ quoad hoc majorem, quam in cæteris legibus continet severitatem, nam in *d. l.* supponitur deportatum posse acquirere, ex eo quia potest emere & ven-

4 dere, & contrahere cum sit liber, ut dicit *glos. in d. l.* 2. & tamen hoc de forjudicato minimè dici potest, cum eum tanquam servum pœnæ contrahere minimè posse in *d. res.* 20. demonstratum sit; unde non arguendum à deportatis ad forjudicatos tradit *Franc. decis.* 213. *num.* 25. dicendum igitur censeo forjudicati bona utcumque post publicationem quæsita, posse à fisco justè occupari, est enim forjudicatus hostis publicus, qui debet egestate laborare,

Digitized by Google

rare, *Franc.deciſ.*213. *num.*22. comparatur hoſti, & transfugæ, *Vivius in ſilva commun.opin. op.*778. *nu.*8.*verſ. & ratio, cum aliis per eum adductis*, unde tanquam transfuga, & hoſtis publicus poteſt ſemper à fiſco bonis ſpoliari, *l. transfuga ff.de acq. rerum domin. Peregr.de jure fiſc. lib.*5. *tit.*1.*nu.*133. *in fine*, ubi quod in transfuga, & rebelle confiſcatio trahitur ad futura, & cum forjudicatus patiatur publicationem cum facultate illum impune occidendi, poterunt ejus res auferri quandocumque ſecundum communem opinionem, *Vivius d. opin.* 770.*num.*28.*verſ.ſed tamen, Clar. §.fin.qu.*78.*n.*23. ubi quod bona quæſita poſt confiſcationem fiſcus poterit apprehendere, & retinere tanquam bona banniti, *Sigiſmundus Scaccia tom.* 2. *lib.*2. *cap.*9. *num.*1096.& ſi quod ſi ſint (antequam fiſcus ea occupet.) à tertio occupata, fiſcus non poterit à tertio auferre, tradit *idem Clar.eodem num.*23. quem refert *Scacc. ibidem nu.*1095. & concordat *Maſtril. deciſ.*248. *num.*37. *& ſequent. cum aliis multis per eum relatis*; ex quibus ita concludendum videtur, quod aut publicatio bonorum, quam patitur forjudicatus, extenditur ad omnia bona tam præſentia, quam poſtea de facto quæſita, ex quo jura in contrarium allegata non comprehendunt hunc caſum, vel ſi ſentire velimus prædictis juribus, utcumque in alio caſu loquentibus, probari, quod ſententia confiſcationis ex ſui natura comprehendit tantum bona præſentia, poterunt bona de facto per eum quæſita tanquam publicus hoſtis à fiſco, vel ab alio occupari, juxta ſupra relatorum Doctorum ſententiam: conferunt ad prædicta, quæ tradit *Cabal.reſolut.*247.*num.*1. ubi ex auctoritate *Florian. Bart.& Bald.* firmat, quod ſtatutum permittens bannitum poſſe impunè offendi, intelligitur in bonis & in perſona, *Maſtril.deciſ.*104. ubi nullum delictum committi per occiſorem forjudicati deciſum teſtatur, ſi incontinenti veſtes poſt occiſionem auferantur, quia permiſſo homicidio, permittitur omnia alia offenſa inſimul cum homicidio, concordat *Far. q.*103. *num.*20.*& ſeq.* ubi viventi bannito poſſe bona auferri (quia ſtatutum permittit illum impunè occidi, maximè cum declaratur hoſtis Civitatis, ut ſunt termini forjudicati in Regno) poſt mortem verò cum diſtinctione, ut incontinenti poſt occiſionem liceat; ſecus ex intervallo, quia tunc bona non auferuntur forjudicato ſed hæredi, qui ex ſupradictis fiſcus eſt, *Caball. ref.*83. & libet hic referre Collateralis Conſilii reſcriptum ſub die 22.*Maji* 1577. regiſtratum in Curia quinta penes Secretarium Regiæ Audientiæ Lucerinæ jubentis, ut capta de manibus bannitorum incedentium in comitiva comparentibus dominis reſtitui debeant, nec aliter diſtribuantur inter capientes, ſed ſi non compareat ullus Dominus, res non magni valoris veluti ſunt arma, equi, veſtes, & pecunia in modica quantitate diſtribuantur inter capientes; res vero magni valoris reſerventur fiſco, & quod prædictam diſtributionem poſſit facere Regius Auditor Provincialis, qui jubente Domino Regni Prorege acceſſit in perſequutionem bannitorum, declaratur in eodem reſcripto.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Confiſcatio bonorum proveniens ex tit. ff. & Cod. de requirendis reis eſt etiam ſublata per auth. bona damnator. C.de bonis proſcriptorum.*

2 *Contrarium ſervatur in delictis capitalibus, & num.*8.

3 *Ultra confiſcationem generalem additur in monitorio condemnatio in certam pœnam pecuniariam, & quare?*

4 *Confiſcatio evitatur per numerum filiorum, & num.*8.*cum ſeqq.*

5 *Confiſcatio non trahitur ad bona quæſita poſt delictum, neque ad bona conditionalia, ſi purificetur conditio poſt condemnationem.*

6 *Confiſcatio, aut eſt ſublata, aut remanet adhuc contra damnatum in contumaciam.*

7 *Confiſcatis bonis paternis, de jure ſcripto detrahuntur duæ partes bonorum, & aſſignantur filiis ſi ſunt duo, vel unus, ſi plures ſunt, totum patrimonium eis relinquitur, & num.*9. *quid autem de jure municipali? habes num.*13.

8 *Opinio Salyceti in l. fin. C. de bonis damnatorum num.*3.*reprobatur.*

10 *Stantibus tribus filiis, & patrimonio tenui confiſcatio in totum ceſſat attenta opinione Salyc.*

11 *Statuta recipiunt interpretationem à jure communi.*

12 *Legitima in crimine læſæ Majeſtatis filiis non reſervatur.*

14 *Statutum præcipiens confiſcationem, intelligitur, dummodo filii non extent.*

15 *Confiſcatio contra abſentem imponitur pro omni delicto pœnam mortis merente.*

16 *Fiſci ſemper eſt mala cauſa ſub bono Principe.*

RESOLUTIO XIX.

AUthor hic tractat articulum ſatis celebrem in jure, an ſcilicet confiſcatio bonorum trahatur etiam ad ea bona, quæ confiſcato acquiruntur poſt confiſcationem ad intellectum, *tex.in leg.ſi mandavero* 25. *is cujus bona ff.mandati cum concordant. relat.per Merlin. Pignat.cent.*2. *cap.*20.*num.*1. *& l.ſi deportati* 7. *ff.de legat.*3. *& l.*2. *C.de bon.proſcript.* quæ videntur de diametro pugnare. Verùm quia materiam hanc abundè pertractavit, ac declaravit doctiſſimus ille Vir *Merlin. Pignat.cent.*2.*cap.*20. *&* 21. Ideo ſufficiat ad hanc obſervationem eum allegare, ne aliquid addere volens obliqui videar, & aquam aſportare ad Oceanum; miror quare *Author*, de eo mentionem non faciat, dum ſolitus ſit dicere, quod in arduis ſemper ad eum recurrebat, tanquam ad Oraculum, ut legitur in ſua reſolutione octava *nu.* 4. *&* 9. forſan ad manus ejus, adhuc ſecunda centuria non pervenerat, quando materiam hanc pertractare ei contingit.

1 Obſervo ſolùm, quod idem *Merlin. ſub nu.* 14. *cap.*21. ſequendo opinionem *Bartoli, & Rogerii* exiſtimat confiſcationem bonorum, quæ provenit ex *tit.digeſtor. & Cod.de requirend.reis.* Non eſſe ſublatam per *Auth.bona damnatorum C. de bonis proſcriptorum*, prout etiam opinantur *Bald.ex d.auth.bona damnatorum Angel. de Malef. verb. & ejus bona publicantur num.*32. *& relat.per Guaz.de confiſcat. bonorum concluſ.*13.*limit.*11. *num.*1. Veriùs tamen eſt adnotationem, & confiſcationem rei, provenientem ex contumacia, & ex titulis prædictis, adhuc per *Auth.bona damnatorum*, eſſe ſublatam, ut voluit *Salycet.in l.*1. *num.*6. *C.de regair. reis*, quam latè tuetur *Conrad.lib.*1. *§.*3. *de offic. Prætor. in cauſ. crim.rub.de public.bonor.num.*10 *pag.*342. alios noviſſimè ad comprobationem adducit *Flam. Cartar. de capt.baud.cap.*1. *num.*389. *& ſeq. & num.*45. *eod. cap.* quorum opinionem ſequitur *Guazzin. de confiſcat.bonorum concluſ.*13.*limit.*11. *num.*2. *& Farin. de deli-*

*de delictis, & pœnis qu.*18.*num.*37.*& qu.*11.*nu.*62.*verſ.amplia hanc* 11. *limitationem*, ſubjungens tamen, quod quicquid ſit de jure, obſervatur in praxi opinio *Bartoli*, quia ubi agitur de pœna mortis, vel deportationis, condemnatur reus in pœnam ultimi ſupplicii in contumacia, & in pœnam confiſcationis bonorum univerſalis, vel medietatis, ut eum eſt videre *d.num.*62.*verſ.ſed quicquid ſit de jure, & in addit.ad quæſt.*103.*ſub num.*189.*verſ.& d. num.*189.*in fin.* ubi quod nedum in homicidio, ſed in furto, & aliis delictis capitalibus condemnatur reus in contumaciam in pœnam mortis, & confiſcationis bonorum, immo ſub *d. num.*62.*in fin. primæ ampliat.* 11. *limitat.* teſtatur in praxi etiam ſervari condemnationes in pœnam ſcutorum 500. vel 1000. ultrà generalem, ſeu univerſalem confiſcationem omnium bonorum, de quo miratur, dicens, quod nec rationem allegare, nec invenire potuit apud eos Judices, qui talem condemnationem obſervabant, ſed invenies eam apud *Scacc.de Judic.lib.*1.*cap.*58.*n.*19.

4 Dubium remanet, an numerus plurium filiorum, evitet pœnam confiſcationis juxta diſpoſitionem *tex.in l.fin.ff.de bonis proſcriptorum §.ſi plures*, ſuper qua multa allegavi in cauſa *Hortana homicidii*, quam promiſi inſerere in calce obſervationis ad *reſolutionem quartam*, quæ poſtmodum fuit prætermiſſa, ideò ponetur in iſta 19. ut inibi promiſſa, hìc adimpleantur non ab re, & extra materiam, ideo hìc relata, illi addes obſervationi, & inibi relata enunciativè, remiſſivè, vel reſolutivè hìc adjungas; non omittendo videre ultrà Authores relatos, longam additionem *Farinac. ad qu.*25.quia inibi invenies alia multa notatu digniſſima, & in ſpecie de bonis acquiſitis poſt delictum, ſed ante ſententiam, an comprehendantur in confiſcatione bonorum, quando delictum eſt tale, quod confiſcationem bonorum patitur; vide *Thomam Sanchez.in præcept.decalogi lib.*2.*cap.*14. *num.*7.*& ſeq. & eundem Farin.in tract de hæreſi qu.*190.*n.*25. & ad comprobationem principalis concluſionis, de qua in *d.l.ſi mandavero §.is cujus bona ff. mandati*, abundè *Scacc.de Judic.lib.*2.*cap.*9.*num.*1080.*& ſeq. & Guazz.de confiſcat.bonor.concluſ.*12.*limit.*24. *per tot.& limit.*25. ubi de bonis conditionalibus.

6 Illuſtriſs. Dom. De jure confiſcatio bonorum, aut eſt ſublata ex diſpoſitione *Auth. bona damnatorum C.de bon. proſcript.* & nihil aliud eſt diſputandum, aut remanet, prout contra damnatos in contumaciam remanere voluit *Bart. in l.*1. *num.*2. *& 3.ff.de bon.damnatorum*, & ſequuntur *Bald.& Ang. relat.per Farin.quæſt.*11.*ſub num.*62.*ſub §.amplia hanc* 11.*limitationem, verſ.& licet Bart.& verſic. ſed quid ſit de jure, & qu.*25. *num.*7. *& in addit. ad qu.*103.*ſub num.*189. *in fin.verſ. & d.num.*189. adde ſic *Coſtant. Rugger.in l.*8.*num.*18. *C.de teſtam. Merlin.Pignat.cent.*2.*cap.*21.*n.*14.

7 Et tunc ſi damnatus habet duos filios, & non ſumus in crimine læſæ Majeſtatis, relinquitur eis legitima, quæ eſt ſemis totius hæreditatis, ſeu patrimonii confiſcati; aut plures habet filios, quam duos, & totum relinquitur filiis ex *l.fin.§.ſi plures ff.de bon.damnat.* qui *text.* eſt adeo clarus, ut eum cavillare, aliud non ſit, quam quærere modum in ſcyrpo, inquit *Theſ.deciſ.*104.*ſub num.*2. & hoc jure utimur ex *Farin.quæſt.*24.*num.*37.38.*& 39.& num.*40. hanc diſpoſitionem amplians etiam ad filios adoptivos, dummodò adoptio non ſuccedat in fraudem, quinimò nec etiam tenebitur Pater filio conſtituere legitimam attento ſtatuto, ſi alii fratres ſuperſint, ut *num.*170.& latiùs proſequitur *Merlin. de legit.lib.*3.*art.*1.*quæſt.*29.*num.*19. *Idem Farinac. conſ.*206.*num.*2. *Peregr. de jur.Fiſc.lib.*5.*tit.*1.*n.*34. *&* 38. ubi quod ſi tenue eſt patrimonium, etiam duobus filiis exiſtentibus, non erit locus confiſcationi, ſed totum eis relinquetur, *Theſ. deciſ.* 104. *num.*2. *Caball.caſu* 250.*nu.*24. *&* 25. ubi quod ſi tutum mandans confiſcari bona, intelligitur, ſi filii non ſuperſint, *Merlin.d.qu.*29.*num.*9. *idem Peregr. conſ.*30.*num.*1.*lib.*6.*Giovagn.reſponſ.*94.*nu.*13.*lib.*1. *Donat.Anton.de Marin.var.lib.*1.*cap.*35. *num.*5. *Rota Romana in illa Romana fideicommiſſi de Criſpoltis* 4.*Maji* 1646. coram Rojas relata per *eund. Marin.tom.*2.*cap.*90.*num.*7. ubi refertur ordinatio Sacri Conſilii.

Undè cum in præſenti Hortana homicidii damnatus quinque habeat filios, locus non confiſcationi ſuorum bonorum, ſed ipſis filiis ſunt reſervanda *ex d.§. ſi plures*, & communi omnium DD. opinione, de qua per *Farin.cit.qu.*24.*num.*37. *Peregr. de jure Fiſc.lib.*5.*tit.*1.*num.*34.*&* 38. *& conſ.*30. *n.*1. *lib.*6. *Merlin.Theſ.Giovagn.& alios ſupra alleg.*

Non obſtat reſolutio capta in cauſa Jo: Baptiſtæ Piccinardi, de qua per *Farin. in ſuo conſ.* 145. *&* per
8 *Guazz.de confiſcat.bonor. limit.*12. *num.*27. ubi ex reſolutione participata Sanctiſſimo, fuit deventum ad compoſitionem, & bona pars filii fuit reſervata, quam refert *Guazz.* fuiſſe medietatem, & quòd ita etiam ipſe ſervavit in alia cauſa per eum relata *cit. num.*27. defendens hanc ſuam reſolutionem ex auctoritate *Salycet.in d.l.fin.C.de bon.damnat. num.*3. quam licet omnes reprobent, ut videre eſt *Theſ. d. dec.*104.*num.*3.*Peregr.d.num.*34.*&* 38. *de jur.Fiſc. lib.*5.*tit.*1. *Farin.qu.*24 *num.*37. *& conſ.*206.*nu.*2. *De Marin.d.cap.*35. ubi ſic refert deciſum *Giovagn. & alii allegat. ſuperius, Vermigliol.conſ.*87.*nu.*7. *& ſeq.* dicit ipſe, eam eſſe receptam in Curiâ Romana, quia ipſe recepit, & malè fuit ductus exemplo Joz Baptiſtæ Piccinardi relato per *Farin. conſ.*145.

Siquidem advertendum eſt *Farinac.* in illa cauſa non fundaſſe intentionem Fiſci in doctrina *Salycet.* nec minus illam allegaſſe, ut videri poteſt per totum ſuum conſilium: ſciebat enim eam communiter reprobatam, ſed authoritate *Boſſii de publicat.bonor. ſub num.*10. qui loquitur attentis terminis ordinamentorum illius ſtatus, prout etiam loquitur *Clar. §.fin.qu.*78.*verſ.videndum eſt etiam, & Caſtren.conſil.*171. qui nullo modo ſuffragantur *Guazzin.* nec *Salycet.* Ideò dicendum eſt, quod aut confiſcatio
9 bonorum prætenditur de jure communi, & tunc nulla datur oppoſitio, quin regulari debeat ſecundum terminos *d. legis cum ratio*, quæ eſt fin. *ff.de bon.proſcript.* ut ſcilicet duobus filiis extantibus, legitima eis ſit relinquenda in dimidia bonorum, pluribus vero, totum patrimonium ſit eis relinquendum, & licet *Salycet. in l.fin. num.*2. *C.de bon. damnat.* voluerit verbum illud, plures filios, de quibus in *§. ſi plures*, non intelligi de tribus, quando amplùm eſſet patrimonium motus ex *d. l. fin. verb. ſin autem mares C.de bon. damnat.* ibi, *ſed dubitari poteſt quanta pluralitas liberorum exigatur, ut à fiſco bona relaxentur, & reſpondet gloſ.in d.§. ſi plures, quod tres ſufficiunt, quod non videtur verum* per hanc *l. verſ. ſin autem mares. Credo igitur, ut inſpiciatur quantitas Patrimonii, & pluralitas liberorum, ut ſufficiant tres, ſi patrimonium non eſt magnum*; Ubi ergo dixit *Salycet.* quod ſi patrimonium eſt magnum, numerus filiorum non ſuffragetur, ſed medietas Fiſco ſit applicanda; Ubi patrimonium eſt exiguum, adeout non ſufficiat pro ſubſtentatione filiorum, etiamſi duo ſint filii, non plures, totum relinquetur filiis inquit *Peregr. d.tit.*1.

Digitized by Google

d.tit.1.lib.5.num.38.in fin. & resolutum Mediolani refert *Boss.tit.de alimen.præstand.col.pen.Thes. dec.* 104.*num.*2.*vers.quinimò si bona, & Merlin.de legit. d.quæst.*29.*num.*9.*lib.*3.*tit.*1. ubi vero sunt tres, vel plures, nulla fit distinctio de magno, vel exiguo, sed totum relinquitur filiis ex *d.§.si plures.* Ideo *Salycet.* rationabiliter reprobatur ab omnibus.

Sed dato, quod doctrinam *Salycet.* modò velimus amplecti, inquit *Salycet.* tres sufficere ad evitandam
10 confiscationem, si patrimonium non est magnum. In causa, de qua agitur quatuor sunt filii, qui ex mente *Salycet.* superabundant, ut advertit *Vermigliol.cit.conf.*87.*num.*7.*& seq.* & agitur de Patrimonio non excedente scut.8000. detracto ære alieno, quod quis judicabit magnum respectu quatuor filiorum? *Salycet.reprobatur*, filii sunt quatuor, & non agitur de magno patrimonio, igitur bonorum confiscationi non erit locus, & ità servat S. Consulta indistinctè, cujus est Summi Pontificis mentem interpretari teste *Giurb.conf.*60.*num.*26.

Casus Piccinardi relatus per *Farin.* erat satis diversus, quia inibi confiscatio bonorum proveniebat ex novo jure, & Constitutione Bullari, & ideò
11 cadebat disputatio, *Castrens.conf.*171.*lib.*2. An scilicet novum jus superveniens; quod mandat confiscari bona Delinquentis in aliquo delicto, intelligi debeat simpliciter. An potius attenta legitima distinctione, de qua in *d.l.fin.§.si plures*, & hac dubietate attenta, licèt etiam contra Fiscum resoluta per omnes, ex *Peregr.d.lib.*5.*tit.*1. *num.*34. *& conf.*30.*num.*1.2.*&* 3. *Merlin.de legit.cit.quæst.*29. *num.*4.*&* 5. *& Farin.qu.*24.*num.*38.*&* 170.*Cabal. casu* 250.*num.*24.*&* 25. inquit *Boss. de publicat.bonorum num.*10. quod numerus filiorum, vel cessare facit confiscationem ex novo jure demandatam, vel incentivum tribuit Principi ad illa filiis relaxanda, & ista authoritate fundatur, *Farin. citat. conf.*245.ut eum videre est *num.*16. *vers.idcirco.*

12 Præterea Piccinardus reperiebatur inquisitus, & confessus de delicto, quod ex Constitutione Bullari habebatur pro crimine læsæ Majestatis filiorum non habetur consideratio, nec quoad legitimam, ut diximus in principio, ex *Peregr.cit.lib* 4.*tit.*1.*n.*34. *in fin. Guazz.d.limit.*13. *num.*31. *& Merlin. qu.*50. *num.*1. *eod. lib.*4. *tit.* 1. Ideo minus rectè *Guazzin.* exemplum Piccinardi adducit ad confirmationem suæ resolutionis, ut advertunt *Vermigliol.cit.conf.* 47.*num.*1.*&* 2.*&* *conf.*87. *nu.*10. & cum eo *Massin. de confiscat.bonor.qu.*28.*num.*12.*&* 13.

Aut igitur jure communi utimur, & legem habemus nimis claram pro exclusione confiscationis, attento
13 numero filiorum; aut jure particulari, & id debet Fiscus attendere; prout Mediolani, & Burgundiæ testantur *Boss.& Cassan.relat.* per *Clar. qu.*18.*nu.*26. & in Regno Neapolitano *Merlin.Pignat.cent.*2.*cap.* 21.*nu.*16. *& per tot.* ubi refert Constitutionem Regni incip. *forjudicatorum bona, inter Constit.Regni lib.*2.*tit.*6. volentem Fiscum in casu confiscationis bonorum forjudicati concurrere ad successionem una cum filiis pro virili, adeout si tres sint filii, quartam habeat Fiscus, si quinque sextam, si duo tertiam.

14 Non obstat si in præsenti prætendatur, confiscationem bonorum succedere ex *Constitut. Marchiæ lib.*4. *cap.*54. non de jure communi, quia præterquam quod dispositio statutaria, & jus novum confiscationem mandans, intelligi, distingui, & interpretari debet secundum jus antiquum, de quo in *d.l.fin.§.si plures*, ut concludunt omnes ex *Peregr. cit.lib.*5.*tit.*1.*nu.*34.*vers.contrarium, Thes. dec.*164. *num.*2. *Merlin. de legit.lib.*13.*tit.*1.*qu.*29.*num.*5.*&* 12.*& Farin.quæst.*24.*num.*170.*&* *conf.*206.*num.*2. confiscatio bonorum, de qua in præsenti, venit de jure antiquo, cui nihil addidit, seu detraxit Constitutio sub *cap.*54.ut advertunt *Merlin.Pignat. cit. cap.*21.*num.*14. *&* 16. *Farin. quæst.* 11. *num.*62. & melius in *addit.ad qu.*103.*vers.& d.num.*189.*in fin. adde sic*, ubi quod confiscatio bonorum contra ab-
15 sentem, nedum pro homicidio imponitur, sed pro furto, & omni alio delicto, quod pœnam mortis meretur, & in nostris terminis *glos. ad dictam Constitutionem Ægidii lib.*4. *verb. homicidium sub num.*13. ibi, *hæc Constitutio utrumque jus amplectitur, Jus novissimum, quando homicida in fortiis Curiæ venit*, sed istud, nec minus servatur, teste *Farinac.cit.quæst.*103.*in addit.vers.& d.nu.*189.*in fin.* Jus antiquum, quando contumax est, qui in pœnam capitis debet damnari, & confiscationis bonorum, salva legitima filiorum ex *d.l.*1.*&c.*

16 Et ità speratur resolvendum, quia Fisci semper est mala causa sub bono Principe teste *Crivel. decis. dolan.*112.*num.*16.

SUMMARIUM.

1 *COntractus censualis gestus Romæ à forjudicato Regni, quam vim habeat in Regno? & an cadat sub dispositione Reg.prag.de censibus?*

Et an forjudicatus possit contrahere.

Et quæ beneficia forjudicatus amittat per totum?

Contrahendi facultas descendit ex jure gentium, quatenus importat promissorum observantiam (sed de jure civili quoad approbationem) & jus municipale nihil super hoc disponit.

Bannitus licet amittat beneficia juris municipalis, retinet beneficia juris gentium, & juris communis.

Forjudicatio, & Bannum sunt contra jus commune, & inducta à jure municipali.

Bannitus capitaliter potest contrahere juxta jus gentium, vel commune (sed non juxta jus municipale) non capitaliter verbo bannitus potest contrahere omni jure.

2 *Forjudicatus nequaquam contrahere potest validè.*

Forjudicatus habetur pro judicato ad mortem, & efficitur servus pœnæ.

Servus pœnæ contrahere non potest neque testamentum condere.

Forjudicatus in omnibus reputatur pro mortuo.

Forjudicatus amittit omnia beneficia tam juris communis, quam municipalis, & non est capax actionum, neque activè, neque passivè.

3 *Forjudicatis jus reddi nequit, & à limine judicii excluduntur.*

Statutum per quod inducitur forjudicatio adimit omnia juris beneficia, & uti reale afficit bona sita in territorio statuentis, ubicumque de eis disponatur.

4 *Instrumentum, quod habeat vim executivam provenit à beneficio juris municipalis.*

Instrumentum de jure communi quantumvis liquidum, non habet executionem paratam.

Bannitus in præjudicialibus commodum ex banno consequi non debet.

5 *Publicatione bonorum sequuta propter forjudicationem, omnes actiones activè, & passivè in fiscum transeunt.*

Forjudicatus non remanet obligatus pro debitis contractis, & hoc est consequens necessarium ad forjudicationem.

Forjudicatus obtento indultu non tenetur ad debita contracta ante forjudicationem, nec potest à cre-

Digitized by Google

ditoribus molestari, nec in bonis quæsitis post indultum, neque instrumentum contra ipsum liquidari.

An contractus censualis gestus Romæ à forjudicato in Regno, qui submisit censui bona existentia in Regno, validus sit, quoad hoc ut contra forjudicati illius bona post ejus mortem possidentes possit agi vigore Reg. Pragm. de censibus, & quænam juris beneficia forjudicatus amittat?

RESOLUTIO XX.

1 Cùm ad instantiam D. Francisci Ciampella Aquilani essent citati in Regia Audientia illi de Quintio ad dicendum si tenent, & possident bona censui submissa, etsi sunt hæredes Jo: Baptistæ Quintii principalis debitoris ad hoc ut contra illos posset agere vigore *Reg. prag. 1. de censibus*, pro tertiis non solutis ascendentibus ad summam aureorum mille, & amplius, fuit ex parte conventorum oppositum inter cætera contractum, in quo prædictus Jo: Baptista se obligaverat ad censum annuorum ducatorum octuaginta invalidum fuisse, ex quo tempore contractus Jo: Baptista prædictus erat forjudicatus in Regno; fuit igitur exercitata controversia, an forjudicatus possit contrahere: & cum essem Regius Auditor, & Commissarius causæ ponderavi infrascripta. Videbatur primo dicendum valere hujusmodi contractum, quia facultas contrahendi non fundatur in aliquo beneficio juris municipalis, sed descendit ex jure gentium, quatenus promissorum observantiam importat, & ex jure civili quoad approbationem, *l. ex hoc jure*, & ibi *Bart. num. 12. ff. de just. & jure*. Bannitus autem licet capitaliter, & cum facultate illum occidendi impunè, ut est forjudicatus, licet amittat beneficia juris municipalis loci, in quo est bannitus, retinet tamen beneficia juris gentium, & juris communis, *Clar. §. testam. q. 20. num. 2. Peregr. de jure fisc. lib. 3. tit. 7. num. 8. & 9. Farinac. q. 102. num. 1. & seq.* ubi quod banniti, qui possunt impune offendi, & tanquam contumaces habentur pro confessis, ut sunt proculdubio in Regno forjudicati, quemadmodum alibi dixi, non amittunt ea quæ juris communis sunt, & multo minus ea quæ sunt juris gentium, *Cabal. resolut. 264. num. 33. & seq.* & ratio est, ut ex dictis colligitur, quia ista banna sunt contra jus commune, jure tantum municipali inducuntur, & consequenter æquum est, ut beneficia tantum juris municipalis auferant, non etiam juris gentium, vel juris communis, quo jure ejusmodi banna, quibus absentes condemnantur, non agnoscuntur, ad *text. in l. absentem ff. de pœnis*, hinc in terminis posse ejusmodi bannitum contrahere tradiderunt *Peregrin. cod. tractatu de jure Fisci tit. 8. num. 19. Farinac. eadem qu. 102. num. 23. & nu. 90.* ubi hanc tradit differentiam inter bannitum capitaliter, & non capitaliter, ut bannitus capitaliter possit contrahere juxta jus gentium, vel commune, bannitus autem non capitaliter possit contrahere, etiam juxta jus municipale.

2 Contrariam sententiam, quod scilicet contractus forjudicati prædicti validus non sit, suaserunt infrascripta, quod scilicet forjudicatus cum ex juris municipalis dispositione, nempe ex *Constitutione Regni pœnam eorum*, habeatur ac si præsens fuisset ad mortem diffinitivè condemnatus, consequenter effectus est servus pœnæ, *Marant. in l. 15 potest ff. de acq. hæred. num. 127. & alii relati per Giurb. cons. crimin. 3. num. 18.* unde contrahere non potest, *Bald. in l. cunctos populos num. 50. C. de sum. Trinit.* ubi quod non potest, nec testamentum facere, nec contrahere, & similia facere, *Petrus de Monte Forte de forjudicato loquens in addit. ad Const. Regni pœnam eorum relatus inter additiones Gram. n. 8.*

Secundò cum ex verbis dictæ Constitutionis pro mortuo reputetur in omnibus, consequens est eum amittere omnia beneficia, tàm juris communis, quàm municipalis, nec capacem esse actionum nec activè, nec passivè, cum in mortuum cadere non possint actiones, ad tradita per *Afflict. d. Const. pœnam eorum num. 71. Franc. decis. 689. Reg. Tapp. in d. Constit. n. 17. Rovit. in rubr. ad prag. de exulibus num. 27.*

Tertiò idem infertur ex verbis dictæ Constitutionis, quibus jus reddi forjudicato prohibetur, ac limina
3 judicii præcluduntur, id quod operatur omnium beneficiorum juris communis privationem, *Farin. d. q. 102. num. 44. Reg. Tap. eodem num. 17.* nec obstant supra tradita de bannito licet capitaliter, quia iidem supra relati Doctores, limitant sententiam, ubicumque ex verbis statuti bannum inducentis expressè, vel per æquipollentia posset inferri, quod statuens omnia beneficia tum communia, tum municipalia bannito voluit auferre, *Peregr. cod. tit. 7. lib. 3. num. 34. & seq. Farinac. cod. quæst. 102. nu. 28. & seq.* & præcipuè ad propositum *Constit. Regni pœnam eorum num. 44. & 52. Cabal. resolut. 264. nu. 29. & num. 37.* quemadmodum nec obstat, quod Romæ extra Regnum contraxit, quia satis est bona censui submissa existere in Regno, in quo emanavit sententia forjudicationis, & cum statutum, ex quo inducitur forjudicatio, adimat omnia juris beneficia, & circa ea disponat, uti reale afficit res sitas in territorio, ubicumque de iis disponatur, *Bart. in l. cunctos populos num. 31. & 32. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol.* communiter receptus.

4 Ponderatum tandem fuit modum exequutivum inductum à Regia Pragmatica de censibus negari non posse, quin spectet ad beneficium juris municipalis, cum instrumenta de jure communi non habeant, quantumvis liquida, paratam exequutionem, *Foll. in d. prag. de censibus in verb. tanquam res judicatas num. . . . Farin. decis. 118. num. 5. Rov. ad rubricam pragm. de instrum. liquidat. nu. 1.* ergo etiam inspecta opinione eorum, qui bannitum capitaliter amittere tantum beneficia juris municipalis tradiderunt, non esse hujusmodi exequutivi capacem forjudicatum existimandum est, nec pro nec contra, etsi enim bannitus in præjudicialibus commodum consequi non debeat ex banno, *Peregr. de jure fisci lib. 3. tit. 7. num. 16.* tamen impossibilitas nondum agendi, sed etiam se obligandi est consequutiva necessario ad statum forjudicati; quemadmodum etiam sequuta propter forjudicationem publicatione bonorum omnes actiones activè, & passivè in Fiscum transeunt, ita ut non remaneat obligatus pro debitis contractis; quod licet proficuum sit forjudicato, tamen est consequens necessarium ad confiscationem in illius pœnam inductam, juxta *text. in l. si debitor, l. si deportationis C. de sent. pass. & restit. Farin. q. 25. n. 180. Cabal. resolut. 234. nu. 1. cum late congestis per eum*, & in registro Curiæ quintæ in antiquis penes Secretarium Regiæ Audientiæ Luceriæ reperi votum Regentis Constantii, tunc Judicis M. Cur. sub *die ultima*

Digitized by Google

ma Martii 1590. decidentis ex jussu D. Proregis id illi committentis inter Juliam Campaneam actricem, & Cæsarem de Liloia conventum, ut scilicet dictus Cæsar, qui fuerat forjudicatus, & indultum obtinuerat, non teneretur ad debita contracta ante forjudicationem, nec posset à prædicta Julia creditrice molestari, nec in bonis quæsitis post indultum, nec liquidari à prædicta Julia contra eum instrumentum.

Et ex his potissimum censuit me referente Regia Audientia dandum esse terminum supersessio modo executivo sub *die* 26. *Martii* 1643.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Bannitus, seu forjudicatus; quomodo possit contrahere, bona possidere, & de ipsis ad libitum disponere in loco ubi est forjudicatus?*

2 *Bannitus amittit ea, quæ sunt juris municipalis, & civilis, non autem ea, quæ sunt juris gentium.*

3 *Bannitorum pœna.*

4 *Bannitus secundum præsentem statum reputatur mortuus, & licet ex gratia Principis reviviscat, non ideo tenebitur antiquis Creditoribus, & si de novo acquirat.*

5 *Bannitos in contumaciam non amittere ea, quæ sunt juris communis, non testamenti factionem, neque acquirere deportatis. Rotæ opinio.*

6 *Sententia contumacialis est diffinitiva, non interlocutoria, & quare?*

7 *Rotæ auctoritas magna.*

8 *Sententia contumacialis per comparitionem Rei infra annum, an extinguatur, vel suspendatur.*

9 *Bannitus infra annum comparens recuperat bona confiscata, & effectus sententiæ tollitur, & n.* 11.

10 *Stylus Fiscalium Substitutorum Romæ sequestrandi, confiscandi, & vendendi bona condemnati in contumaciam ante annum, reprobatur.*

12 *Contumacia graviorem infert pœnam, quam delictum.*

13 *Intellige de pœna confiscationis, non corporali.*

14 *Confiscatio, si est pœna contumaciæ, per spontaneam comparitionem infra annum tollitur.*

15 *Sententia contumacialis delictum non probat.*

16 *Sententia contumacialis, ex testibus examinatis Reo non citato, subsistit Reo persistente in contumacia.*

Ipso autem comparente infra annum, amittit vires.

17 *Testes processus contumacialis examinati Reo non citato, an postea ipso comparente infra annum sint repetendi.*

18 *Contumacia purgata, sententia contumacialis extinguitur juxtà Constit. Pii IV. & V.*

Effectus contumaciæ purgatæ infra annum.

Sententia exequi non potest, nisi post transitum in judicatum.

19 *Neque transit, nisi post annum, idque impropriè, ideo poterit revocari.*

Appellatio tollit sententiam, ipsamque reducit ad terminos litis contestatæ.

Comparens ex integro, & de novo auditur.

20 *Caballi, Clari, Bossii, & aliorum opinio declaratur.*

21 *Ficta confessio non operatur ut vera.*

22 *Banniti nostri temporis habentur pro mortuis.*

23 *Amittunt omnia jura communia, & civilia illius status, ubi sunt banniti.*

24 *Retinent in eorum præjudicium adigere.*

25 *Bannum Territorium Bannientis non excedit.*

26 *Bannitus in contumaciam amittit omnia beneficia juris communis, & municipalis.*

27 *Bannitus in contumaciam differt à Bannito propter contumaciam.*

28 *Sententia contumacialis probat condemnatum esse bannitum.*

29 *Bannitorum receptatio prohibita.*

30 *Confiscatio bonorum, & beneficiorum, seu officiorum privatio solet imponi, vel propter delictum, vel propter contumaciam.*

31 *Confiscatio, quam patitur reus absens, non tamen si esset præsens, dicetur ex contumacia procedere, non ex delicto.*

32 *Et isto casu purgata contumacia restituenda sunt bona.*

33 *Bona nisi post annum, possunt confiscari, & non ante, si propter contumaciam evenit confiscatio.*

34 *Si vero propter delictum, tunc legitimè confiscatio procedit, nec bona restituuntur, nisi obtenta absolutione super delicto, quod declara, ut n.* 36.

35 *Bannito admisso ad novas defensiones, suamque innocentiam probanti, an & quando restituenda sint bona.*

37 *Sententia ex ficta confessione diffinitiva est, licet non transeat in judicatum, nisi post annum, sed hoc medio tempore per aliam absolutoriam poterit revocari.*

38 *Idque efficitur sive ex sola virtute comparitionis, sive ex ulteriori defensione facta, & demonstrata per Reum.*

39 *Bannitus sive infra annum captus, sive sponte comparens, an & quando bona, & beneficia per contumaciam amissa recuperet?*

40 *Testes recepti in informativo ad instructionem Curiæ probant delictum, quando procedit in contumaciam: neque necessaria est repetitio, fallit reo comparente infra annum.*

RESOLUTIO XX.

Tractat Author de contractu censuali facto à Regni forjudicato in Urbe Romæ, resolvens pro illius invaliditate attenta Regni Constitutione *pœnam eorum*, quæ tollit non dum forjudicatis jura municipalia, sed communia, cum efficiantur ex sententia forjudicationis servi pœnæ, & habeantur pro mortuis.

1 Duplex est juris repugnantia, & duplex difficultas, quæ in hujusmodi contractu occurrit resolvenda.

Prima, quomodo potuit contrahere; Secunda, quomodo potuit forjudicatus Regni, bona in Regno possidere post forjudicationem; eaque censui submittere, quemadmodum duplex erat petitio creditoris contra conventos inquit *Author in principio*, an scilicet essent hæredes Quintii debitoris, & forjudicati, & an tenerent, & possiderent bona censui suppositа. An essent hæredes, quasi quod bannitus, & forjudicatus, in forjudicatione decedens, possit habere hæredes, de quo plenè tractavit *Merlinus Pignat. cent. 2. cap. 19. & 20. relut. in præcedenti resolutione*, & an tenerent, & possiderent bona censui suppositа, quasi quod forjudicatus Regni, in Regno possit bona habere, & possidere.

2 Circa primam, an possit contrahere? Resolutio pendet à videre, an retineat forjudicatus ea, quæ sunt juris gentium, non ea, quæ sunt juris civilis, nàm suppositо, quod forjudicatus, & Bannitus

Digitized by Google

amittat ea, quæ sunt juris municipalis, & civilis, seu communis, sed retineat ea, quæ sunt juris gentium, utique valebit contrahere, quia contractus omnes, præterquam enumeratos per *glos. in §. jus autem gentium, verb. pœnæ*, sunt de jure gentium, ut in eodem §. *jus autem* declaratur expresè, census autem contractus, ergo est de jure gentium, nec remanet aliquid dubietatis, quia est vera, & pura venditio, ut dicitur in eodem contractu, *imposuit, & vendidit &c. Roder. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 22. n. 3. 4. & seq. Fontan. de pact. claus. 4 glos. 18. par. 1. nu. 10. & seq.* nisi dicamus ex legibus, & qualitatibus substantialibus in eodem contractu requisitis per Bullares Constitutiones Summorum Pontificum Nicolai, & Pii, & ex Reg. Prag. esse potius juris civilis, & ex novo jure excogitatum ex *Pereg. cons. 86. lib. 6. num. 22. vers. & sunt ii, qui ab aliqua parte juris scripti &c. & Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 9. num. 1076. 1077. & 1078.* ubi quod licet contractus sint de jure gentium; actiones autem sunt juris civilis, easque non retinent Banniti, nisi in eorum præjudicium, comprobat *Farin. in addit. ad q. 102. sub num. 43. vers. & post num. 43. incipe à capite*, ubi quod suam retractans sententiam, ex veriori concludit successionem Testamentariam, adhuc dici legitimam, & in terminis, quod Bannitus, dùm non amittit ea, quæ sunt juris communis, & gentium, valet contrahere, & se obligare, & acquirere, *Peregr. de Jur. Fisc. lib. 3. tit. 7. num. 19. Cephal. cons. 324. num. 1. & seq. Farin. qu. 102. n. 23. Andreol. contr. 57. num. 18.*

3 Contrarium tamen est verius, stante statuto, quod præcipit Bannitum impunè occidi posse, prout eos extra protectionem juris communis, privat eos omni auxilio, & favore, & punit eorum receptatores, ut de Bullis Pontificiis concludit *Far. q. 102. inspect. 1. num. 30. 31. 32. 33. 34. 35. & 56. Peregrin. d. cons. 86. lib. 6. nu. 22.* ubi quod in ea Civitate à qua banniti sunt, amittunt jura municipalia, & civilia, præsertim in Bannitis status Ecclesiastici attenta Bulla Pii V. & aliis confirmatoriis, *Menoch. cons. 492. nu. 3. lib. 5. & in tract. de præsumpt. lib. 5. præs. 45. n. 18. Andreol. contr. 57. n. 18. Cabal. cas. 264. num. 28. & 29.* ubi quod banniti habentur pro hostibus, & amittunt jura communia in loco banni, *Merlin. de legit. lib. 4. tit. 1. qu. 4. ex num. 7. & lib. 5. tit. 2. qu. 19. num. 8. Rot. dec. 27. num. 1. & 2. post tract. de legit.* ubi quod habetur ac si non esset in rerum natura, & est conclusio verissima, quia hodie banniti damnantur ad mortem diffinitivè ex *Far. q. 11. num. 35.* & sententia transit in judicatum, ut desuper advertit *quæst. 102. num. 100.* possunt impunè offendi; & ideo omnibus committitur ipsius sententiæ exequutio, efficiuntur hostes reipublicæ, eis indicitur bellum, & promittitur præmium occidentibus, ut latè diximus in 2. *resolut.* prohibentur ab omnibus receptari, aliaque præjudicia patiuntur, de quibus per *Bullares Constitutiones Pii, & Sixti V.* præcipuè ex 6. *in ord.* nil mirum, si pro mortuis reputantur, *Merlin. Pignat. cent. 2. cap. 21. num. 6. 22. & 26. Franc. dec. 102. & dec. 213. & 689. num. 5. & 6. Gratian. cap. 462. num. 20. Farin. q. 102. num. 23. Giurb. cons. 3. num. 7. & 19. Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 9. num. 1045. & 1046. Rot. d. dec. 27. nu. 1. penes Merlin. post tract. de legit. & decis. 54. post cons. Farin. lib. 1. num. 2. Cabal. cas. 222. num. 48. & 49.* ubi quod amittunt etiam legatum alimentorum, & 264. *num. 6. & 7. 28. 29. & 40.* adeout summa æquitate servata, excusatus fuerit Pater à rigorosa pœna Constitutionis Sixtinæ, qui filium bannitum receptaverat, eique alimenta præstiterat, ut refert *Farinac. quæst. 113. num. 264.*

4 Nec facit consideratio, quod dici non potest mortuus, qui sperare potest gratiam à Principe, quia consideratur in eo statu, quo reperitur de tempore banni, & condemnationis, cum si casus succedat gratiæ, uti novus homo dicetur renasci, *l. si servus ad fin. ff. de ædilic. edict. fulgos. & alii alleg. per Alex. in l. ex facto §. ex facto num. 5. ff. ad Trebel. Bart. in l. intercidit ff. de cond. & demonstrat. l. si cognatis*, & ibi *Soccin. num. 14. ff. de reb. dub. Roland. cons. 4. n. 9. lib. 3. Surd. cons. 90. num. 41. Honded. cons. 67. nu. 24. lib. 1. Turrett. cons. 14. num. 5.* Nec ideo tenebitur antiquis creditoribus, etsi de novo acquirat, quia per confiscationem civilis, & criminalis actio remansit extincta, *l. si debitori, & ibi Bart. num. 1. & in l. ubicumque num. 5. ff. de fidejussor. Gram. dec. 85. ad fin. Peregr. de jur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 53. Felic. allegat. 34. nu. 5 par. 1. Clar. §. fin. qu. 88. Giurb. cons. 45. num. 2.* nisi restituatur etiam ad bona, *Gratian. cap. 423. num. 4. Surd. cons. 90. num. 44. Honded. cons. 67. num. 26. lib. 1. Giurb. d. cons. 45. num 5.* Interim pro mortuo habetur *§. publicatione instit. de societ. Cabal. d. cas. 264. num. 29. Giurb. cons. 45. n. 2. Franc. & alii locis supra allegatis. Author hic num. 2. & 3. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 2. quæst. 75. num. 2.* verè, & naturaliter *Farin. cons. 135. num. 57. Giurb. consil. 3. num. 7.* etsi in contumaciam processerit bannum, *Cabal. cas. 239. num. 9.*

5 Difficultas oritur ex opinione Rotæ Romanæ, quæ in pluribus decisionibus resolvit, bannitos & condemnatos in contumaciam non amittere ea, quæ sunt juris communis, quia Constitutiones Pontificiæ privantes bannitos omni actu legitimo, eis denegantes audientiam, procedunt in Bannitis, & condemnatis propter delictum, non propter contumaciam, & ideo tales Bannitos non amittere testamenti factionem, neque activam, neque passivam, ut videre est *decis. 369. part. 1. divers. in illa Civitatis Castelli donationis coram Seraph. inter suas decis. 354.* aliam in eadem causa Civitatis Castelli penes *Merlin. de legit. post. tract. dec. 78.* ubi pariter respondetur ad Bullam Pii IV., & aliam in *ord. 98. sub die 22 Jan. 1603. & 22. Aprilis 1602. coram Justo*, & aliam penes *eund. dec. 376. Velliterna bonorum*, & aliam *Lucana successionis coram Pirovano part. 6. recent. decis. 103.* ubi quod Banniti nostri temporis non æquiparantur deportatis, nec ideo amittunt jura communia ex *Fusar. de substit. qu. 424. num. 2. & Clar. §. fin. qu. 71. & par. 1. dec. 449. nu. 7. & p. 2. decis. 625. num. 2. & 3. Romana Secretariatus 20. Novembris 1591.* ubi sententia contumacialis est interlocutoria, & revocabilis per comparitionem in *Romana officii Notariatus 27. Novembris 1592. coram Orano relata per Farin. lib. 1. cons. dec. 86.* idem confirmatur in alia *Bracharen. Parrochialis relata per eund. dec. 67. & qu. 11. nu. 85.* aliam *Colombrien. Decanatus decis. 95. relat. per eundem Farin. post consil. lib. 1. & post 2. vol. cons. decis. 213. num. 6. in Alifana Canonicatus coram Penia*, & licet alias in *Romana bonorum de Vitellis 1. Decembris 1578. coram Bubalo* Rota aliter senserit, à decisione prædicta postmodum recessit, ut videre est in illa *Civitatis Castelli donationis 22. Aprilis 1602. coram Justo relat. per Merlin. decis. 98. post tract. de legit.*

Istas decisiones, vel aliquas istarum refert *Farin. cit. quæst. 11. sub num. 92.* easque impugnat, dicens, quod sententia, quæ hodie observatur, & fertur contra absentes est diffinitiva, non interloquutoria, eaque emanata propter delictum, non propter contumaciam, quia licet dicatur ob non paritionem monitorii, attamen illud monitorium non transmitti-

Digitized by Google

mittitur, nisi legitimis præcedentibus indiciis,
6 quæ operantur, ut non comparens reus, reddatur contumax; ipsaque contumacia legitimis indiciis præcedentibus contracta, vigore Constitutionum Summorum Pontificum inducit fictam confessionem delicti eidem reo imputati, & ita condemnatur uti de delicto confessus, non propter contumaciam, sed propter delictum, virtute legitimorum indiciorum præcedentium, ac virtute fictæ confessionis ex contumacia legitimè contracta resultantium, idem confirmat in *ead.qu.*102.*num.*105. referens se ad ejus dicta *cit.quæst.*12.*nu.*92.id idem confirmat *Scacc.de Judic.lib.*1.*cap.*97.*num.*24. ubi quod ideo dicetur sententia propter delictum, non propter contumaciam proferri, & *Add. ad Farin. decis.*12.*post conf.lib.*1. *Guazz. de confiscat. bonorum concluf.*13.*limit.*65.*in fin. Cabal. caf.*181.*num.*4. 5. & 6.

Authoritas Rotæ magna est, & adeo in excelso repo-
7 sita, ut nullus Judex ab ea audeat recedere, *ipse idem Farin.qu.*11.*n.*92.*verf.fin.hoc teftificatur.*

Et ideo videre oportet, an in totum repugnet dictis per *Farinac.* & alios, qui se versatos in materia criminali ostendunt, vel in aliquo conveniat.

Tetigi hanc repugnantiam in resolutione prima, ubi referendo authoritatem & opinionem *Rotæ*, dixi, sententiam contumacialem per comparitionem rei
8 intra annum extingui, suspendi tamen ex opinione *Farinac.* & *Scacc.*, æquiorem tamen opinionem Rotæ cum *Cartar. decis.* 79. *num.* 32. *in fin.* & 33. ostendi.

Modò latius eandem materiam reassumendo ex Rotæ decisionibus visis, & recensitis, opinio Rotæ videtur magis æqua, & magis vera, ut scilicet bannitus infra annum, recuperet bona confiscata, & effectus sententiæ contumacialis ex tali comparitione tollatur, ex verbis expressis Bullaris Constitutionis
9 *fan.mem.Pii IV. la* 128. *Bullar.veter.* ibi, *quo termino elapso, sententiæ veluti in judicatum tranfierint realiter, & perfonaliter exequutioni demandentur*. Si enim ordinat Paulus IV. ut post sex menses sententia veluti in judicatum transacta, realiter, & personaliter exequutioni demandetur, quod postmodum *Pius V.* dilatat ad integrum annum, ut in *ejus Constitutione* 137. *Dudum poftquam &c.* necessariò deducitur, ut ante tempus prædictum exequutio realis, & personalis fieri non possit, *l.cum lex ff.de legib. l.cum Prætor ff.de judiciis, l.fratres ff.de pœnis, Surd.decis.*75. *num.*1. *usque ad* 8.*dec.*207.*num.*18.244.*num.*11.& *decis.*325.*num.*2. *Gratian.discept.cap.*239.*num.*5.*Giurb.conf.*75.*n.*34.

Justè igitur Rota declarat, ut exequutio interim facta, uti contra formam Pontificiæ Constitutionis nulla sit, & per comparitionem spontaneam intra annum, sit comparenti restituenda, *Rota in Romana officii Notariatus* 27. *Novembris* 1592. *num.* 2. *relat. per Farin. decis.*86. *post conf. lib.*1. ibi, & *quia obstant Bullæ Pontificiæ Pii IV.& V. concedentes annum reo ad comparendum, & interim nihil potest reo auferri, in Romana Secretariatus* 20. *Novembris* 1591. ibi, eaque per comparitionem intra annum juxta Bullam Pii V. fuit resoluta cum omnibus inde se-
10 quutis, & ita fuit tentum, *in Romana Canonicatus S.Angeli coram Cotta, & in Romana Notariatus coram Orano, & aliis supra allegatis*, adeout stylus, seu consuetudo introducta, nedum sequestrandi, sed confiscandi, & vendendi bona condemnati in contumaciam ante annum, contraria sit Bullaribus Constitutionibus, an id anhelantes Ministri Fiscales, non quod de jure videatur dispositum, ut observant *Guaz. de confiscat.bonor.concluf.* 13.*limit.*63.*num.*1.& 2.idem *Farin.qu.*11.*num.*86. 87.& 88. ubi allegat *Rotæ dec.in Imolen. Castrorum* 22.*Aprilis* 1575.ubi etiam quod talis stylus est abusus, & prava consuetudo. Idque etiam observat Dataria, quia beneficia vacantia ob privationem, non providet, nisi privato in contumaciam persistente per annum, ut testatur *Guazz. de confiscat. bonorum concluf.* 13. *limit.*65. *num.*5. *in fin.* Usque adhuc Criminalistæ talem usum damnant, & cum Rota conveniunt.

Repugnantia reperitur, quia Rota vult sententiam proferri contra absentem propter contumaciam, & non propter delictum, & ideo ubi delictum adhuc pœnam confiscationis mereretur, quia liquidè, & plenè non constat per sententiam contumacialem, statim reo comparente, quod per sententiam contumacialem amisit condemnatus, recuperare debeat per comparitionem spontaneam, nulla alia expectatam resolutione, seu publicatione Innocentiæ,
11 ut videre est *in duab.decis.relat. per Farin.quæst.*11. *sub num.*92.& per nos in hac eadem resolutione sub §.*Difficultas oritur*; quod negant Criminalistæ existimantes sententiam suspendi per comparitionem spontaneam, non extingui, ut alias diximus cum *Caball.Farin.& Scacc.* inibi *allegatis*.

Pro resolutione hujus contrarietatis, & repugnantiæ, est primò advertendum ad ea, quæ tradit *Farinac. qu.*102.*in addit. sub num.*189. *verf. & d.num.*189. *in fin. adde fi,& qu.*11.*num.*162.*verf.& d.num.*162. *verf.sed numquid*, ubi quod contumax condemnatur in pœnam confiscationis bonorum pro iis delictis, pro quibus si fuisset præsens non condemnaretur, vel quia *auth. bona damnatorum*, non substulit confiscationem, quæ provenit ex *tit.digestor. & Cod.de requirendis Reis*, ut volunt plures relati per eundem *Farin.qu.*11. *sub nu.* 62. §.*amplia hanc* 11.*limitat. verf.& licet Bartol. in l.*1. *in* 2. *quæst.*& ejusdem opinionis videtur *Merlin. Pionat. cent.* 2. *c.*21. *nu.*14. vel quia de facto servatur opinio *Bart.* quicquid dici posset de jure, ut advertit idem *Far. qu.*11.*num.*62. *verf.sed quicquid sit de jure.*

Et ideo licet ordinet Summus Pontifex *Paulus V. in reformat.Trib.Urb. sub tit.de Judic.criminal.* §.*nec comminentur*, quod reis in contumaciam condemnatis gravior, seù major pœna non imponatur, quam si præsentes condemnarentur, attamen respondet *Farin.in addit.ad qu.* 11.*sub num.*62. *verf. num.*62.*in princip.* talem dispositionem intelligi de
12 pœna corporali, non autem de pœna confiscationis, quæ absenti imponitur pro delicto capitali.

In iis inquam casibus, ubi reus ex contumacia condemnatur ad eam pœnam, quam non subiret præ-
13 sens, vel de jure, vel ex consuetudine, comparente reo infra annum, opinio *Rotæ* est firmissima, ut bona confiscata contra formam Bullaris Constitutionis sint eis restituenda, ut declarat eadem *Rota in Romana Secretariatus* 20. *Novembris* 1591. *relat.per Farin. post sua conf.lib.*1. *in ord.*84.*num.*6. ubi sententia fuit lata in contumaciam, quia nullum exprimebatur crimen, ex quo potuisset officio privari. In aliis vero casibus, in quibus confiscatio bonorum, privatio beneficiorum, aliæque pœnæ pecuniariæ imponuntur reis condemnatis pro delicto, pro quo sive præsentes, sive absentes ad eandem pœnam condemnari deberent, vel de jure communi, ut in crimine hæresis, læsæ Majestatis, & falsæ monetæ ex *Farin. quæst.*25. *num.*10. & *seq.* & *per Merlin.cit.cap.*21.*num.*7.& *seq.Guaz. def.*8.*cap.*1. *num.*5. vel ex Constitutionibus, & Statutis specialibus ex eodem *Farin. qu.*11.*num.*21.& *Merlin. cit.cap.*21. *num.*1. adeout confiscatio, vel

priva-

privatio sit pœna delicti, hoc opus, hic labor, hic
14 difficultas, hic repugnantia, hic contrarietas, nam *Rota* dixit pluries apertis verbis, ex sententia contumaciali non probari delictum, ut *in illa Civitatis Castelli sub die 23. Januarii 1603. coram Justo relata per Merlin.tract. de legit.decis.79. num.2. & 3.* ibi, *non ut faciat constare de delicto, itaut sententia non sit contumacialis, in alia Bracharen.Parochialis 17. Maji 1589.* ubi quod sententia contumacialis privans beneficio, per comparitionem resolvitur, penès *Seraphin.dec.354. num.14.* ibi, *& contumacia non probat delictum, & par.5. recent. tom.1.dec.394.nu.19.* ibi, *quia contumacia non probat delictum, & num.20. & dec.625. par.3.recent.* pergit ultrò, etiamsi adsit statutum, quod contumax habeatur pro confesso talis confessio est ficta, adeout mens Rotæ sit, ejusque opinio, quod Bullares Constitutiones loquentes de Bannitis, homicidis, & aliis criminosis, ad hunc finem intelligantur de bannitis propter delictum, non propter contumaciam, respondens ad objectionem, quod absentes condemnantur uniformiter in pœnam confessati criminis ob non paritionem monitorii, respondet enim *Rota*, quod ex actis constare potest, an ex delicto, an ex contumacia processerit sententia, ut videre est *d.decis.Seraph.354.num.17.& 18. Farin.decis.55. num.1. post cons. in 1.vol. & dec.95. ibidem in illa Corimbrien. Decunatus*, ubi quod si in actis non adsit probatio concludens, censetur ex contumacia processisse condemnatio, & ideo per contumaciam resolvitur. Pergit ultro Rota, & dicit, quod ex testibus non citata parte examinatis, non probatur delictum; etsi in contumaciam processerit sententia, ut videre est *decis. Merlin. post tract.de legit.la 79.nu.3. allegans decis. coram Mantica in illa de Romboglier. relata inter eius decisiones la 145.num.1. & alias coram eod.Seraph.alleg.in Romana de Crispoltis 4.Maii 1646. §. non obstat, relata per Marin.l.2.cap 90.num.8.* & alibi, aliam decisionem relatam per *Farin.* post sua *cons.lib.1.la 95. sub num.3.* ibi, *alii testes examinati pro informatione Curiæ*, & videntur repugnare illis decisionibus, quæ ex actis colligi posse declarant, an propter delictum, an propter contumaciam processerit condemnatio, & privatio, cum certum sit suppositum, quod sententiæ in contumaciam ex testibus proferuntur, qui fuerunt recepti sine partis citatione, ut est omnibus notissimum, & advertit idem *Additionator.ad d.decis.95. post cons.Farin. lib.1. sub lit.D. vers.pro informatione Curiæ.*

Resolutio hujus difficultatis etiam pendet ab illa quæstione, an comparitio rei infra annum suspendat, vel extinguat effectum sententiæ contumacialis; Siquidem Rota non controvertit sententiam contumacialem subsistere ex testibus examinatis reo non citato, ipso persistente in contumaciam, ut videre est *easdem decis. 369. par.1. diversi. num.5.* ubi quod tunc præsumitur emanasse propter delictum, *Merlin.decis.98.nu.3. post tract. de legit.* ubi illa durat durante contumacia, & *decis.39.num.2.post cons. Farinac.in 1.vol.* ubi quod sententia contumacialis eundem parit effectum, ac si propter delictum daretur contumacia, vel reo post annum comparente, vel capto, & admisso ad novas defensiones ex gratia Principis, quia enim tunc admissio ad novas procedit ex gratia, signatur commissio sine præjudicio bonorum Fisco incorporatorum, & ideo de restitutione bonorum, vel beneficiorum non contingit dubitari, quia attenditur rescriptum, *Farinac.cons.14. num.7. Guazz. de confiscat. bonorum conclus.13.limit.65.num.5.*

Sed solum, quod dictum sententia contumacialis per comparitionem spontaneam condemnati infra annum, amittit vires suas, ut videre est *dec.39. n.2. decis.67. decis.84. & decis.86. penes Farin.post consil. lib.1. & post 2.lib.decis.313. nubilis. Merlin.post tract.de legit.decis.78. & 98. & penes Seraph.dec.354. & penes Marchos.de commiss.appellat. in caus.crim. par.1.§.1. decis. ante penult.coram Verginio 9. Maji 1594.num.3.*

Et propterea testes examinati, eodem non citato, nihil probant, nisi denuò repetantur, ipso citato, cum *Castrens. in suo cons.141. num.3. lib.1. incipit, visa quadam Inquisitione*, ubi quod ficta confessio expirat, & ideo testes examinati sine citatione, debent iterum examinari, alias non probant *Foller. verb. & si constiterit num. 15. & 40. Gram.dec. 11.num.7. & 8. Petr.de Calesat. decis.diversi.crimin.*

17 *Rotæ Senensis post cons.crim.diversi.impress.in parva forma vol.2.decis.111.nu.2. Blanc. in sua pract.crim. in princ.num.30.cum plurib.seqq. Anton.de Mapheis cons.20.num.4. & 5. inter cons.crim.diversi.volum.2. Cabal.cas.118. num.36. & licet Clar. §.fin.quæst.45. num.1.in fin.* tenent ex mente Senatus testes prædictos in odium contumaciæ probare, nec esse repetendos, & eam sequuntur *Carter. de usufruct. sent. capt.bonor.cap.fin.num.175. & Farin. qui 11.nu.105. Scacc.de Judicib.1.cap.98. sub nu.4. Guaz. def.24. cap.9.num.14. Cabal. cas.110. num.14. in fin.* Attamen, vel intelligendus est *Clar.* auctor hujus opinionis, de iis testibus, qui repetitionis possunt, ut eum intelligit *Bajard.d. qu.45. num.3. & Add. ad Foller. reputantur testes Curiæ num.7.* vel non transit sine difficultate, ut idem *Farin.* fatetur in suo *cons.20.num.25.* & comprobat *Mantic.* 394.n.20. ubi ex doctrina *Baldi* concludit testes recepti in processu informativo ad solam instructionem Judicis, non ad probationem, unde *Scacc.de Judic.cit.cap. 98. sub num.4.* relicta difficultate, tenet repetitionem non esse necessariam, non ex eo quod in contumaciam fuit recepti, & in odium contumaciæ eorum dictum subsineatur, sed propter fictam confessionem, quemadmodum enim reo examinato, & fatente delictum, repetitio amplius non est necessaria, *Jul.Clar.cit.§ fin.qu.45.num.12.vers.cæterum in princ.* eodem modo succedente ficta confessione ex dispositione statuti, & hanc eandem opinionem *Scacciæ* videtur sequi *Guazz. d.cap.9.n.14. & Cavalc.de testib.par.5.num.200.vers.quid si reus*, & verè est opinio magis rationabilis.

Sed punctus stat & difficultas, quia istæ DD. volunt, nedùm substineri sententiam, & condemnationem ex testibus istis ad instructionem Judicis solùm receptis in informativo ex *Natt.cons.444. nu.20.* sed nullam esse necessariam repetitionem, etiam Reo comparente infra annum, quasi quod virtus illius fictæ confessionis causata ex contumacia, adhuc duret, quod non admittit *Castrens. cit.cons.141.nu.3.* dicens, quod ficta illa confessio expirat, & eandem opinionem constantissimè tenet *Rota*, ut videre est omnes decisiones allegatas sub §. *sed solum quod eadem sententia*, & præcipuè *penes Farin.in 2. vol.cons.decis.313.num.6.* ubi quod per comparitionem resolvitur *dec.86.num.3. post cons.lib.1. & dec. 95.ibid.per tot. & coram Seraph. dec.354. num.13.* ibi *sententiam fuisse latam in contumaciam, quæ purgata, evanescit eius effectus, & antea num.8.* ibi, *& ideo ea per comparitionem resoluta, evanuisse omnes eius effectus*, & in illa *Senogalien. fideicommissi 13. Maji 1594.* quæ est ante penultimam in relatis per *Marchos. de commiss. appellat. in caus. crim. parv.§.1. sub n.3.* ibi, *tamen per comparitionem*

nem dicta ſententia una cum omnibus inde ſecutis evanuit, & aliam paſſim, & hanc *Rotæ* opinionem, quod per comparitionem ſpontaneam rei condemnati infra annum, ſententia contumacialis, ejuſque effectus extinguantur, dicit *Rota* eſſe juxta mentem, & diſpoſitionem Conſtitutionum Pontificum Pii IV. & V. ut videre eſt *deciſ.86.poſt conſil. Farin.in 1.vol. ſub num.2.* ibi, & quia obſtant Con-
18 ſtitutiones Pontificiæ Pii IV.& V.concedentes annum reo ad comparendum, & interim nihil poteſt ab eo auferri, & uti æquiorem ſequitur *Cartar. dec.79.num.32.in fin.& 33.*

In nihilo obſtante, quod ſit diffinitiva, & non interloquutoria, ut vult *Farin.cit.qu.11.num.94.* quod latiùs comprobat *Caball.caſ.181.num.5.6.7.& ſeq. cum Scacc. & aliis per eum alleg.* quia non ex hoc exequi poteſt, niſi tranſeat in judicatum, ut idem *Scacc. advertit de re judic. gloſ.14.qu.11. num.1.* & Conſtitutiones prædictæ Pii IV. & V. non niſi poſt annum tranſire in judicatum decernunt ibi, *veluti*
19 *in judicatum tranſierint &c. Rota dec.86.poſt conſ. Farin. lib. 1.ſub num.* 1. veluti in judicatum, quia ſententia in contumaciam lata, nunquam tranſit in judicatum, *Farin.qu.11.nu.*8. & ideo dicit veluti, quia impropriè, *Giurb.obſer.deciſ.82.num.15.* & 16. Nec ideo dici poterit irrevocabilis, ſi Reus compareat intra annum, *Farin.qu.11.nu.48. verſ. apud nos num.70.& num.* 100. *Rota deciſ.66. nu.4. poſt conſ.Farin. lib.1. & deciſ.97. num.* 3. Rurſus ſi reus comparet, & appellat à ſententia, certum eſt, quod appellatio reducit ſententiam ad terminos litis conteſtatæ, & ideo ſententiam tollit, *l.1.in fin. ff.ad Senat.Conſ.Turpill.& ibi gloſ.l.2. verſ.cæterum ff.de pœnis, Gratian.cap.40.num.45. Buratt.dec.22. num.33.dec.37.num.2.& deciſ.476.num.8. & 478. num.* 2. ac ficta confeſſio, ut in terminis advertit *Paul.de Caſtr. citat.conſ.* 141. *num.*3. *Petrus de Calefat. & alii DD. ſupra allegat.* At Conſtitutiones Pontificiæ, licet bannito tollant omne appellationis remedium, comparenti tamen intra annum, pinguius providet, inquit ipſe idem *Farin.q.11. ſub num.48.verſ.apud nos*, ibi, *quod remedium, ut ſcilicet contumax ex integro, & de novo audiantur, multo pinguius eſt, quàm appellationis*, ſi multò pinguius providet comparenti, ut audiatur ex integro adverſus ſententiam, utique effectum ſententiæ contumacialis extinguere debet, non ſuſpendere.

Et quamvis *Cabal. Clar. Boſſ.* & alii relati per *eundem Farin.quæſt.11.num.83.& ſeq.* ejus ſint opinionis, ut admiſſus ad novas defenſas, debeat ſe defende-
20 re, quia ſententia ſuſpenditur, attamen rogo adverti, quod non loquuntur in terminis Conſtitutionis Pontific. concedentium annum reo ad comparendum poſt latam ſententiam, ut advertit *Rot. cit.deciſ.86.poſt conſ.Farin.in 1.vol.*

Et ad objectionem *Scacc.*quod ficta confeſſio non indigeat legitimatione proceſſus, poteſt reſponderi, vel quod ficta confeſſio non habeat eandem virtutem, quam vera, ex *traditis* per *Farin.quæſt. 11. num.48.verſ.hæc tamen Nelli opinio*, vel quod eam habeat Reo perſiſtente in contumacia; At eo comparente infra annum, virtus fictæ confeſſionis, ejuſque effectus extinguitur juxta opinionem Rotæ, de qua ſupra, & ità reperio obſervatum de tempore ſan.mem.Clementis VIII. per *R.P.D.Alexandrum Canaleum* Judicem de ordine Santitatis ſuæ cum conſenſu partium deputatum in quadam gravi cauſa de partibus per viam appellationis in Tribunali A. C. introducta, & reſolutio prædicta fuit approbata per Signaturam, ut videre eſt *Marc. chef.de commiſſ.appellat. in cauſ.crim. par.1.§.1. ex num.174.& 175. fol.mihi* 1289.*tom.1.*

Ex quibus deduci videntur infraſcriptæ concluſiones.

22 Prima Concluſio, quod Banniti noſtri temporis habentur pro mortuis, quia nedùm impunè occidi permittuntur, ſed efficiuntur hoſtes Reipublicæ, eis indicitur Bellum, & præmium conſtituitur eos occidentibus, & ſevere puniuntur eorum receptatores, ut voluit *Bart. in extravag. qui ſint rebelles n.2.* plenè probatur *ſub n.3.& 4.*

Secunda Concluſio, quod in eo ſtatu, ubi fuerunt Banniti, & condemnati amittunt omnia Jura commu-
23 nia civilia ejuſdem Civitatis, ſeù ſtatus, & ideo nec teſtari, nec contrahere poſſe *d.n.3.& 4.*& concludit *Author hic n.2.* quibus addo *Giurb.conſ.3.n.2. Add. ad dec.17.Farin.poſt conſ.lib.1.lit.A.*

Tertia Concluſio, quod in eorum præjudicium reti-
24 nent actiones *l.2. §.ſed ſi cum ei, ff.de ſent.paſſ.* advertit *Scacc.de judic.lib.2.cap.9 num.*1078.*Rot.cit. dec.625.n.10.in fin.par.3.rec.Author hic n.4.*

Ideo ſi de facto bona eidem non eſſent ablata, & de facto contraheret, reſtitutus ad ejus favorem non poſſet opponere de banno, confiſcatione, & ſucceſſivè de contractus nullitate, ut advertit *Rota cit. dec.625. ſub n.10. verſ.præſertim*, ubi ferè habetur puntualis reſolutio caſus per Authorem hic deputati, cum licet contraxerit extra ſtatum, de bonis tamen contraxerat, quæ in ſtatu de facto poſſidebat, non obſtante confiſcatione *Author hic n.1.*

Quarta Concluſio, quod Bannitus extra ſtatum, à quo bannitus, & condemnatus fuit, retinet omnia, nec banno afficitur, cum ejus effectus Territorium ban-
25 nientis non egreditur *Caball.caſ.264.num.31.Rota dec.394.n.7.& 8.par.5.recent.tom.1.*

Quinta Concluſio, quod Banniti privantur omnibus beneficiis juris communis, & municipalis, etiamſi
26 in contumaciam ſint condemnati, & eorum receptatio eodem modo prohibetur *Giurb conſ. 3. n. 5. & 7.Caball.caſ.239.n.9. Cartar.de capt.band.cap.1. n.37.& ſeq.*tum quia bandiuntur propter delictum, non propter contumaciam, ut volunt *Cartar. cit. cap.1.n.39.Caball.Scac.& Farin. locis ſupra allegat. & Add. ad deciſ.Rotæ la* 95. *poſt conſ. Farin. lib.1. lit.D.* & eadem *Rota in illa Civitatis Caſtelli donat.* 23 *Januar.*1603. *coràm Juſto relata poſt Merlin.poſt tract.de legit. in ord.79.n.4.* ubi quod *Bulla Pii IV.* loquitur de Bannitis in contumaciam propter delictum, non propter contumaciam, & ſic aliud eſt,
27 quod Reus condemnetur propter contumaciam, ut explicat *Scacc.d.cap.93.num.1. & Cartar.cit.cap.1. n.43.& 44.* ubi diffusè, tum quia lex, quæ permittit Bannitis impunè occidi, & hoſtes Reipublicæ declarat, promittendo etiam præmium occidentibus, non diſtinguit, an de Bannitis propter delictum, an de Bannitis propter contumaciam intelligat; tum quia ſi propter contumaciam eos Bannitos volumus exiſtimare, adhuc tales efficiuntur hoſtes Reipublicæ, impunè occidi poſſunt, prohibetur eorum receptatio, & præmium conceditur occidentibus, ut advertit *Cartar.de capt.bannit.cap.1. n.39.& 40.* abunde *Farin.quæſt.103.n.197.& 198.* & poſt alios *Scacc. de judic. lib.1.cap.93.num.verſ.* & quod hæc opinio, videmus obſervari de facto, &
28 licet ſententia contumacialis non probet delictum, ut exiſtimat Rota, probat tamen condemnatum eſſe Bannitum, ut advertit *Giurb. cit.conſ.3.num.4.* tùm demum, quia ad evitandas omnes difficultates Bulla Sixtina declaravit expreſsè pœnas prædictas incurrere etiam Bannitos in contumaciam, ut advertit *Scacc.cit.cap.93.ſub n.1.*

Si

Digitized by Google

Si enim lex non ſolum tollit eiſdem Bannitis omne auxilium, omnem favorem, imò ſeverè punit eo-
29 rum receptatores, ſivè propter contumaciam, ſivè propter delictum cenſeantur Banniti, utique ſivè propter contumaciam, ſivè propter delictum, ſemper habentur pro mortuis, & incapaces erunt cujuslibet ſucceſſionis, actionis, & actus legitimi *Rota dec.*39.*n.*2.*poſt conſ. Farin.lib.*1. ibi: *non obſtat, quod non ſit condemnatus propter delictum, quia eſto, quod eſſet verum, idem eſſet effectus, &c.*

Sexta Concluſio, confiſcatio bonorum, officiorum, ac beneficiorum privatio ex duplici capite Reo abſenti poteſt, & ſolet imponi, vel quia tale delictum ei
30 imputatur, quod de jure communi, vel ſpeciali, talem privationem, vel confiſcationem meretur, etiam condemnatus præſens, vel quia in contumaciam ſuccedit condemnatio pro capitali delicto, licet tale non ſit, ex quo præſens condemnatus confiſcationem bonorum pateretur, ut fuit dictum *ſupra num.*

Septima Concluſio, quod ubi Reus confiſcationem patitur abſens, quam non pateretur præſens, tunc
31 ex contumacia dicetur procedere confiſcatio, non ex delicto *Cabal.caſ.*181 *num.*7.*& ex tit.digeſtor.& Cod.de requirendis Reis, Farin.cit.qu.*11.*n.*89.*verſ. ſi verò quis ſponte comparet, & num.*62.*verſ.amplia hanc* 11. *limitationem Merlin. cent.*2. *cap.*21.*n.*14. *Rot.dec.*86.*poſt conſ.Farin.in* 1.*vol.* Et ideo purgata
32 contumacia per Rei comparitionem intra annum, nulla alia expectata probatione innocentiæ, Reo comparenti reſtituenda ſunt bona, quia ita ordinat, *l.*1. *ff.de requirendis Reis, §.ſed & Papinianus*, ibi: *ut ſi intra annum adierit, & ſatis obtulerit*, eo enim ipſo, quod ſe conſtituit in carceribus, pro ſatis datione ſufficiet *Foller. verb.ſi citati compareant n.*5. *Farin.q.*11.*n.*85. *Guazz.de confiſcat.bonor.concl.*13. *limit.*64.*n.*1.*&* 2.

Nec eſt neceſſaria diſputatio illa, quam movit *Gloſ.in l.*1.*C.de requirendis Reis verb.recuſaverit*, quam latius reaſſumit *Farin.qu.*11.*n.*83.*&* 100. quia quæſtio illa contingit, ubi de pœna delicti tractatur, in iis enim terminis loquitur titulus ille, quando ſcilicet delictum eſt tale, quod importaret proſcriptionem, & confiſcationem in conſequentiam pœnæ capitalis, non de pœna, quæ procedit ex contumacia, & ſucceſſivè pro confiſcatione, quæ hodie præſenti non imponeretur pro delicto imputato *Farin. cit.q.*11.*n.*88.*verſ.ſi verò quis ſponte compareat*, ubi benè loquitur, ſed malè, ſeù ineptè dat exemplum de condemnato propter homicidium, & comparente infra annum homicidio non ſequuto *Guazz. de confiſcat.bonor.limit.*64.*n.*1.*&* 2. & ratio eſt manifeſta, & nimis potens, quia annotatio illa, & ſequeſtratio, non ex delicto ſuccedit, ſed ex contumacia, ut ſcilicet Reus compareat *l.*1.*in princ.ff.de requir. Reis*, ibi: *requirendus annotandus eſt, ut copiam ſui*
33 *faciat*, ideo comparens, & purgans contumaciam, bona ei ſunt reſtituenda, quæ non niſi poſt annum contumaciæ confiſcari poſſunt *Farin. d.q.*11.*n.*88. *Rota deciſ.*84.*n.*2.*poſt conſ. Farin.in* 2.*vol.* ubi quod interim Reo nihil poteſt auferri.

Si verò delictum tale ſit, quod pœnam confiſcationis patiatur, quoquomodo condemnetur Reus, tunc
34 confiſcatio legitimè proceſſit, nec per comparitionem Rei intra annum debent ei reſtitui, ſed tunc, cùm de delicto abſolvitur, vel aliter ſententia contumacialis revocatur *Farin.d.qu.*11.*num.*86.*&* 89. *verſ.quod ſi delictum eſt tale, & n.*98. *in fin. Scacc. cap.*97.*n.*35.*verſ.ſi in caſu*, quo eſt permiſſa *Guazz. d.lim.*64.*n.*3. Verùm quia Conſtitutiones Pontificiæ
35 concedunt annum condemnato ad comparendum, & ad contumaciam purgandam, ipſaque ſententia, licet propter delictum ſucceſſerit, ut cum *Farin. reſolvimus qu.*11.*n.*93.*& ſeq. Cartar. de capt.band. cap.*1.*num.*37.38.39.40.41.42.*&* 43. *Cabal.caſ.*181. *n.*6.7.*&* 8.*& Scacc.lib.*1.*de judic. cap.*93 *n.*1.*verſ. & quod hæc opinio, & Add.ad dec.Rotæ* 95.*poſt conſ. Farin.lit.D.* & eadem *Rota deciſ.*98. penes *Merlin. de legit.poſt tract.n.*3.*& dec.*79.*ibid.* ubi diſtinguit condemnatum in contumaciam propter delictum, & condemnatum propter contumaciam *Scacc. cit. cap.*93.*num.*2.*§. unde ſicut S.Concil.verſ.& quod hæc opinio, & in Romana Canonicatus S.Angeli ult. Februarii* 1567. *incipit, fuit reſolutum, relata per Farin.qu.*11.*ſub n.*92. Non ex hoc dici non poterit contumacialis, & virtutæ contumaciæ, ſubſtineri, tùm ob legitima indicia, quibus ſolum lex eſt contenta, ut non comparens Reus pro confeſſo haberi poſſit, tùm ob fictam illius confeſſionem, quæ ſufficiens eſt ad condemnandum abſentem, tùm ob probationes, quæ ſufficiunt, etiam ſi Reo non citato recipiantur, ut advertit eadem *Rota penes Farin. deciſ.*12. *n.*11. Nec antea Conſtitutiones Pontificiæ eſſe exequendam præcipiant realiter, & perſonaliter, niſi anno elapſo, ut iidem *Guazz. & Farin.* fatentur locis allegatis, & *Farin.præcipuè n.*88. quaſi quod antea, licet diffinitiva exequi non poſſit, niſi in judicatum tranſierit, utique confiſcatio juſtè dicetur ſuccedere poſt latam ſententiam, incorporatio vero non niſi poſtquam ſententia prædicta fuerit etiam corporaliter exequuta, quia vel comparitio ſpontanea enervat vires contumaciæ, ejuſque virtutem, ſi infra annum ſuccedat, ut *Rota* opinatur, vel ſaltèm ſuſpendit exequutionem, donec factis defenſionibus de viribus ipſius plenè diſputari contingat, ut exiſtimant Criminaliſtæ, & ideò etiam exequutio, & incorporatio, quoad bona debet ſuſpendi.

Octava Concluſio, quod Reo perſiſtente in contumaciam, capto quandocumque, vel poſt annum comparente, ſi ſententia legitimè fuerit promulgata, bona confiſcata ei non reſtituentur, nec beneficia,
36 vel officia, quibus fuit in eadem ſententia privatus *Farin.quæſt.*11.*n.*89. *Scacc.lib.*1.*cap.*97.*n.*155. *Guazz.de confiſcat.bonor.cit.limit.*65.*num.*3.*& ſeq.* repugnant tamen *Farin. & Scacc.* nam ſi admiſſio ad novas procedat ex aliqua juſta cauſa, & admiſſus ſuam innocentiam probaverit, adhuc bona ei eſſe reſtituenda, ſivè poſt annum compareat, ſive intra annum fuerit captus, voluit *Scacc.d.cap.*97.*n.*185. quod negat *Farin.qu.*11.*n.*89. ſed cum *Scacc.* convenit *Guazz. cit.limit.*65. *n.*13. *& ſeqq.*, exiſtimo hanc *Scacc.* opinionem eſſe veram in duobus caſibus, vel quando ſententia eſſet nulla ex defectu citationis, vel ex alio capite, vel quando Reus comparens poſt annum juſtam cauſam narret Principi, quæ eum excuſet à contumacia, de qua materia habetur per *Farin. qu.*11.*n.*50. *uſq; ad* 61. tunc enim admiſſio ad novas licet ex gratia procedat, iſta gratia continebit juſtitiæ debitum, ut advertit *Farin. qu.*6.*n.*29.*& ſeq & eadem q.*11.*n.*64.*&* 65. & plenè *Giurb. conſ.*44. *n.*55. & ideo ut reſtituat gratia, quod abſtulit in juſtitia, Reus abſolutus recuperare etiam debet bona, quibus injuſtè fuit ſpoliatus.

Nona Concluſio, quod ſententia contra abſentem lata vigore fictæ confeſſionis, licet in contumaciam, diffinitiva eſt, nec aliam expectat ſententiam *Farin. cit.qu.*11. *n.*93. *verſ.ſecundo moveor. Scacc. cap.*97.
37 *n.*13.*verſ.ſi loquimur, & verſ.non obſtat. Cartar.de exequut.ſent.capt.band. cap.*1.*n.*438.*& ſeq. Caball. caſ.*181.*n.*5.6.*&* 7. *Rota in illa Canonicatus S.Angeli coram Cotta, & in alia Civitatis Caſtelli coram Seraph.*

Digitized by Google

Seraph.relat.per Farin.quæst.11.post n.92. & in alia *Urbevetana legati 12.Februar.1588.relat.post conf. Farin.in 1.vol.decis.55.sub n.1.*, vult tamen *Rota*, quod sententia feratur propter delictum, non propter contumaciam, & sic quod testes præcedant, qui probent delictum, ut videre est in dictis decisionibus. Verum, quia non desinit esse contumacialis, & ideo non transit in judicatum, *Anania in c.de his de acusat.Felin.in c.consanguinei n.11.de sentent.rei judicat. Bossi.in sua pract.crim. tit.de remed. contra bannum sub n.4. Cart.de capto bandito cap.3. n.51. & cap.fin.n.22.Farin.q.11.n.8.& 13. Scac.de judic. l.1.cap.97. sub n.131.* nec ab ea appellari potest, ut idem *Farin.advertit. qu.11.n.48.verf.apud nos, & n.103. verf.limit.2.* Comparente Reo infra annum revocabilis est per contrariam sententiam *Farin. qu.11. n.48. verf.apud nos n.70. & 100.* & dictum fuit superius *Rota in decis.relat.per Farin.ead.q.11. sub n.92.* & præcipuè *la terza*, & post *conf. lib.1. decis.66.n.4.decis.97.n.3.*

Cum enim sententia prædicta sit contumacialis, quæ nunquam transit in judicatum de sui natura, cum subsistat ex solis indiciis, & ficta confessione resultante ex contumacia, & cum per appellationem non extinguatur, nec suspendatur; hoc habet specialitatis, ut comparente Reo infra annum revocari possit *Scacc.d.cap.91.sub n.31.* sive ex sola virtute
38 comparitionis, ut existimat *Rota*, sivè ex ulteriori defensione facta, & demonstrata per Reum, ut volunt Criminalistæ, sivè attento tenore gratiæ, & commissionis, quando ea obtinetur à Principe ex *Caball.cas.110.num.31.et seq. & Farin.in addit. ad qu.11.n.103.*

Vult tamen *Rota*, quod sententia lata dicatur propter delictum, non propter contumaciam, ut videre est relatas *decisiones Viterbien.Legati 12.Februar.1588. n.1.post conf. Farin.lib.1.* & in *Romana Canonicatus S.Angeli ult. Februarii*, & *17.Martii 1567. relat. per eundem Farin.qu.11.post num.92.* & alibi, quod tunc dicetur ex dictis decisionibus, quando adsunt testes in informativo, qui plenè probarent delictum, ut inibi est videre, super quo solùm est subsistendum, quia aut persistit Reus in contumacia, & eadem *Rota* nullam tunc constituit differentiam inter sententiam latam ob contumaciam, & latam
39 propter delictum, ut videre est *dec.39.n.2.post conf. Farin.in 1.vol.et par.1.diverf. decis.369.num.5.* aut comparuit infra annum, & *Rota* tenet opinionem, quod sententia extinguatur, quia lata est in contumaciam, ut fuit dictum supra *n.17. et 18.* Aut est captus infra annum, vel post, & tunc aut fuit postmodum absolutus à delicto, aut fuit condemnatus in pœnam contentam in sententia, seù verius sententia fuit exequuta, juxtà condemnationem, aut in pœnam arbitrariam, & extraordinariam, si fuit absolutus, contingit disputari postmodum de privatione beneficiorum, & officiorum, si fuit condemnatus, seù verius, si fuit exequuta sententia in eadem pœna, nihil est disputandum de privatione, & confiscatione, si fuit exequuta in pœnam extraordinariam, tunc à cœteris pœnis videtur liberatus *Rota dec.86.post conf.Farin.lib.1.n.3.* ibi, *quam satis est, quod per comparitionem fuit resoluta Sematoris sententia, nam altera sententia Gubernatoris continens condemnationem ad triremes, arguit ipsum ab aliis pœnis fuisse absolutum.* Verùm si prior sententia fuit exequuta, & privatio jam habuit effectum suum, existimo hanc conclusionem non esse veram; nisi in eo casu tantùm, in quo nova sententia succederet prioris moderatoria, aut fuit absolutus, & tunc aut agitur cum capto intra annum, & non contingit ista disputatio, si agitur de privatione beneficiorum, quia intra annum datum condemnato ad comparendum, beneficia ob privationem non providentur, ut fuit dictum *supra n.10.* & voluit *Rota decis.84.n.9.post conf.Farin.lib.1.* aut cum capto, vel comparente post annum, & tunc *Rota* dubitat de probatione delicti per testes in informativo examinatos, ut videre est *decisiones 369. n.11.p.1.div.dec.79.post Merlin.de tract.de legit.n.3. Mantic.dec.145.n.1.et alias allegatas sup.n.14.et 15.* Verùm quia eo casu necessaria est commissio ad novas obtinenda à Principe, tunc ejus tenor est inspiciendus, & ubi ex illius tenore percipi non posset mens Principis, quia justè succesit privatio, justèque provisio per privationem elapso anno, ideò non obstante absolutione Reus absolutus ad beneficia, & officia reintegrari non debet ex *Farin. et Guazz. locis supra citatis*, nec potest conqueri privatus, vel confiscatus, cum si non fuerit captus, & vi ductus ad carceres, adhuc in privatione, & confiscatione quiesceret, nisi tamen justam eam allegaret, ex qua comparere non potuisset ex *Guazzin.et Scacc. locis supra allegatis.*

Decima Conclusio testes in informativo recepti, vel ad instructionem Curiæ probant delictum, quando proceditur in contumaciam, ne dum ex mente omnium Criminalistarum, adeo ut secutas sententia contumaciali, nulla alia sit necessaria repetitio *Clar.§.fin.qu.11.n.2.§.item quæro, et qu.43.verf.cæterum si Reus in fin. Farin.q.11.n.105.* & latius fuit dictum *n.16.* sed etiam ex mente *Rotæ*, ut videre est *decis.relat. per Farin qu.11.sub num.92. la 2.et 3.et decis.55.post ejusdem conf.lib.1.sub n.1.* voluit solum *Rota* dici sententiam latam propter contumaciam, non propter delictum, ubi per testes concludenter delictum in informativo non probatur, ut inibi est videre, & alias fuit dictum superius, & licet quandoque videatur *Rota* ab ista conclusione recedere, est *decis.95.Farin.post conf.lib.1.n.3.et penes Merlin. post tract.de legit.decis.79.et 98.* attamen eædem decisiones moventur ex illa Civitatis Castelli coram *Seraph.dec.354.n.11.* registrata *par.1.diverf.dec.369. n.11.* quæ ut benè advertit *Additionator ad dec.95. post conf.Farin.lib.1.verb.* pro informatione Curiæ, potius voluit concludere, quod ex testibus informativi non probetur delictum sufficienter, quam legitimè, cum velit tunc *Rota* sententiam, & condemnationem procedere propter contumaciam, non propter delictum, & ideo per comparitionem spontaneam extingui, ut fuit *dictum n.14.* & attendi tunc alteram sententiam absolutoriam, vel condemnatoriam, juxta superius enunciata in nona Conclusione.

Undecima Conclusio dictæ præcedentis declarativa, testes in Informativo recepti probant delictum non citata parte, & ex eorum dicto legitimè proceditur ad sententiam; Verùm si Reus condemnatus comparet postea intra annum, testes sunt repetendi, juxta opinionem Rotæ, quia illa ficta confessio orta ex contumacia legitimè contracta, per comparitionem Rei intra annum, amittit vires suas, & successivè effectus sententiæ contumacialis extinguitur *Rot.dec.86.n.8.dec.95.n.3.et seq.post conf. Farin. lib.1.& decis.213. num.6. post conf.lib.2. Seraph. decis.254. n.13. cum aliis relatis supra n.17. et 18.* & licet *Farinac.* teneat opinionem contrariam, & eum sequuntur Criminalistæ, *ut videre est eos allegat.sub n.17.*

Attamen opinio Rotæ videtur verior attenta *Bullar. Constit.Pii IV.* confirmata per *Pium V.* ibi expectantes occasionem, ut per temporis diuturnitatem

probatio impossibilis reddatur, de eadem opinione *Jul. Clar.* dubitat *Farin. cons.22. n.25.* ut diximus eodem *n.17.* & opinio Rotæ fuit confirmata per signaturam, ut vidistis *n.21.*

SUMMARIUM.

1 AN, & quando delicta præscribantur?

2 An in delictis atrocioribus forjudicatio impediatur ob præscriptionem. Quæ sint delicta atrociora remissivè.

An homicidium appensatum simpliciter sit ad rem de atrocioribus?

3 An præscriptio delictorum, quæ constat ex actis, sit necessario opponenda, ut impediatur forjudicatio, ita ut si non opponatur sit procedendum ad forjudicationem? & n.6.

4 An possit sustineri opinio Follerii existimantis, quod opposita præscriptione adversus forjudicationem per amicos, aut consanguineos, sit procedendum ad forjudicationem cum clausula, ut Reo comparente habeatur ea ratio, quæ de jure?

Ad quam panam sit condemnandus Judex, qui non obstante præscriptione aliquem capitaliter damnat?

5 An in terminis constitutionis Regni panam eorum possit sustineri opinio Farinac. *tradentis, quod non opposita præscriptione adversus forjudicationem possit illam Reus opponere adversus executionem sententiæ, si in manus Curiæ devenerit, data pro vera opinione, quod necessario sit opponenda?*

6 An sit opinio mitior sequenda, quod præscriptio etiam non opposita forjudicationem impediat?

Quanam opinio sit in conflictu opinionum sequenda?

7 An adversus executionem sententia forjudicationis possit opponi esse præscriptum sententiæ?

An? & quando delicto præscripto possit ad forjudicationem procedi?

RESOLUTIO XXI.

1 DElicta regulariter præscribi spatio xx. annorum, ita ut eo elapso amplius puniri non possint, constat ex *tex.in l.querela, C.de falsis*, qui *text.* procedit, sive per accusationem, sive per inquisitionem (quæ loco accusationis successit) *Gomez.de delictis cap.1.n.6. Clar.§.fin.qu.51.n.2. Farinac.qu.10. n.3. Caball.resol.5.* sive delictum sit publicum, sive privatum, *Gomez.ibid. Farin.eadem qu.10.n.1.et 2.* sive occultum, sive notorium, quia præscriptio currit à die delicti non à die scientiæ, *Clar.dict.qu.51. num.6. Caball.resol.6. Guazz.defens.2.cap.2.n.42.* ubi quod hoc in praxi servatur; quicquid distinxerint alii, an hæc præscriptio officiat Curiæ ubi ignoraverit delictum, & in nulla fuerit negligentia, juxta tradita per *Farinac.d.qu.10.n.12.* & ampliatur, ut nec in integrum restitutio adversus hunc lapsum temporis personæ privilegiatæ competat, *Gomez. d.cap.1.n.7. Farinac.d.qu.10.n.1. Guazz.d.cap.6.& n.44.*

2 His permissis pro præsentis quæsiti resolutione ita mihi distinguendum videtur, quod aut agitur de delictis atrocioribus, & exceptis, in quibus Reo non suffragatur præscriptio *d.l.querela*, & res extra controversiam est, præscriptionem scilicet nullo modo posse impedimentum afferre forjudicationi; dico rem esse extra controversiam, quia in illis delictis, in quibus ob atrocitatem præscriptio allegatæ l. locum non habet, in iis nec locum habet diminutio pœnæ ordinariæ ob temporis diuturnitatem inductam, per *tex.in l.si diutino, ff.de pœnis*, computandam à die delicti; æquiparantur enim quo ad hoc ubi de delictis atrocioribus agitur, *tex. in alleg.l.querela, & l.si diutino, ff.de pœnis, Farin. qu.10. n.90.* quæ autem sint ista atrociora delicta, in quibus præscriptio non suffragatur, habetur apud *Gloss.in d.l.querela*, apud *Decian. lib.3. tract. crim.cap.37.n.9.et n.13.et seq. Farinac.d.q.10.n.29.* apud *Guazz. dict.cap.2. defens.2.num.77. & seq.* in quorum delictorum atrociorum numero collocandum homicidium appensatum censuit *Thesaur. decis.208.n.2.* ubi ita distinguendam putat opinionem *Gloss.* ut ipse ait, indistincte tradentis in *l. in cognitione, ff.ad Syllan.* præscriptionem *d. l.querela*, habere locum in homicidio; sed ni fallor, *Thesaur.* loquitur contra communem Doctorum sensum, qui à regula *dict.leg.* excipiunt tantum assassinium, & parricidium, quæ sunt delicta longe atrociora, quam simplex homicidium appensatum, ut ex locis supra relatis videre est.

3 Aut agitur de delictis, quæ licet sint capitalia, & sufficientia ad forjudicationem, non sunt tamen excepta à regula *d.l.querela*, & tunc non suffragari hanc exceptionem, nisi opponatur, colligitur ex auctoritate *Bart.in l.absentem n.4 ff.de pœnis, Foll. in ver.forjudicentur n.23. Farin.q.10.n.35. & aliorum per eum adductorum, Guazz.def.2. cap.2.n.13. & seq. Bajard.ad qu.51.n.7.ad Clar.*

Ratio est, quia tempus non est modus tollendæ, vel inducendæ obligationis, *l.obligationum 44.§.1.ff.de oblig.* nec prodesse potest præscriptio, nisi ope exceptionis, *Covar.variar.resol.de præscrip.in initio primæ partis num.3. Guazz.d.defens.2.cap.2.n.14.* ubi quod non tollit condemnationem criminalem, sed tantum parit exceptionem, quæ scilicet non prodest, nisi eam opponenti, *Duen.reg.306.n.10. Surd. dec.24.n.3.* quin immo addit *Foll. in d.verb. forjudicentur n.26.* quod etiam si per amicos, aut consanguineos opponatur hæc exceptio, non impeditur forjudicatio, sed ad eam proceditur, cum clausula, quod Reo comparente habeatur ea ratio, quæ de jure, & hanc testatur suo tempore esse M.C. praxim, quæ potest justificari ex traditis per *Franch. dec.314. & decis.329.n.7.* ubi quod possunt allegari solum exceptiones, quæ sunt seorsum à crimine; hæc autem exceptio non est seorsum à crimine, cum ad illius pœnam evitandam, & ad Rei impunitatem tendat: sed non possum ullo modo hanc *Foll.* traditionem approbare, nam supposito, prout sunt termini quæstionis, quod hic temporis lapsus habilis ad inducendam præscriptionem constet ex ipso processu Regii Fisci, & ex actis appareat exceptio, non video qua ratione opponi ad impediendam forjudicationem non possit per amicos, aut consanguineos, qui proculdubio admittuntur ad opponendas omnes exceptiones sufficientes ad impediendam forjudicationem, si illæ ex actis resultent, cum nunquam censeantur sublatæ per legem rejicientem exceptiones, *Franc.dec.232. cum aliis per eum allegat.* nec dubitari potest hanc exceptionem esse sufficientem ad impediendam forjudicationem, nam sublata pœna per claram juris decisionem consequens necessarium est non posse amplius procedi ad forjudicationem, quæ ferri non potest nisi pro crimine, in quo veniat imponenda pœna capitis, ut dictum est *resolut.16.* forjudicatio

sit

sit absentis ad mortem condemnatio, non video, qua ratione forjudicari, seù ad mortem condemnari quis possit, non obstante præscriptione inducente delicti impunitatem contra casum legis, & Doctorum sententiam, qui Judicem procedentem ad condemnationem capitalem Rei non obstante præscriptione capitaliter puniendum tradiderunt, nempè *Farinac. qu.*10.*n.*2. *& alii per eum relati*, nec oppositio clausulæ reservantis jura Reo, cum personaliter comparuerit, hoc indebitum detrimentum, quod Reo infertur, evitat; quid enim Reo proderit clausula, si prout sæpissime contingit, hoc modo forjudicatus antequam ad manus Curiæ deveniat occidatur, ob licentiam quam sententia forjudicationis cunctis tribuit forjudicatum occidendi? quod absurdum considerabit *Mastrill.decis.*161.*n.*15. ad refellendam opinionem *Follerii* tradentis eamdem praxim, ubi allegatur minor ætas ex parte forjudicandi, & tamen hic casus est valdè diversus, cum in hoc casu supponamus temporis lapsum inducentem præscriptionem apparere ex actis, & habeamus claram juris decisionem, quod non contigit, cum allegatur ætas, de qua ferè semper non supponitur in processu constare, nec pro minore adest tam aperta legis decisio; data igitur pro vera opinione quod præscriptio non operetur ipso jure, sed sit opponenda, si ea opponatur per amicos, aut consanguineos citati impediri forjudicationem existimo; quemadmodum etiam non potest, ut mea est sententia, in terminis *Constitutionis Regni pœnam eorum*, sustineri traditio eorum, qui existimant, quod si procedatur ad forjudicationem, ex quo non est opposita hæc præscriptio, possit per Reum existentem in manibus Curiæ illa opponi ad impediendam exequutionem sententiæ, *Farinac.d.quæst.*10. *n.*35.*vers.sublimitando*, ubi adducit *Carrer.& Cartar.* & rationem, quia quemadmodum etiam vere confessus crimen non potest opposita præscriptione condemnari, ita nec fictè confessus vigore contumaciæ, *Guazz. d.defens.*2.*cap.*2.*n.*11. moveor, quia in terminis *Constit.Regni pœnam eorum*, non solum quis habetur pro confesso de crimine, pro quo quis reputatur contumax, sed etiam excluditur ab omni aditu judicii, nec potest se amplius defendere super causa principali, sed tantum potest proponere nullitates notorias, & evidentes, juxta tradita per *Foll.in ver.captis forjudicatis n.*3. *Franc.decis.*674. *& decis.*688.*n.*1. *& Reg.Tapp.decis.*54.*n.*6. si igitur, non opposita exceptione præscriptionis, juste, & valide fuit ad forjudicationem processum, & sententia forjudicationis non est nulla, sed valida, consequens profectò necessarium est, quod sublato remedio dicendi de nullitate, quæ stante validitate sententiæ non extat, nullum supereat forjudicato remedium se tuendi adversus exequutionem sententiæ.

6 Sed ut, quid sentiam dicam, longe probabilior mihi videtur æquior, & mitior sententia, quod scilicet, etiam si nullus opponat exceptionem præscriptionis, adhuc Judex, qui eam ex actis obstare videt, debeat supersedere in forjudicatione; moveor quia ubi de pœna imponenda agitur, Judex ex officio debet supplere defectum partis, & admittere defensiones non allegatas, etiam si servis illæ competant, *l.si non defendantur*, *ff.de pœnis*, etiam si de absentibus agatur; cum illos defendi Reipublicæ interest, *l.servum*, *§.publicè*, *ff.de procurat.* nec debet videri permissum, ut defensioni, quam jura largiuntur, renuntiare quis possit, quia nemo est dominus membrorum suorum, *vulg.l.liber homo*, *ff.ad l.Aquiliam*, & nemo auditur perire festinans, sed etiam invito beneficium in hac materia dandum est, *l.non tantum*, *ff.de appell.* & hanc mitiorem, & æquiorem sententiam amplexi sunt *Marsil.cons.*46. *n.*20. *& seq.Decian.lib.*3.*tract.crim.cap.*37.*n.*5. ubi *Bald.& Franc.Aret.* auctoritate firmat, quod si ex actis constet de præscriptione delicti judicium est ipso jure nullum, *Thesaur. decis.*208. *n.*4. nec obstant in contrarium allegata, quod scilicet præscriptionem necesse sit allegari, quia ultra quod, dum ex actis constat, Judicem ex officio illam supplere debere responderi potest, juxta tradita per *Mynsinger.cent.*3.*obser.*28. respondeo, quod quicquid sit in civilibus, in criminalibus præscriptio, etiam si non opponatur, operari debet *Thesaur. d.decis.*208.*n.*4. *Decian. d.cap.*37.*n.*4. ubi quod præscriptio in delictis tollit non solum civilem, sed etiam naturalem obligationem: hanc igitur sententiam in judicando amplectendam existimarem, quia in criminalibus stante conflictu opinionum sequi debemus eam opinionem, quæ naturalem habet æquitatem, & lenitatem in pœnis infligendis suadet, *Decian. tract. crim.lib.*2.*cap.*9.*n.*17. *Franc.dec.*511.*n.*12.

7 Hæc de præscriptione adversus delictum, ut videre est, ab aliis non ita explicata tradidi; quod si quæras, an præscribi aliquo temporis spatio, puta xxx. annorum, possit sententia forjudicationis, adeas *Foller. in ver.captis forjudicatis nu.*7. ubi ex *Bald.* firmat negativam sententiam: addo rationem ex *Cabal.resol.*239. quod cum sententia banni exequi non possit, nisi Reo in fortiis existente, eo non capto nunquam currit præscriptio, quia ea nunquam currit agere non valenti, *l.*1.*§.final.C.de ann. except.cum concordant.*

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Præscriptionis exceptio non retardat sententiam in Magna Curia Vicaria.*

2 *Favore Rei absentis in Magna Curia admittitur solum exceptio captivitatis, infirmitatis, & absentiæ.*

3 *Præscriptio* xx. *annorum ope exceptionis est proponenda, alias inquisitio, & processus teneret.*

4 *Præscriptio non extinguit actiones, seù obligationes ipso jure.*

5 *Ubi ex eisdem actis, & ex eodem libello constat actionem esse præscriptam, Judex tenetur ex officio actorem rejicere, & secundum præscriptionem judicare.*

6 *Quæ opinio, & si in materia civili sit controversa, ubi tamen agitur de crimine criminaliter intentato, procedit proculdubio.*

7 *Judex ex officio tenetur defensionem Rei inquirere.*

8 *Nemo est Dominus membrorum suorum.*

9 Bart.in l.1.§.accusationem, ff.ad Turpillianum, *declaratur.*

10 *Judex, si non obstante præscriptione citat Reum ad comparendum sub pœna confessati criminis, ne dum male facit, sed deberet decapitari.*

11 *Inquisitio, si non diem, saltem mensem, & annum commissi criminis continere debet, ad hoc, ut subsistat, undè apertè constabit ex eadem inquisitione præscriptio.*

12 *Præscriptio in delictis continuatis incipit ab ultimo actu.*

13 *Adulterium non dicitur continuatum quoad materiam præscriptionis, si cum pluribus fuerit commissum.*

Digitized by Google

14 *Stuprum non niſi unica vice committitur.*
15 *Sodomiæ crimen non præſcribitur quinquennio ſi fuerit violentum.*

RESOLUTIO XXI.

1 Bi delictum oppoſitum, & imputatum Reo apparet præſcriptum ex eodem proceſſu, & ex eiſdem actis, Reus vexari non debet, nec poteſt forjudicari abſens, hoc dicit *Author in hac reſol.21.*

Difficultatem faciebat *Foller.in ſua praxi verb.forjudicentur n.26.* ubi refert obſervari in M.C. quod non obſtante præſcriptione propoſita proceditur contra abſentem ad ſententiam forjudicationis cum clauſula, quod de præſcriptione oppoſita habeatur ratio, quæ de jure haberi debet comparente Reo.

Follerii opinio fundatur ſuper rigore Ritus M.C.169. quo omnes exceptiones favore Rei abſentis recipi,
2 præter illas tres inibi enumeratas, prohibetur, captivitatis ſcilicet infirmitatis, & abſentiæ, de quo per *Franc.deciſ.314. num.3. deciſ.329. num.10. per eundem Foller.verb.audiantur excuſatores num.7. & per Merlin.Pignat.cent.1.cap.48.num.1.* Cum enim iſta exceptio præſcriptionis, non ſit ex illis tribus, rationabiliter per M. Cur. admitti non ſolet, niſi cum illa clauſula, quæ etiam favore minoris admitti ſolet ex eodem *Foller.verb.forjudicentur nu.7.* quem increpat *Maſtril.deciſ.161.num.5. & Author hic num.4.*

Et ſupponit *Foller.* præſcriptionem 20. annorum, de qua *in l. querela C. de falſ.* ope exceptionis eſſe proponendam, alias inquiſitio, & proceſſus teneret juxta *Bart.doctrinam in leg. 1. §. accuſationem ff. ad*
3 *Turpillian.* ubi voluit excuſationem non tolli ipſo jure ex ſolo tempore, ſed ope exceptionis elidi, quod etiam voluit *Bald.in d. l. querelam nu.3. C.de falſ.Foller.d.verb.forjudicentur num.23.Boſſ.tit.quomodo procedatur in delictis num.23. Farin.quæſt.10. num.35.* ubi notat ex hoc minus prodeſſe præſcriptionem, quam innocentiam, quod etiam refert *Guaz.def.2.cap.2. n.70.* & ideo cum per ritum prædictum talis exceptio ſub generalitate cenſeatur prohibita, conſequens videbatur, ut non obſtante tali exceptione ad ſententiam forjudicationis eſſet procedendum.

Verùm ſuper hoc dicto *Follerii* ſubſiſtendum videtur cum *Authore hic num.4.* ex duplici capite. Primò, quia & ſi communis opinio ſit præſcriptionem ope exceptionis eſſe opponendam, nec extingui actio-
4 nes, ſeu obligationes ex tempore ipſo jure, ut voluit *Balb.de præſcript. par.1. quæſt.8. num.2. Surd. deciſ.24.nu.2. & 3. Boer.deciſ.344.num.5. & 6.* qui tamen diſcurrendo materiam guſtat amaritudinem ex fundamentis contrariæ opinionis, *Pont. conſ.48. num.2. Magon.deciſ.Florent.41.num.17. deciſ.Lucen. 27.num.20. Cancer.lib.1.cap.18.nu.26. plenè Giurb. deciſ.13.num.5.6. & 7.*

Attamen ubi ex eiſdem actis, & ex eodem libello conſtat actionem eſſe præſcriptam, volunt DD. Judicem ex ſuo officio debere actorem rejicere, & ſecun-
5 dum præſcriptionem judicare, ita ex *Abb. Felin. & Butr.concludit Balb.de præſcript.cit.qu.8.par.1. num.3. Alex.in l.1. col.2.verſ. & ita teneo C.ut quæ deſunt Advocat. Bald.in l.ſi eum num.3.* & in lectura antiqua *num.1. ff. ſi quis cautionibus ibi etiam Alexander, & alii, Aret.tract.malef.verb.inchoata col.2. in fin. Bertaz.conſ.276.num.2.* & ex aliis reſolutum refert *Myſing. in Cam. Imperiali*, ut eum videre eſt *cent.3.obſer.28.in fin. Boer. cit.deciſ.344. num.6. & 7.* ubi licet fateatur communem opinionem eſſe, ut ope exceptionis præſcriptio ſit proponenda, attamen ubi illa non proponeretur, ut ex actis liquidè conſtaret, Judicem debere ex officio actorem rejicere affirmat, quod placuit *Fontanel.deciſ.216.n.11. & 12.* ſed non admittit *Giurb. cit.deciſ.13. num.7.* ubi quod nec ſufficit generica oppoſitio carentiæ actionis facta per Reum *ex Pont. cit.conſ.48.*

Secundo, quia quicquid ſit de iſta opinione in materia civili, ubi de ſolo partium intereſſe agitur. In noſtris terminis videtur omnino admittenda, tum quia illa communis opinio, ut ipſo jure non extin-
6 guatur actio, & obligatio, ſed ope exceptionis; non videtur procedere in materia criminali, & ubi agitur de crimine, & pœna, ut advertit *Aretin.in cap.cum P. Mangonella col.6. de accuſat.* adducens *Bart.in l.ſi pœnæ in fin.ff.de condit.indebit.* ubi quod licèt lapſus temporis de jure non tollat obligationem, hoc eſt verum in Civilibus, ſecus in Criminalibus, & ſic in delictis, ubi præſcriptio ipſo jure interimit accuſationem allegans *text. in l.ſed etſi unius §.ſi ante ff. de injuriis*, idem voluit *in l. non dubium C. de legibus in fin.* ubi quod ſi ex actis conſtet maleficium ex tempore eſſe præſcriptum, judicium eſſe nullum ipſo jure, nullaque ſententia inde ſequuta, ſequitur *Marſil.in ſuo conſ.46.nu.22. & 23. & conſ.86.num.10.11.12. & 13.* idem voluit *Felin.in cap.ad aures de præſcript.col.2. verſ.limita tamen*, ubi quod ſi ex actis iis pateat præſcriptio, debet Judex eam admittere, & ſecundum eam judicare, *Decian.tract.crim.lib.3.cap.27.num.4. Roland. conſ.94. num.12. lib.3.* & ità judicatum refert *Theſ.deciſ.208.num.4. Guaz.def.2.cap.2.nu.15. Cartar.de capt.band. cap.fin. ſub nu.315.* ubi quod poſt præſcriptionem, ipſo jure accuſatio abolita eſt, *Farin.quæſt.1. num.68.* & comprobat eandem concluſionem *Myſing. Balb. Boer. & alii DD. ſupra allegati ſub §.attamen*, volentes admittendam eſſe præſcriptionem per Judicem ex ſuo officio, ubi illa apparet ex actis, ſeu ex eodem libello in terminis *Bertaz.cit.conſ.276.num.2. & Marſil.conſ.117.n.42.* eſt textus optimus *in l.1. §.accuſationem ff.ad Turpill.verſ.contramovet* ibi: *quod qualiſcumque accuſatio illata cognoſcentis authoritate, non accuſantis voluntate aboleri debet, majoreque odio dignus eſt, qui temerè ad tam improbam accuſationem proceſſerit*, tùm quia ubi agitur de pœna præſertim corporali, non poſſit Reus tali defenſioni renunciare, *Clar.quæſt.49.num.19. Afflict.deciſ.391. ſub num.9. & ibi Urſill.num.2. Menoch. quæſt.7. num.9. lib.1. Farin.quæſt.39.num.51. Triviſ.deciſ.1.num.7. lib.1. Guaz.def.27.cap.1.num.1.2. & per tot.* tum quia te-
7 netur Judex ex ſuo officio rei defenſionem inquirere, *Bart. in l.4. §.hoc autem judicium ff. de damn. infect. & in l.3. in fin. ff.de quæſt. & in l.ſervum quoque §.publicè intereſt ff.de procurat. Bal.poſt Bart.in auth. & qui ſemel C.de probat. Marſil.conſ.73.nu.40. conſ.39.num.31. conſ.40.num.40. & conſ.60.nu.22. Gloſ.ſuper condict.March.l.4. cap.26. num.2. Farin. quæſt.99.num.51.238.253.264.267.272. Guazin.defenſ.2.cap.2.nu.15.* & jam contra propriam rei con-
8 feſſionem, alias efficeretur Dominus membrorum ſuorum *contra tex.in l.liber homo, & l. ita vulneratus ff.ad l.Aquiliam, Scacc.de Judic.lib.1.cap.51. num.14. & de ſent. & re judic.gloſ.7.quæſt.2.limit.4. num.222. Cabal.caſ.77.num.14. l.1. §.ſi quis ultro ff. de quæſt. Marſ.conſ.39.nu.28. conſ.43. n.35. conſ.49. n.41. conſ.60.n.22. conſ.73.n.37. & conſ.90.n.27.*

Non obſtat doctrina *Bart. in l.1. §.accuſationem ff.ad Turpillian.* quia intelligendus eſt ubi ex eadem ac-

cuſa-

Digitized by Google

cusatione, vel ex eodem processu, non liquet de tali præscriptione, ut declarat *Bald. in d. l. si eum num. 1. ff. si quis cautionibus*, & ex pluribus firmat *Bertaz. cit. cons. 276. n. 2.*

Undè si Judex, non obstante præscriptione procederet, & moneret Reum ad comparendum in pœnam confessati criminis, ne dum male faceret *ex Bald. in cap. fin. col. 6. vers. sed pone de offic. delegat. Mascard. de probat. conclus. 351. vol. 1. num. 5. & conclus. 357. num. 15. ibidem Bert. cons. 167. num. 13. Cartar. de capt. band. c. fin. num. 315. Roland. cons. 94. n. 9. & seq.* 10 *lib. 3.* sed deberet decapitari inquit *Paris. cons. 169. num. 6. in fin. Auch. Jun. quæst. famil. qu. 49. nu. 7. & seq. part. 2. Mars. cons. 87. num. 6. in fin. Rocc. de Curt. cap. fin. col. 3. de consuetud. Farin. quæst. 10. n. 2. Guaz. def. 2. cap. 2. num. 16.* quia idem est innocentem occidere, ac eum, qui tutus est præscriptione *Cartar. d. cap. fin. num. 315.* Et ubi Judex præscriptione post habita, vel ea sibi non innotescente ad condemnationem procederet, unusquisque posset de exceptione præscriptionis opponere, *Bajard. ad Clar. §. fin. quæst. 52. num. 8. Guaz. def. 2. cap. 2. num. 2.* allegat *Mars. in suo cons. 24. num. 30.* ubi hoc non potui invenire, benè tamen deducitur ex dictis per eum *cons. 46. num. 22. & 23. & cons. 87. nu. 6. & seq.* & ex aliis, qui volunt Judicem debere decapitari si condemnaret Reum, qui est præscriptione tutus, & ex iis, qui volunt, quod id quod Judex tenetur ex officio perquirere & facere, tanto magis tenetur facere alio postulante, de quo latè fuit dictum *in resolut. 2.* & per *Authorem resol. 11. num. 2.* & habetur per *Bart. & alios in l. servum quoque §. publicè ff. de procurat. & per Farinac. cit. quæst. 99. num. 51. 238. 253. & 264.*

Adverte tamen, quod illa distinctio relata per *Authorem nu. 4.* & per DD. per nos relatos *sub §. attamen, & §. quicquid*, de præscriptione apparente, & non apparente ex eisdem actis, licet vera existimetur, & ideo in criminalibus subselliis omninò admittendam credidimus, in praxi nihil vel parum prodesse potest, quia scitum est omnibus, inquisitionem Reo transmitti non posse, nec posse formari sine specificatione temporis certi, quo delictum commissum præsumitur, saltem cum specificatio- 11 ne mensis, & anni, quicquid sit circa diem, *ut est tex. in l. libellorum ff. de accusat.* & *volerunt Deo. cons. 82. col. 1. num. 2. & col. 2. vers. 20. respondeo, & in l. credita num. 38. C. de edend. Alex. cons. 71. col. 2. n. 2. & 3. vers. sed ità lib. 2. Ruin. cons. 10. lib. 5. Bart. in l. 2. §. si publico ff. de adult. glos. & DD. in cap. 2. de libell. oblat. Roland. cons. 31. num. 17. lib. 1. Foller. verb. & si confitebuntur 4. par. 4. par. nu. 6. Cartar. de capt. band. cap. fin. nu. 149. & 150.* ubi quod aliter formata non substinetur, nec sententia inde sequuta exequi potest, non obstantibus motibus propriis Constitutionum Pontificium *Farin. quæst. 1. num. 15. & 18.* si enim annus, & mensis est necessariò exprimendus, utique præscriptio apparebit etiam necessariò ex eadem inquisitione, & monitorio transmittendo, & propterea per Dominum Judicem subscribi, & transmitti non debet.

Adverte etiam, quod delictum reiterabile, & continuatum non præscribitur, nisi à die ultimi actus, 12 & delicti commissi, & advertit *Clar. quæst. 51. n. 3. Farin. quæst. 10. num. 10. Cabal. cas. 7. n. 1. & 2. Guaz. def. 2. cap. 2. num. 50.* continuato tamen cum eadem 13 persona, ut declarat *idem Guaz. cit. cap. 2. num. 26.* Si verò cum diversa persona adulterium committatur, vel aliud delictum, cessat continuatio, & unitas delicti, nec posterius delictum non præscriptum, impedit alterius delicti præscriptionem, ut videre est ex *Bald. in auth. sed novo jure num. 6. C. de serv. fugit. Nell. tract. de bandit. 2. par. prim. tempor. quæst. 6. Jas. in l. si idem cum eodem ff. de jurisd. omn. Judic. n. 5. Caball. cas. 7. n. 2. Jul. Clar. §. fin. qu. 51. n. 7.* ubi videtur hoc supponi pro indubitato certantes solum DD. An delicta præscripta, licet non possint puniri, valeant tamen ad gravandam pœnam delicti non præscripti, & ideo *Guaz.* advertit loco citato continuationem attendi si cum eadem persona.

Quid autem in stupro, quod non nisi semel committi potest, *cap. lex illa 36. quæst. 1. Fontanell. de pact. claus. 5. Glos. 5. par. 1. num. 79. Thor. voto 53. num. 10.* 14 *tom. 1.* An inquam ea, quæ de adulterio dicta sunt, quod est delictum reiterabile, habeant locum etiam in stupro, quod non nisi unica vice committi potest, *Fontan. de pact. tom. 2. claus. 5. glos. 5. part. 2. n. 83.* affirmativè respondet, & idem etiam voluit *Mastril. decis. 218. n. 16. & Thor. d. vot. 53. n. 11. tom. 1.*

Adverte demum, quod stuprum cum Puero, seu delictum Sodomiæ non præscribitur quinquennio, ut advertunt *Bajard. & Marsil. relat.* per *Guaz. defens. 2. cap. 2. nu. 74.* quod tamen intelligendum est de stupro violento, quia ità loquitur *Marsil. allegat.* ab utroque in *l. qui falsam §. 1. ff. ad l. Cornel. de fals.* & ità loquitur expressè *text.* per *Marsil. allegat.* in *l. mariti §. fin. ff. ad l. Jul. de adult.* ubi, *cum autem qui per vim stuprum intulerit, vel mari, vel fœminæ, sine præfinitione hujus temporis accusari posse dubium non est*, adeo ut si non probatur violentia verè, vel saltem præsumptivè, præscriptionis prohibitio non probatur, nec fundatur ex *author. Marsil.* nec *aliorum.*

SUMMARIUM.

1 *AN capiens disrobatorem viarum publicarum jam forjudicatum possit petere processum à Judice, qui illum forjudicavit ad finem illum puniendi vigore prag. 5. ubi de delicto, & num. seq.*

Dicta prag. 5. non discordat à suprà communi.

Intelligitur etiam si capiens nullam habeat jurisdictionem in captum.

Cui conceditur jurisdictio, conceditur omne illud, quod ad exercendam jurisdictionem est necessarium.

2 *Exceptio debet esse de contentis in Regula.*

Non est absurdum, ut alius Judex exequatur sententiam banni ab alio Judice latam, & quomodo intelligatur num. 5.

3 *Causa cur fuerit condita d. prag. 5.*

Cum sit inducta in odium delinquentis non debet contrarium operari effectum.

4 *Remissio delinquentis, vel processus an detur post sententiam?*

Refertur rescriptum Domini Proregis super quæstione proposita.

5 *Distinctio authoris, & doctrinarum adversantium conciliatio.*

Digitized by Google

An ſi per alium Judicem capiatur diſrobator viarum publicarum jam forjudicatus, ſit puniendus per Judicem capientem, vel remittendus ad Judicem, qui illum forjudicavit; ad intellectum pragmaticæ 5. ubi de delicto?

RESOLUTIO XXII.

1 CUm exercerem officium Advocati Fiſcalis in Regia Audientia Luceriæ, fuit quidam à terra Martini forjudicatus à Regia Audientia Barenſi propter furtum commiſſum in via publica captus per Miniſtros Regiæ Audientiæ Luceriæ; fuit dubitatum, an Regia Audientia Luceriæ ob præventionem in carcerando poſſet punire prædictum forjudicatum, & petere proceſſum à Regia Audientia Barenſi, ut ſuper executione ſententiæ forjudicationis de juſtitia provideret, vel potius prædictus forjudicatus eſſet remittendus ad Regiam Audientiam Barenſem? hæc quæſtio fuit tacta à *D.Capibl.prag.8.part.2.num.94. & num.117. cum ſequenti*: ſed quoniam ultra per eum doctiſſimè more ſuo adducta, pro illius elucidatione aliqua ponderavi, dicam quid in hujus quæſtionis reſolutione concludendum ſentiam.

Pro Regia Audientia Luceriæ ponderabatur præventio in illum capiendo, quæ ex diſpoſitione *Regiæ prag.5.ubi de delicto*, efficit Judicem quamcumque Curiam, quæ prævenerit in capiendo latronem viarum publicarum; neque eſt illa prag.contraria diſpoſitioni juris communis, cum poſſe latronem hunc à quocumque Judice capiente puniri, & à quocumque privato occidi de jure colligatur ex *text.in l.1.& 2.C.de his qui latrones, junctо textu in l.fin. C. quando liceat unicuique ſine Judice ſe vindicare*, etiamſi latro non ſit ſubditus, neque ratione loci delicti, neque ratione originis, neque ratione domicilii, *Paris de Puteo de ſyndicatu, in verbo latro, Foller. in verbo audiantur excuſatores in ſua praxi num.167. Farinac. quæſt.7. num.10.* poterit igitur vigore hujus prærentionis Judex præveniens jure inſtare, ut ſibi conſignetur informatio prius ab alio capta; nam cum per Regiam Pragmaticam ſit capienti conceſſa cognitio in diſrobatorem viarum, videtur conceſſum omne illud, quod ad prædictam cognitionem neceſſarium eſt (prout neceſſaria proculdubio informatio eſt, ſine qua puniri nemo poteſt) *Farinac.dicta quæſt.7.num.11.l.cui ff.de juriſdictione omnium Judicum*, ubi quod cui conceſſa eſt juriſdictio, ea quoque conceſſa videntur, ſine quibus juriſdictio explicari non poteſt, *l. ad rem mobilem ff.de procurator.* ubi *gloſa*, quod cui mandantur ſequentia, mandata videntur per quæ pervenitur ad ea: nec dubitari poteſt dictam pragmaticam quintam comprehendere etiam forjudicatum, nam regula, quæ in dicta pragmatica traditur eſt, ut quilibet Regius Officialis teneatur remittere, poſtquam cœperit, ad Officialem loci delicti malefactores, vel bannitos: à qua regula excipiuntur diſrobatores ſtratarum publicarum, qui poſſunt puniri à quocumque capiente: ſi igitur in regula comprehenduntur banniti, ſive forjudicati, ergo & exceptio eos comprehendit, quia exceptio eſt de contentis in regula, *l.ſed an ultro §.1. ff.de negotiis geſtis, Dyn.in rub.de reg.juris in 6. circa finem, Surd.deciſ.124.num.13.& deciſ.225.n.10.* dixi in *prag.5.* regula comprehendi forjudicatos, quia hæc vox bannitus ſecundum communem uſum loquendi ſæpius uſitatum in pragmaticis denotat eum, qui per campaneas diſcurrit impediendo publicum commercium, & eſt forjudicatus per ſententiam, vel ipſo jure, ut colligitur ex *pragmaticis de exulibus*, præſertim 14.15.& 16.& promiſcuè accipitur pro foraſcito, *Caravit.de exulib. pragmat.1. num.27.41. & 60.* & alibi ſæpiſſimè: & quod dicta pragmatica quinta comprehendat latronem forjudicatum viſus eſt ſentire, *Capiblancus pragmat.8.part.2.num.94.* ubi quod *pragm.5.ubi de delicto*, quæ dat juriſdictionem capienti, loquitur in latrone forjudicato, ſed in forjudicatis pro aliis delictis dicta pragmatica extendi non poteſt, nec abſurdum eſt, ut capiens Judex exequatur ſententiam banni ab alio Judice latam, dum ambo Judices ſunt ſub eodem Principe & Regni Prorege, *Far. quæſt.7.num.53.in fine, & quæſt.11.num.61.& ſeq.* ita enim Provinciam accipi eſt ſatis notum, dum Doctores mentionem faciunt de eodem Provinciæ Præſide, *Franch.dec.622.num.2.*

3 In contrarium ponderabatur, quod dicta *Regia pragmat.5.* lata erat in odium talium delinquentium, *Franch.deciſ.142. Capiblanc. prag.8.part.2. num.107.* & ante eos *Foller. in verbo audiantur excuſatores nu.167.* ſi igitur remiſſio in hoc caſu facta non eſſet ad Regiam Audientiam, quæ illum forjudicaverat, id redundaſſet in commodum latronis forjudicati, non enim poterat eadem facilitate Regia Audientia Luceriæ exequi ſententiam forjudicationis, qua illam exequi poterat Regia Audientia Barenſis, in qua teſtes neceſſarii ad faciendam recognitionem forjudicati poterant eſſe parati, cum eorum copiam Regia Audientia Luceriæ minimè haberet, & ſic diſpoſita ad unum finem, effectum contrarium operarentur, contra *textum in l.legata inutiliter ff.de legat.primo, Surd. deciſ.230. num.10.* hinc rectius eſſe delinquentem remittere ad Judicem qui proceſſum habet, & ſententiam tulit, innuit *D.Capiblancus ead.pragmat.8. part.1.num.123.*

4 Ponderabatur etiam, quod Regia Audientia Barenſis cum jam illum forjudicaſſet, & ſic ſententiam condemnationis ad mortem protuliſſet, nihil aliud enim eſt forjudicare, quam ad mortem condemnare, ut ſæpius dixi, nullo modo tenebatur remittere acta ad Regiam Audientiam Luceriæ, cum poſt ſententiam latam in delinquentem nullus Judex teneatur delinquentem jam condemnatum remittere, ſed tantum condemnandum, niſi ſpecificè contrarium ſanciatur, *Bald.in leg.exequutorem num.28. C. de exeq. rei jud.* ubi hoc menti tenendum ſubdit, *Anna ſing.56.* ubi deciſum teſtatur in Collaterali Conſilio *Capibl.d.prag.8.parte 2. num.92.& 122.* nec ex *d.prag.5.* dum hoc non expreſsè ſanxit, aliud inferendum eſt, ſed erit intelligenda, ut poſſit quicumque Judex latronem publicarum viarum capiens illum punire, ſi hoc poteſt ex proceſſu per ipſum fabricando, alias ſecus, *Capiblanc.d.pragm.8.parte 2.num.117. & ſequent.* qui licet antea *num.94. num.125.* concludit, quod ſi latro jam forjudicatus eſt, debet remitti ad Judicem, qui ipſum forjudicavit.

In ſupra relato caſu ſcripſimus ad Dominum Regni Proregem Ducem Albæ, a quo fuit juſſum ut Regia Audientia Luceriæ tranſmitteret ad Regiam Audientiam Barenſem carceratum, quia poterat contra illum exequi ſententiam forjudicationis cum majore commoditate, quam Regia Audientia

tia Luceriæ, quæ nec processum nec testes de crimine habebat.

5 Ut igitur evitentur contrarietates, ità mihi controversiam diffinire, & conciliare visum est, ut siquidem potest Judex capiens ex nova informatione ipsum punire, hoc possit vigore Regiæ Pragmaticæ quintæ, quæ satis expresse, ut supra dixi, hoc sanxit, dum latronem viarum etiam bannitum posse à quocumque Judice capiente puniri ex exceptione conformi ad regulam non obscurè colligitur, & ita procedant dicta per *d. Capiblanc. ead. pragm.* 8. *par.* 2. *n.* 94. posse etiam Judicem capientem exequi sententiam banni, sive forjudicationis, si processus à Judice sententiæ, sive banni illi absque reluctatione tradatur proculdubio crediderim, & ita procedant à me supra dicta dum dixi posse Judicem capientem exequi sententiam banni ab alio Judice latam, ut testatur Romæ accidisse *Farinac. d. qu.* 11. *n.* 61. de quodam Gallo, qui fuit Romæ decapitatus, ita requirente Gallorum Rege, exhibita sententia condemnationis capitalis in Gallia contra ipsum latæ; etsi enim agebatur de executione banni lati in alieno Regno, tamen hoc posse fieri ad instantiam Judicis bannientis deducitur ex traditis per eumdem *Farinac. ibid.* ubi distinguit, ut quando Territoria sunt sub eodem Principe, & Regni Præside, possit Judex exequi sententiam banni latam in alieno Territorio absque requisitione Judicis bannientis, secus quando Territoria sunt sub diverso Rege, quia tunc est necessaria requisitio Judicis bannientis.

Quod si Judex capiens non habeat facultatem capiendi novam informationem, & ex nova informatione illum puniendi, tunc remissio facienda sit ad Judicem, qui latronem forjudicavit, & ita procedant dicta per *Capiblanc. d. pragm.* 8. *par.* 2. *n.* 125. *adjunctis supra dictis n.* 117. quæ distinctio in hoc ultimo capite satis aperte per allegatum Domini Proregis rescriptum approbata est.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Regia Pragmatica, qua cavetur latrones publicos puniri posse per Judicem capturæ, an locum habeat in latronibus bannitis?*

2 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.*

3 *Judex exequens, antequam exequatur videre debet, an juste, & valide lata fuerit sententia.*

4 *Sententia antiqua exequi potest sine processu, ubi processus non reperitur.*

5 *Eaque habet pro se præsumptionem juris, & de jure; sive in ea fiat mentio de processu, ac de omnibus solemnibus, & necessariis.*

6 *Bannitus existens in fortiis Curiæ semper, & quandocumque potest de nullitate dicere.*

Pragmat. 4. de dilat. disponens, quod post decem annos non possit dici de nullitate sententiæ, non loquitur de eo, qui post decem annos forjudicationis devenit in posse Curiæ.

7 *Sententia contumacialis non facit transitum in judicatum post biennium, cum possit quandocumque ex capite nullitatis impugnari, quod intellige, ut infrà.*

8 *Pro sententia alterius Judicis lex non præsumit, si duo alterum duorum requirit conforme judicium.*

9 *Sententia, quæ se refert ad processum, processu non apparente, credi non debet.*

10 *Judicis assertioni, an standum sit?*

11 *Sententia contumacialis, an habeat præsumptionem pro se?*

12 *Menoch. & Cravetta opinio, quod sententia antiquitas reputetur arbitrio Judicis, reprobatur.*

13 *Sententia antiqua, dicitur ex voto Sac. Consilii Neapolitani relati per Ricc. à quadraginta annis supra.*

14 *Decisio Sac. Consilii facit jus in Regno.*

15 *Sententia forjudicationis, quibus solemnitatibus muniatur.*

16 *Constitutio Marchiæ, qua post annum exequi mandat sententiam, si processus non reperitur, an censeatur sublata per Constit. Pii IV. quæ pro executione sententia requirit legitima indicia, vel per reformat. Pauli V. sub tit. de judic. criminal. Urb. sub §. Reis?*

17 *Sententia facilius substineatur exequuta, quam exequitur.*

18 *Sententia, an possit exequi, quando requiratur requisitio, & an coram Judice requisito, & exequente proponendæ sint exceptiones contra sententiam, & an sententia exequi debeat præcedente causæ cognitione? & de pluribus remissive ad materiam, vide d. n.* 18.

RESOLUTIO XXII.

Xcitat Author quandam dubitationem circa *Pragm. V. ubi de crimine agi oporteat*, dum in ea disponitur, malefactores delinquentes, etiam Bannitos, esse remittendos ad officiales loci delicti, exceptis publicis latronibus, quos puniri præcipit per Judicem capturæ. An comprehendat latronem bannitum, ut scilicet, & ipse puniri posset per Judicem capturæ, non obstante, quod ab alio Judice bannitus sit, & forjudicatus.

Quæ dubietas excitatur potiùs respectu modi, quo practicari possit dispositio illius Regiæ Pragmaticæ,

1 quam circa illius dispositionis interpretationem, an scilicet talis latro, & si bannitus fuerit per Judicem capturæ, adhuc puniri possit?

Siquidem de regula generali remissionis delinquentium, & bannitorum, excipit publicum latronem, ideo necessario dicendum est bannitum latronem non esse remittendum, ex natura exceptionis, quæ

2 est ut semper censeatur de regula ex *l. fin.* ; *ne aliqui*, §. 1. ff. *de negoc. gest.* allegans hic per *Barbosam sub num.* 2. *l. nam quod liquido*, §. *si quis penes*, ff. *de pœnis legat. Bald. cons.* 131. *n.* 2. *dib.* 1. *Coccin. decis.* 375. *n.* 10. *decis.* 463. *n.* 2. & firmat regulam in omnibus casibus non exceptis *Rart. in l. quæsitum*, §. *denique*, ff. *de fundo instructo. Bald. cons.* 131. *n.* 2. *Coccin. decis. Rot.* 157. *n.* 4. & *decis.* 316. *n.* 5. *Seraph. decis.* 718. *n.* 7. & *decis.* 168. *n.* 5. *par.* 2. *divers. in Casina Jurisprudentiæ Romanæ per Macchiavello* 4. *Junii* 1636. *sub* §. *Cum enim donatio*, prout indubitate hoc supponit *Capiblanc. de Author. Baron. pragm.* 8. *par.* 2. *n.* 94.

Oritur dubietas circa modum practicandi præfatam ordinationem, nam certum est, quod si latro reperiatur condemnatus, & producatur coram Judice capturæ instrumentum sententiæ, illud sine processu exequi non potest *Clar. q.* 54. *vers. finem*, ubi quod

3 videre habet Judex exequens, an juste, & valide lata sententia, antequam eam exequatur *Farinac. q.* 11. *n.* 61. *vers. limita retrò hanc sublimitationem, Cartar. de capt. bann. cap. final. n.* 9. & *seq. Gua. def.* 1. *cap.* 6. *n.* 10. *vers. vere fuerit lata. Scacc. de judic. lib.* 1. *cap.* 63. *num.* 8. *vers. unum tamen Judex, et lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 603. & *seq. Segal. prax. forjud. cap.* 26. *n.* 2. *in fin.*

Si

Si enim est necessarius processus, utique si capiens non sit superior, qui ordinare possit Judici condemnanti, ut processum consignet, Pragmaticæ ordinatio exequi non potest, & ideo dicit *Author* duobus modis posse practicari, vel faciendo novum processum Judex capturæ, ut advertit *Gram. decis. 26. num. 20. vers. & idem esset Boss. tit. de for. compet. n. 82. & seq. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 16. num. 7. Cabal. cas. 192. n. 20. & Guazz. def. 1. cap. 17. num. 60. in fin.* vel cum consensu Judicis condemnatis, qui processum exhibeat, & consignet. Adderem ipse duos alios modos, vel exhibendo sententiam antiquam, quæ ex *decis. Gram. 24.* exequi potest sine processu, de quo dicetur inferius, vel recurrendo ad Superiorem, qui ordinare possit Judici condemnanti, ut processum consignet Judici capturæ pro observatione Regiæ Pragmaticæ, ut idem *Author* refert in illo casu observatum in hac resolutione, ubi fuit per Regni Proregem ordinatum, ut Judex capturæ remitteret forjudicatum ad Regium Judicem condemnationis, ut videre est *n. 4. vers. in supra relato casu*, & edocemur ex *Guazz. def. 1. cap. 8. n. 16. & ex Carleval. de judic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. qu. 7. n. 907.* & addo ex eodem *Capiblanc. cit. n. 94.* & ex *Anna per eum allegat.* Quod si Judex superior sit, qui condemnaverit, remissionem denegare poterit capienti, vel Judici loci, de quo vide *Scyal. prax. forjud. cap. 26. ex n. 2.* Cæterum, quod Judex capiens exequi debeat sententiam alterius Judicis, videtur contra regulas juris, ut advertunt *Scacc. de re judic. gloss. 14. qu. 11. n. 14. & seq. Guazz. def. 38. cap. 4. n. 1. Thor. vot. 1. n. 40. lib. 1. Scyal. cit. cap. 26. n. 2.*

Insistendum non est respectu sententiæ antiquæ exequendæ sine alio processu ex *Gram. decis. 24.* siquidem hoc admittit *Gram.* ubi processus reperiri non posset, secus si reperiretur, quia tunc omnino esset inspiciendus, ut advertit *Cartar. de capt. band. cap. fin. n. 37. vers. at si processus reperiretur, cum eodem Gram. decis. 24. in fin. Farin. cons. 111. n. 1. in fin. & n. 17.* ubi ita etiam intelligit *Constitutionem Marchiæ lib. 4. c. 26.*

Et ubi non reperitur processus, præsumitur pro sententia antiqua, si in sententia fiat mentio de processu, & omnibus solemnibus, ac necessariis *Gram. decis. 24. in princ. Scyal. prax. forjud. cap. 25. num. 66. Bajard. qu. 50. n. 7.* quia verba narrativa sententiæ inducunt præsumptionem, & jus inter partes, quæ est juris, & de jure non admittens probationem in contrarium, nisi per confessionem partis, inquit *Gram. ibid. n 1.*

Quod etiam habet suas amaritudines, si quidem hoc biennium, & decennium, nescio quomodo possit condemnato, & forjudicato imputari, & computari, ut eo elapso sententia in judicatum transire dicatur, ut supponit *Gram. in eadem decis.* dum forjudicatus post sententiam forjudicationis nullum habet remedium, neque appellationis, neque reclamationis, solùm dicendi de nullitate ex ipsis actis contumacialibus, seù ordinatoriis Colligenda, si in fortiis Curiæ reperiatur condemnatus *Vinc. de Franc. decis. 674. Scyal. prax. forjud. cap. 14. num. 3. 6. & 16. & cap. 25. n. 60.* Dicere verò de nullitate potest semper, & quandocumque forjudicatus existens in fortiis Curiæ, etiam elapsis xxx. annis, *Boss. de band. nullit. n. 2. Nell. tract. de bandit. 2. par. 2. temp. n. 64. in fin. Cartar. de capt. bannit. c. fin. n. 87. & 166. Scyal. cit. cap. 25. n. 67.* ubi quod *pragm. 77. §. 21. de offic. Sac. Reg. Consilii*, quæ hodie est 4. *de dilat.* disponens, ut post x. annos dici amplius non possit de nullitate sententiæ, non habet locum in forjudicato, qui perveniret in fortiis Curiæ post decem annos, sed in eo, qui existens in fortiis Curiæ de nullitate infra decem annos non diceret.

Non est igitur vera conclusio, quod elapso biennio sententia in contumaciam lata contra Reum, transitum faciat in judicatum, quia potest impugnari quandocumque ex capite nullitatis ex *Boss. Cartar. Nell. & Scyal. locis supra citatis*, sed verius dicas transire in judicatum præsumptivè, juxtà mentem *Gram. d. decis. 24. & Scacc. lib. 1. cap. 97. sub n. 131. §. si loquimur de sententia in fin. & §. seq.* contra tamen opinionem *Rotæ*, ut videre est eundem *Scacc. loc. cit. §. aut sententia, & Cavalc. de brach. reg. p. 4. n. 291.* sed quando agitur de executione hujus sententiæ veluti in judicatum transactæ, & Reus est in fortiis Curiæ, non impeditur dicere, & ostendere eam nullam, & ita apparentem, rei judicatæ executionem impedire ex regula, quod sententia nulla, nullo tempore transire potest in judicatum, ut per *Farin. q. 11. n. 8. 13. Afflict. decis. 182. n. 3. Anchar. cons. 36. per tot. Marant. de ordin. judic. par. 6 fol. 153. Cartar. de exequut. sent. cap. fin. num. 214. Scacc. de judic. cap. 97. n. 135. Guazz. def. 35. cap. 22. n. 4.*

Præterea pro sententia unius Judicis lex non præsumit, sed aliorum duorum requirit conforme judicium, & tunc illius executionem permittit *Clement. ut calumniis de re judic.* plenè *Scacc. de re judic. Gloss. 14. q. 2. n. 46. Marches. de commiss. in caus. crim. par. 1. §. 1. n. 56.* ibi, *quod solus Judex, licèt integer, & prudens, in sua tamen sententia errare potest*, & ideo dubia est illa conclusio relat. per *Gramm. d. decis. 24. n. 7. in fin.* quod appellans à sententia, docere debet se justè appellasse, quia præsumitur pro sententia, ut videre est *Rot. decis. 165. penes Fenson.* ubi reperitur resolutio hujus difficultatis, & *Surd. decis. 227. n. 3. Ricc. decis. 119. n. 1. par. 3.* Ulterius referenti non credi, nisi constet de relato, est regula in *l. si quis, C. de edend. Merlin. dec. 652. n. 2. 694. n. 22. & Seraph. decis. 1009. n. 1. Ludovis. decis. 382. n. 3.* & in nostris terminis *Buratt. decis. 25. n. 3.*

Ideo sententia referens se ad processum, processu non apparente, sententiæ referenti credi non deberet. *Auth. si quis in aliquo, C. de edendo, l. in testamento, ff. de condit. & demonstrat. Merlin. decis. 82. n. 9. decis. 543. num. 11. Rot. decis. 158. num. 4. par. 2. recent.*

Quemadmodum, nec Judici de eo quod dicit inter partes, quando ambo non sunt præsentes, vel saltem alteri absenti sententiæ tenor non fuit notificatus *Cravett. cons. 168. n. 2. lib. 1. Ricc. decis. 119. n. 2. par. 3. & 287. par. 4. n. 4. Mascard. conclus. 951. Trentacinq. var. resol. 2. n. 24. Cartar. decis. Genuen. 54. n. 4. & 7.* quamvis nec ex tali notificatione induci posset acquiescentia citati, dùm reclamare non posset, nec appellare, nec de nullitate dicere, si personaliter non compareant, & in carceribus se constituant, juxta dispositionem statutorum, & Constitutionum Pontificium, de quibus per *Cartar. & Scyal. locis supra allegatis, Author resol. 11. n. 1. et 2.* & constituere se in carceribus sapit magnam amaritudinem, & sentiunt eam nocentes, & innocentes, ut advertit *Farin. quæst. 11. num. 11. vers. ult. videtur* junctis iis, quæ de carceri pœna notavit *qu. 27. n. 2.* & plenius *Rub. de testam. in prælud. num. 274. 275. et 276.* & in *addit. ad decis. 617. par. 4. tom. 3. recent. n. 52. & seq.* & ideo non appellando, nec reclamando ex impotentia, induci non potest illa juris præsumptio, quæ in cæteris causis civilibus inducitur pro acquiescentia. Rursus sententia, quatenus enunciet acta ordinatoria, seù contumacialia, quia illa fiunt cum Reo, juxta stylum, præsumi potest ad ejusdem notitiam devenire, & ideò sententia postmodum de

eis

Digitized by Google

eis mentionem faciens inducere potest acquiescentiam partis circa enunciata, ex deductis per *Gram.* sed circa probationes, de quibus Reus nullam habet notitiam, tacita confessio ex acquiescentia induci non potest, ut advertit *Scacc. de judic. lib.2. cap.8. n.603. 604. & 605.* ubi quod ideo ad præsumendum acta probatoria, requiritur sententia antiquissima *Guazz.def.35.cap.26.n.10.* & quod decisio prædicta amaritudinem sapiat, colligi potest, ex eo quod ad evitandam talem amaritudinem, ordinata fuit pragmatica, sanctio, qua specificè fuit injunctum, ut sententia simul cum processu poneretur in Arca cum duobus clavibus ad hoc ne amplius talis disputatio contingere posset, ut videre est ex eadem *dec.24.in fin.* & ex *Rovit.super pragm. Regni rubr.de sent.forjudicationis pragm.1.* Præser-
12 tim, quia ad præsumendam sententiam antiquam, ut sine actis exequi possit, non arbitrio Judicis est repositum, ut supponit *Menoch.de arbitr. cas.4. & Cravet.de antiq.tempor.par.2.n.37.& seq.* sed requiritur longissimum tempus, ut ex pluribus firmat *Scacc.cit.cap.8.num.605. vers.secunda conclusio, & vers.nota ex ista secunda concluf.Gratian.discept.forens.cap.310.n.90.* ubi quod non sufficiunt anni 50. allegans *Cassad.dec.3.n.3.de proc. Put.dec.338.lib.2.* cum aliis Rotæ decisionibus, & præsertim in una *Neapolitana Rectoria 19.Decembr.1608. coram Ottembergo*, quæ etiam refertur per *Ricc. decis.119. par.3. n.3.* adjungens hæc verba circa decisionem *Gramm.24.ut voluit etiam Gram.in sua pulcherrima decis.24.ubi refert S.Concilium Neapolitanum habuisse pro absoluto sententiam non probare acta, ni-*
13 *si quando est antiqua, & antiquam declaravit à 40. annis supra, & sic voluit Gratian.* latius hanc opinionum diversitatem circa sententiam antiquam, quando dicatur talis, ut sine actis probet, & exequi posset, refert *Guazz.cit.cap.26.num.13.vers.quando autem de antiquo lata dicatur.*

Hanc *Gram. decis.* refert & sequitur *Foller. verb.captis forjudicatis recognoscantur n.8. Cartar.de capt. band.cap.fin.n.47. Scyal.prax.forjud.c.25.n.66. Thor. compend.decis.Regni par.1.verb forjudicatus*, & pulcherrimam eam vocat. *Ricc.cit.dec.119.n.5.par.3.* eamque laudat *Merlin. cent.1. cap.88. ex n.8.* allegans eam pro sententia valida præsumenda ultra biennium.

Audistis, quam amara sit exequutio sententiæ actis
13 non visis, qualis sit opinio contraria circa tempus, quod requiritur, ut illa præsumi debeat valida ex tempore, quam diversè eandem decisionem *Gram.* intelligant *Merlin. Ricc. Foller. & Thor.* iste pro decennio, *Merlin.* pro biennio, & *Ricc.* pro annis 50.

Esset etiam audienda differentia, quæ reperitur in eadem materia sententiæ exequendæ inter eundem Judicem, seu idem Tribunal exequi sententiam prætendens, & diversum Judicem superiorem, æqualem, & inferiorem ejusdem principatus, & diversi, ejusdem fori, & diversi fori sententiæ criminalis, & civilis, sed quia esset transcendere adnotationem, & observationem, & trascendere etiam materiam criminalem, sufficiat auctores indicare in casu hujus observationis, ut ea omnia apud eos reperire valeas.

14 Sisto cum decisione *Gram.* in Regno, tum quia decisio S. Consilii facit jus in Regno, ut videre est *Merlin. Pignat. cent.2.cap.64.n.18.cap.70.n.26. & cap.72.n.19.* tum quia in suo casu refert sententiam exequutam sine actis post annos 12. & ita eum sequuntur *Foller.Cartar.Scyal.& Thor.sup.alleg.* non ultra solum biennium, tum quia sententia forjudicationis in Regno solemnissimè legitur publicè ad sonum tubæ in Sala Mag. Curiæ, ita ut novissima sit cunctis, etiam ejus lectura, tum quia maximam habet præsumptionem pro justitia, & validitate, attentis tot solemnitatibus, quæ eam debent præcedere, citatio scilicet nedum ipsius Rei forjudican-
15 di, sed ipsius amicorum, consanguineorum, & vicinorum, & attenta ipsius Rei persistentia in contumaciam per annum; quod ad rem considerat *Novar.decis.80. n.6.* annotatio omnium bonorum, ac sequestrum per annum cum perditione, & amissione tertiæ partis mobilium, quæ confiscantur statim contumacia contracta, ac omnium bonorum incorporatio post annum, solemnis ipsius sententiæ lectura, & publicatio cum enunciatione omnium actorum contumacialium, seu ordinatoriorum præcedentium, ut videre est formulam per extensum positam, & relat. per *Scyal.in sua prax.forjud.c.12.* tum quia sententia non est unius Judicis, sed totius Tribunalis, pro quo tum ratione qualitatis judicantium de jure magis præsumitur *l.1. ff. de offic. præfect. Prætor.* tum ratione Collegii ex doctrina *Abb. in c.prudentiam de offic. Delegat. in 3. notab.* prout in puncto de Tribunali Urbis Gubernatoris notat *Seraph. decis.290.n.16. & Guazz. cit. cap.26. n.17.* perbelle *Scacc.de re judic.gloss.14.qu.2 n.46.per tot.* Tùm demum quia sententia forjudicationis in Regno est pœna contumaciæ, non delicti, ut advertunt idem *Gramm.* super Regni *constitut.pœnam eorum n.38. Vinc.de Franc.decis.213 n.20. & dec.560. n.7. Merlin.Pignat.cent.1.cap.63.n.6. Reg.Salernit. decis.3.n.7. & 8. & Scyal. prax.forjud. cap.1.n.25.* & ideo post decennium prout loquitur decisio, & eam admittunt *Foller.* & alii nostri Regnicolæ, impugnari non potest ex defectu actorum, & solemnitatem judicii; & processus in sententia contumaciali, quicquid secus dici possit respectu injustitiæ, & meritorum causæ, ut firmat *Scac.cit.cap.8.lib.2. de judic.num.605.in princ.& in fin.vers.3 conclusio.* Adeo ut exequutionem talis sententiæ sine processu ad aliam sententiam extendere, ne dum periculosum nimis, sed prohibitum esse censerem ex dictis, & præsertim ex *Novar.cit.decis.80.n.6.* qui ex sola temporis abbreviatione existimat indicia ad torturam non sufficere, sed plenam tunc requiri probationem.

16 Respectu vero Constitutionis Marchiæ *lib.4. cap.26.* quæ post annum sententiam exequi mandat, si processus non reperiatur, dubito an remaneat firma ex Constitutione *Pii IV.* requirentis pro sententiæ executione legitima indicia, cum respectu illorum enunciatio in sententia non suffragetur, ut fuit dictum supra cum *Scacc.* & alii, & licet *Farin.in suo cons.111.* in pluribus locis eam referat, observavi tamen, quod resolutio illius consilii emanavit pro Reo. Revocata enim fuit sententia triremium, Reo solum injuncto exilio, ut refert *Spada* in calce illius consilii, & ratio est, quia Summus Pontifex in tantum sententiæ in contumaciam latæ contra condemnatum Judici executionem permittit, & ordinat in quantum legitimis præcedentibus indiciis emanasse reperitur, ibi, *si legitimis tamen ad inquirendum indiciis, &c.* advertit *Cartar.cit.cap.fin.n.114.& 117.* quod cum Judex videre non possit, nisi viso processu, consequens est, ut sententiam exequi sit impeditus, processu deficiente, præcipuè quando non culpa ejusdem Rei, sed Curiæ processus non fuisset custoditus. Obstare magis, & magis securè videtur reformatio s.mem. *Pauli V. sub tit.de Judic.criminal. Urb. §.Reis*, ubi expressius inhibetur sententiam exequi contra Reos

condemnatos,& captos,in contumaciam antequam eidem Reo consignatur copia processus,etiamsi non fuerint admissi ad novas, idque magis securè observandum videtur attentis iis, quæ refert *Clar.* observari in Senatu Mediolan. *in sua qu.*94.*n.*12. ubi refert Senatum semper admittere Reum captum in contumaciam ad novas defensiones,quando non videret ex processu tot, & talia præcedere indicia contra Reum condemnatum,ex quibus certus redderetur delictum commisisse,cum processu non viso, hæc securitas haberi non possit, nec pro sententia in contumaciam lata intra tam breve tempus præsumi debeat, præcipuè si plurimum Judicum non sit, & de majoribus cum sæpe credat Judex indicia legitima præcedere, quod suppositum postea ex oppositionibus, & considerationibus Advocatorum comperitur non subsistere, ut advertit *Cartar. de capt.band.cap.sin.num.*132.*in fin.* Et his præcisis existimo Constitutionem prædictam in præsenti tempore practicari non posse,ex eo quod in eadem Constitutione ordinatur, ut eædem sententiæ post annum à die, qua fuerunt latæ exequi possint,quæ reperiuntur in Camera Romanæ Ecclesiæ, seù Thesaurarii ejusdem inter alias sententias facientes mentionem de processu, qui præcesserit eas, cum hodie ista Camera Romanæ Ecclesiæ, ubi sententiæ conservantur non existat: nec intra annum possit Reus de nullitate dicere, appellare, vel reclamare, quod videtur supponere eadem Constitutio, ibi, *& à tali sententia non esset appellatum, reclamatum, vel de nullitate dictum intra annum*; ut ideo non appellando, reclamando, vel de nullitate dicendo præsumi post annum possit pro sententia ex *Boss.Nell.& aliis supra alleg.n.*6.

Generaliter tandem adverte in ista dubietate, quæ oritur circa sententiam antiquam, quando dicatur
17 de antiquo, & exequi possit, vel pro ea præsumi, ex supra relatis,quod sententia criminalis, uti gravioris præjudicii maturius, & magis consulte est exequenda, quam civilis, ut ex pluribus fundat *Merlin.Pignat.cent.*2. *cap.*98.*n.*18. & quod facilius substineatur sententia, jam exequuta, quam exequenda *Seraph.decis.*290.*num.*21.*Burat.decis.*251. *n.*12. *Achil.decis.*7. *de re judic. Pul. decis.*391. *n.*1. *& 2. Cavalc.decis.*22. *n.*6. ubi quod *Rota*, & si non exequeretur sententias alienas sine processu, tamen dum agitur de sententiis exequutis substinendis aliter observat si sint antiquæ.

Ad materiam postmodum, quando sententia possit
18 exequi, quando requiratur requisitio, & an coram Judice requisito, & exequente proponendæ sint exceptiones contra sententiam, & an sententia exequi debeat præcedente causæ cognitione, & de aliis ad eandem concernentibus, vide *Carleval. de judic.disput.*27.*qu.*7. *& n.*757.*tom.*1. *& n.*780. remissivè, *& qu.*1.*ex n.*38.*Farin.qu.*97.*per tot.qu.*11.*ex n.*60. *Gua22.def.*35.*cap.*24.*n.*24.*& cap.*26.*per tot.Merlin. Pignat.cent.*2.*cap.*98.*per tot.Andreol.cap.*48.*n.*13.*& seq.Scacc.de judic.lib.*1.*cap.*97.*ex n.*31.*& lib.*2.*c.*8. *ex num.*603. *Caren.resol.*78. *ex n.*6. *Grat. cap.*267. *n.*22.*& seq. & cap.*310.*n.*90. *&* 91. *Ricc.decis.*119. *par.*3. *& decis.*287. *par.*4. *Burat.decis.*251. *per tot. Scyal.prax.forjud.c.*26.*Foller.verb.captis forjudicatis recognoscantur ex n.*5. *Cartar.de execut.sent. de capt.band.cap.sin.ex num.*5.*Sanfel.decis.*139.*num.*2. *& seq.*

SUMMARIUM.

1 *Forjudicatus, quod possit impune occidi quomodo procedat, ad intellectum constit. pœnam eorum, & quæ sententia auctoris, num.*7.

Forjudicatus antequam capiatur potest à quocumque occidi absque distinctione.

Inter os, & offam multa incidunt.

2 *Forjudicatus captus à Birroariis, & hominibus Curiæ post capturam occidi nequit.*

Carceratus post carcerationem dicitur in protectione Curiæ esse.

Occidere carceratum in posse Curiæ existentem atrox est delictum.

Lex permittens aliquem occidi, non intelligitur de jam capto à familia Curiæ.

3 *Forjudicatus captus à privatis, an possit ab eis impune post capturam occidi, si possunt ipsum tute ad Curiam ducere, & num.*7. *ubi explicatur sententia auctoris.*

Hostis publicus à nemine post capturam occidi potest; Bannitus captus non debet occidi.

4 *Indultum non consequeretur capiens bannitum, si illum post capturam absque causa occidat.*

Remedium ordinarium facit cessare extraordinarium.

5 *Quod occisio, vel captura forjudicati est indistincte permissa quomodo intelligatur?*

In alternativis datur electio.

Actum propria auctoritate gerere valens, si adeat Judicem, sibi præjudicat nec potest propriam auctoritatem amplius exercere.

Remedia plura, ubi competunt, unius electione tollitur aliud.

Constit.Regni pœnam eorum, est odiosa, & correctoria juris communis, & quomodo intelligenda?

6 *Delinquentes non possunt impune offendi, nisi resistant Curiæ, & tunc eorum offensio est permissa cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

7 *Forjudicatus potest impune occidi à privato illum capiente ad libitum, nec tenetur illum ducere vivum ad Curiam etiam si posset.*

Melius tamen faceret, si ipsum vivum Curiæ præsentaret.

8 *Forjudicatus in uno Territorio, an possit in alio occidi impune.*

Forjudicatus in una Curia Regni Neapolitani potest in omnibus Regni locis occidi.

Forjudicatus in uno Territorio non potest in alio Territorio, quod est sub diverso Principe occidi, sed contra, ut ibi.

Bannum non producit effectum extra Territorium statuentis.

Forjudicatum occidens consequitur præmium, ubicumque ipsum interficiat, sive in Regno, sive extra Regnum.

De impunita occisione forjudicati ad intellectum Constitutionis Regni pœnam eorum.

RESOLUTIO XXIII.

1 CIrca impunitatem in occidendo forjudicatum, quod videtur in hac materia apud Doctores controversa firmari, est, quod aut quærimus, an forjudicatus possit occidi antequam capiatur, & respondendum est indistincte, quod possit occidi, ita enim expresse colligitur ex verbis *Constitutionis pœnam eorum*, ubi datur indistincte licentia occidendi, vel capiendi forjudicatum, quamvis in aliis criminosis non sit licita eorum occi-

Digitized by Google

occisio si capi possint, *Isernia in dicta Regni Constit. in verbo hostis publicus in versic. in aliis criminosis, Joannes Grand. de bello exulum speciali* 21. *num.*2. & est indubitatum apud omnes Doctores mox citandos, qui forjudicatum etiam captum occidi posse existimaverunt, & facit quia antequam capiatur forjudicatus, semper adesse periculum potest fugæ, & evadendi, nec potest dici in tuto collocata captura forjudicati, multa enim possunt contingere inter os, & offam, ait ad rem *Carav. pragm.*1. *de exulibus n.*58. & in hoc casu concludunt rationes, quas Doctores hoc fundamento adducunt ad probandum, quod forjudicatus etiam post capturam potest impune interfici, & ita etiam aperte sentit *D. Reg. Sanfelic. decis.*249. *n.*21.

2 Aut quærimus, an possit occidi postquam jam captus est, & tunc aut captus est à birruariis, vel hominibus Curiæ, & vetita est illius occisio, *Afflict. in dict. Constit. n.*25. *& seq. Farin. qu.*103. *n.*154. *Caball. resol.*94. *n.*4. *& seq.* & ante eos *Bartol. in l.*3. *§. transfugas, ff. ad legem Corneliam de Sicariis*, ubi *Addens citat Bald. in l. libertas, ff. de statu hominum, & Imolam*, & facit, quia eo ipso, quod quis est in manu familiæ dicitur carceratus, & sub protectione Curiæ, quem atrox delictum est occidere, *Caball. dict. resol.*94. & lex permittens aliquem occidi non intelligitur de jam capto à familia, *Bartol. de Capua in eadem Regni Constitutione pœnam eorum, Marsil. §. aggredior n.*24. *Nellus de bannitis* 2. *par.*2. *temporis qu.*28. ubi in terminis, & secundum hanc opinionem decisum testatur *D. Reg. Sanfelic. decis.*249. *num.*24. & inter homines Curiæ annumerandi sunt guidati à Reg. Curia, hi enim Curiam repræsentant, cum guidaticum sub ea conditione, & promissione recipiant, ut Curiæ inserviant, *prag.*1. *de guidat. n.*6. & ita rescripsit Collaterale Consilium tempore, quo erat Prorex Dominus Dux Albæ, cum guidati occidissent quemdam insignem bannitum nomine Cola Sacco post capturam, censuit enim adesse delictum, verum quia occisus erat facinorosissimus, cujus extirpationem Reipublicæ intererat in tuto poni, rescripsit ut ex causis ad indultum admitterentur.

3 Aut quærimus, an possit occidi ab ipsis privatis, qui eum cœperunt, licet ipsum possent commode ad Curiam ducere, & pro negativa opinione facit, quia hostis publicus postquam captus est non potest à capiente occidi, quicumque is sit, qui capiat *l. libertas, §. servi l. & servorum, ff. de statu hominum cum ibi notat.* facit *text. in l. final. C. de Mathem. & malef.* ubi sanxit Imperator puniendum esse pœna ultimi supplicii eum qui maleficum jam captum occidit, & rationem reddit, quia occisor geminat suspicioni est obnoxius, quod scilicet illum occiderit ne criminis socios publicaret, vel quod proprium inimicum, sub prætextu maleficii de medio sustulerit, quem *text.* adducunt plurimi Doctores ad probandum, quod bannitus captus non debet occidi, *Bart. in d. l.*3. *§. transfugas in fine, ff. de sicar. Bald. in d. l. final. C. de Mathem.* ubi auctoritate *Jacobi Cyni, & Alberti* firmat, quod ille *text.* satis ad propositum facit, quod qui præstat impedimentum, quo minus quis à Judice justificetur, puniendus est: addo quod negari non potest rationem statuendi, qua motus est Imperator in illa lege maximè habere locum in forjudicato, qui si ad manus Curiæ devenerit, poterit receptatores, auxiliatores, & sceleris socios detegere, maximè si agatur de latrone, & discursore Campaneæ, cum è contra per illius occisionem Reipublicæ: & Fisco hæc utilitas subtrahatur: & ita responderi potest ad *Farinac.* qui existimat *qu.*103. *n.*167. contra igneum illum *text.* non facere ad propositum, quia bannitum lex permittit occidi, maleficum autem lex occidi vetat: hanc opinionem tenuit *Joannes Grand. de Bello exulum in prædicamento quantitas in* 3. *qu. num* 7. ubi quod capiens non consequeretur indultum, si bannitum post capturam occideret, sed quod puniretur, nisi ex aliqua causa id faceret, *& special.*21. *n.*2. ubi quod per capturam expirat occidendi licentia, & utrobique *Marsilium* adducit: pro hac opinione faciunt pleræque rationes, quæ in capto à familia adducuntur à *Nello in d. qu.*28. quæ possunt etiam adaptari ad captum à privatis, & tradit idem *Nell. qu.*32. *in eadem* 2. *parte* 2. *temporis*, etsi non omnes possint applicari: illæ sunt, ut iniquum videatur non resistentem, & paratum ire ad Judicem occidi ab illo, qui eum commode ad Judicem ducere potest, *Pasch. de virib. patriæ potestatis c.*3. *n.*12. *par.*4. & cum stante captura possit de illo sumi publica vindicta debet cessare privata offensa, quæ ex illius defectu permissa videtur, ubi enim adest remedium ordinarium, cessat extraordinarium, *Nell. d. qu.*28. 5 ubi hæc, & similia adducit; nec obstare videtur, quod occisio, vel captura est permissa alternative, & quod in alternativis datur electio *Regul. in alternativis de regulis in* 6. ut arguit *Farinac. d. qu.*103. *n.*149. quia responderi potest, quod aliud est quærere, an possit quis ad libitum occidere, vel capere bannitum, & hoc non negatur esse in potestate eligentis unum ex istis modis; aliud est quærere an electo uno ex his modis, nempe captura, & ea exequuta possit variare, & redire ad occisionem, id quod negatur *argumento eorum*, quæ tradit *Surd. decis.*92. *n.*13. *& sequ.* ubi auctoritate *Baldi, Decii, Ruini*, firmat, quod si quis possit facere actum auctoritate propria, & Judicem adit, facultati faciendi actum propria auctoritate sibi præjudicat; quodque ubi competunt plura remedia unius electione tollitur aliud: id quod probat etiam (ni fallor) *text. per Farinc. n.*151. *eadem qu.*103. in contrarium *allegatus in l. si cum exceptione, §. eum, qui, ff. quod metus causa*, ille enim *text.* probat quod licet plures competant actiones, tamen una consumit aliam; ex quibus infertur, quod eo ipso, quod quis ad capturam processit, cessat potestas occisionis quæ antea competebat: quemadmodum etiam nec obstat, quod *Constitutio Regni pœnam eorum* indistinctè loquitur, & dat licentiam occidendi, quia non est novum, quod una lex per aliam distinguatur *l. ut gradatim, §. sed, & si lege, ff. de munic. & honor. l. non est novum, l. ideoque, l. & posteriores, ff. de legib. gloss. in Constitut. Regni beneficium in verbo criminalibus*, præsertim quando lex est odiosa, & correctoria juris communis, ut est Constitutio Regni prædicta, quæ inducit condemnationem absentis, contra *leg. absentem, ff. de pœnis*, & permittit contra dispositionem juris communis bannitos occidi, *Bart. in l. ut vim, ff. de justitia, & jure n.*1. *Joannes Grandis de Bello exulum speciali* 21. *n.*2. & cum talis sit constitutio prædicta, satis est, ut aliquos operetur effectus permittendo occidi forjudicatos in casibus, in quibus alii delinquentes offendi nequeunt, ex his, quæ dixi *Res. prima de ictu scoppitti*: esse autem privilegiatam occisionem forjudicatorum etiam retenta 6 hac opinione in multis satis constat, nam alii delinquentes offendi minime possunt, nisi resistant, & eorum offensio est permissa cum moderamine inculpatæ tutelæ, adeo ut non liceat ob solam fugam eos occidere, *Farinac. late q.*32. *n.*39. *& seq. Caball. resol.*132. immo nec ad mortem condemnatorum licita est occisio, etiam si dum ducuntur ad supplicium

cium adeſset probabile periculum exemptionis, *Cabal.reſol.94.n 8.& ſeq.* in bannitis autem ſeù forjudicatis aliud eſt, poſſunt enim quomodocumque ante capturam occidi, & poſt capturam ſi non poſſunt commode ad Curiam duci, prædicta enim opinio cum hoc temperamento intelligenda eſt, ut ſcilicet locum non habeat ubi commode duci poteſt forjudicatus ad Judicem, & eſt paratus ad Judicem ire, immo debet hoc liquido conſtare, quia in dubio pro banniti, ſeù forjudicati occiſore præſumendum eſt, nam cum actus occiſionis ſit licitus, & à lege permiſſus in dubio delictum præſumi non debet, *l.merito, ff pro ſocio, Car.de exulibus prag.1. n.134. D.Reg Tap.in Conſt.Regni pœnam eorum n.23.* ubi videtur his concurrentibus huic opinioni adhærere, immo quod illa ſervanda ſit etiam ante capturam ſi commode, & abſque periculo capi potuerit, & adducit *Mutam deciſ.7.* qui refert occiſores hac ex cauſa condemnatos ad remigandum per decennium. Pro eadem opinione ponderari poteſt reſcriptum Domini Magni Admirati tunc Regni Proregis *ſub die 26.Junii 1644.* in quo inter alias circumſtantias, cum præſentatur caput alicujus occiſi ex cauſa ſervitii, juſſit huic Reg.Aud. ut inter alias circumſtantias examinetur, an po uerit vivus ad carceres duci, & quod non concurrentibus circumſtantiis de quibus in dicto reſcripto ponatur in tuto perſona occiſoris per ejus carcerationem.

7 Vellem equidem in hac inclinare ſententiam, quam fateor eſſe pietatis plenam, & maximè neceſſariam ad reprimendum exceſſus impiorum hominum tanta cum facilitate in humanum ſanguinem crudeliſſimè ſævientium, & optarem ut expreſſa lege controverſia decideretur contra crudelitatem eorum, qui ſe tam paratos oſtendunt ad humanas cædes. Sed ut verè fatear nimis apertè obſtant verba prædictæ Conſtitutionis, quibus abſque manifeſta violentia reſponderi non poteſt, conceditur enim capientibus licentia forjudicatum impune occidendi, & adſcribitur clementiæ illius, qui illum cœperit, & abſtinendo à cæde illius ſupplicium Iudici reſervarit. Nec videtur poſſe recedi à verbis Conſtitutionis, quæ correcta non eſt, ſed eſt in viridi obſervantia, quoad occidendi forjudicatum impunitatem, & forjudicati pœnas, & in ſententia forjudicationis verba quaſi eadem apponuntur, quæ ſunt in Conſtitutionibus expreſſa, ut in foro verſantibus notum eſt. Hinc contrariam opinionem, quod ſcilicet privati capientes forjudicatum poſſint ad libitum eum occidere, ſi malint hoc potius quam vivum Curiæ præſentare expreſsè cenſuit *Gloſ. in dicta Conſtitutione Regni pœnam eorum in verſic.non negata*, ubi quod licet is, qui cœpit melius faciat, ſi eum Judici præſentet, poteſt tamen propter illam legem offendere, vel occidere, concordant *Iſernia ibid. in verbo hoſtis publicus reputetur*, ubi quod in poteſtate illius eſt qui capit forjudicatum, velit eum occidere, aut Curiæ aſſignare, *Afflict.num.2.& 75.* ubi quod licet capienti forjudicatum ſuſpendere in arbore, dummodo id non faciat animo uſurpandi juriſdictionem, qui omnes loquuntur in terminis dictæ Conſtitutionis, & præter eos in terminis aliorum ſtatutorum forſan non ita clarè loquentium, *Nell. in 2.p.2.temp.q.22. Bald.in l.libertas ff. de ſtatu hominum*, quem citant *Add.ad Bart. in l.3.§.transfugas ff.de Sicariis, Caball.reſolut.277.nu.5.& ſequ. cum aliis per eum relatis, Farin. d.qu.103.nu.154.* ubi diſtinguit inter occiſionem banniti, dum eſt in manibus birroariorum, vel dum eſt in manibus privatorum, ut in primo caſu minimè ſit permiſſa, in ſecundo caſu ſit permiſſa non ſolum ipſis capientibus, ſed & aliis, qui in manibus privatorum exiſtentem bannitum poſſunt impune interficere; & cum hac diſtinctione ſentit etiam *Dom. Reg.Sanfelic.dec.249.n.23.& ſequent.*

8 Sed an poſſit forjudicatus in uno territorio, in alio occidi? diſtinguendum eſt, quod aut territoria ſunt ſub eodem Principe, & Regni Prorege, ut eſt totum Regnum Neapolitanum, & tunc affirmativè reſpondendum, nam forjudicatus in una Curia Regni Neapolitani poterit in omnibus Regni locis occidi, ut colligitur ex verbis Conſtitutionis, & tradit *Farinac.dicta qu.103.num.209.& num.240.* aut vero territoria ſunt ſub diverſo Principe, vel (quod idem eſt, ſub diverſo Regni Prorege, *Caball.reſolut.162.num.8.& ſeq.*) & tunc pro negativa opinione adeſt deciſio, quam adducit *Reg.Rovit. in rubr. ad pragmaticas de exulibus n.7.* ubi occiſorem extra Regnum relegatum in inſulam per decennium refert: & confert quia bannum non producit effectum extra territorium ſtatuentis, *leg. fin. ff.de juriſd.omn.Jud. Nell.de bannitis 2.parte 2. temp.qu.16.in fine: & alii relat.per Farinac.q.103. num.208.* & conſequenter actus occiſionis eſt illicitus, & qui ad illum procedit proculdubio delinquit, unde puniri non ſolum poterit a Judice loci ubi delinquit, ſed à Judice qui protulit ſententiam banni, ſi illi ſubditus ſit ratione originis, vel domicilii, juxta tradita per *Franc. deciſ.66.* ita enim intelligenda eſt hæc doctrina, & in his terminis allegata deciſio procedit. Pro contraria opinione facit *deciſ. Franc. 276. cum ibi notatis per Amendol.* ubi fuit habitum per S. C. pro abſoluto, occiſionem forjudicati extra Regnum impunitam eſſe, fuit enim occiſor liberatus in forma non conſtito de mandato uxoris nulla habita ratione, quod forjudicatus fuiſſet extra Regnum occiſus, faciunt *tradita per Farin.dicta qu.103.num.215.* ubi plurimorum auctoritate diſtinguit, ut occiſio extra territorium poſſit puniri à Judice loci, ubi homicidium banniti eſt ſequutum, non autem à Judice bannente; quæ quidem opinio quoad Judicem bannientem eo tutius poterit procedere in terminis *dictæ Conſtitutionis Regni pœnam*, vigore cujus Conſtitutionis non ſolum impunitas conceditur occidentibus forjudicatos, ſed occidentes etiam præmiis ad illorum occiſionem invitantur, & in terminis multarum Regiarum Pragmaticarum moderniorum, quibus forjudicatorum, & bannitorum occiſoribus præmia conſtituuntur: quo caſu legislator ipſum occiſionis effectum ſolummodo conſiderаſſe videtur, ubicumque is ſequatur, *Decian.tract.crimin. lib.4.cap.29.num.2.*

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Dictio omnis univerſalis eſt, & neminem excludit.*

2 *Uxor, ſtante impunitate occidendi bannitum, maritum bannitum occidere non poteſt, nec alteri ejus occiſionem demandare.*

3 *Neque filio Patrem rebellem occidere permittitur niſi in actu venientem ad expugnandam Patriam, quando alias Patria liberari poſſet.*

4 *Quod non procedit in Statu Eccleſiaſtico attenta Conſtitutione Sixti V. qua ſecurius Frater Fratrem occidere valet.*

5 *Militum Tribunus, ſeu Ductor non obediens militiæ Præfecto, & ſic ejus Officiali Superiori, capite puni-*

punitur, licet res benè gesserit.

6 *Deus remisit Sacrificium Isach de manu Abrahæ Patris ejus accipere.*

7 *Frater Fratrem de capitali crimine accusare nequit.*

8 *Patri licet filiam ad sui honoris vindictam occidere, de offensione autem Principis, Imperatoris, & in quocumque alio crimine læsæ Majestatis supplicium sumere de manu Patris lex dedignatur.*

9 *D. Jo. de Vega Proregis exemplum refertur, qui filio offerenti se pro Patre condemnato remigare præmium concessit, & Patri pœnam condonavit.*

10 *Clerico an liceat bannitum impunè occidere?*

11 *Clericus, qui ante Laicus fuerat condemnatus, gaudet beneficio præsentatæ, & num. 16. quod declara ut num. 17.*

12 *Statutum Laicorum, quod bannitus possit impunè occidi, non comprehendit Clericos.*

13 *Contraria opinio est magis communis.*

14 *Statutum, ubi agitur de remissione banniti occidentis alterum bannitum, includit etiam Clericos Bannitos?*

15 *Clericus, & si non valeat expressè privilegio Clericali renunciare, benè poterit tacitè per dimissionem habitus, immixtionem in negotiis laicalibus, & in statu laicali vivendo.*

16 *Resolutio Sac. Consulta refertur.*

RESOLUTIO XXIII.

BAnnitus, & forjudicatus potest capi, vel occidi, & potest etiam captus occidi, si capiens non sit de familia Curiæ, de qua etiam dici Guidatos ab eadem pro faciendis servitiis, & aliis bannitis occidendis, concludit *Author in hac* 23. *resol. cum Sanfel. decis.* 249. licèt fundare desideraffet quod post capturam, vel quando vivens Bannitus capi posset, occidi non permitteretur, ista tamen licet voluntas pia cum impiis amittat privilegium, nec operetur effectum,

1 *Cabal. cas.* 294. *nu.* 294. ubi quod severitatem exercere quandoque major est misericordia, sumpta occasione exilii dictione universali, omnibus, qua utitur Regni Constitutio *pœnam eorum* ibi, *& hostis publicus reputetur, sic ut ab omnibus offendatur impunè*, quæ ex sui natura neminem excludit *l. 1. & ibi DD. ff. de leg. prim. verb. per omnia l. Julianus ff. de legat. 3. cap. sunt nonnulli 1. quæst. 1. Farin. q. 108. num. 60. cap. solito de majorit. & obedien. Surd. cons. 31. num. 27. cons. 73. num. 62. Cephal. cons. 136. nu. 21. Rot. decis. 143. num. 19. par. 4. tom. 2. recent. Merlin. decis. 251. num. 6. Sperel. decis. 120. num. 28.* veniret dicendum quod filius etiam potest occidere patrem bannitum, maritus uxorem, & è contra, & tantò magis frater fratrem.

Verùm respectu uxoris aliter decisum refert. *Vinc. de Franc. decis. 276. per tot.* ubi quod occidens bannitum fuit tortus simul cum uxore, de cujus mandato præsumebatur occidisse ex indiciis mandatum arguentibus, idem concludit de filio, ut nec

3 ei permittatur occisio patris banniti, & rebellis, nisi actu venientis ad expugnandam patriam, nec aliter patria liberari posset, respondens objectionibus, & fundamentis opinionis contrariæ ex *n. 10. & num. 5.* ex *Bald. in l. Gracchus C. de adulter.* concludit regulari justitiam, & injustitiam occisionis, seu permissionem, & prohibitionem à persona mandantis, cujus opinionis est etiam *Caball. cas.* 309. *num. 46. 47. & seq. Thor. in sua compend. decis. tom. 1. verb. mandatarius fol.* 329. quòd tamen non videtur verum indistinctè, quia immo etiamsi mandans posset impunè occidere, & mandaret occidi per filium, uxorem, vel patrem, adhuc punibile erit mandatum ex *Farin. quæst.* 103. *num.* 29. 116. & 117. uti refert hanc Sac. Consult. Neap. decisionem.

An autem eadem decisio procedat in Statu Ecclesiastico attenta Constitutione san. mem. *Sixti V.* vide

4 *eundem Farin. quæst.* 103. *num.* 275. 276. & 277. & nota ejus verba ante *num.* 277. ibi: *sed pro hac opinione contraria, quæ apud nos, si casus occurreret in practica servaretur, facit Constitutio Sixti V. volens filium pœnâ capitis puniri si Patrem bannitum receptaverit, & è contra*, etenim ex istis verbis formari poterit securius conclusio in fratre occidente fratrem bannitum, de quo habes sub *num.* 281. ubi simpliciter concludit, quod si casus contingeret, nulli dubium, quod ita servaretur in praxi.

Et dicit verum, quia lex, licet dura, observanda tamen est, *l. proponit ff. qui, & à quibus*, adde ea quæ ipsemet Author refert de receptante filium, vel patrem bannitum *quæst.* 713. *nu.* 262. 263. & 264. Dura videtur, quia lex de manu Patris ultionem filii recusat recipere, ut videre est *text. in leg. militer agrum §. detentorem ff. de re milit.* ne videatur (inquit tex.) pater ad supplicium filium obtuliffe, & tamen inter milites securissimè proceditur, ut videre est *l. 2. ff. eodem tit. §. in bello*, ubi non obediens

5 Duci exercitus, capite punitur, etiamsi res benè gesserit, idem experimur in omnipotenti Deo nostro, qui contentus obedientia cordis Abraham plus

6 amantis Deum, quam filium noluit recipere sacrificium Isach de manu Patris, adeo enim repugnat naturæ, & legi talis oblatio, ut noluit talis actionis probare ministerium, ut in *l. falsi quidem C. de falsis*, ubi accusationem falsitatis contra matrem Imperator prohibet recipi ad instantiam filii ibi: *monere vos matri vestræ secta mea* non patitur in *l. si magnum C. de his, qui accusare non possunt*, ubi

7 pœna exilii punit fratrem, qui fratrem de magno & capitali crimine accusat, & *l. iniquum C. eod. tit.* Pissima sanè lex, & ex omni parte veneranda permittens patri filiam occidere in sui honoris vindictam, *l. nec in ea ff. de adulter.* nil mirum, quia hac permissione patrem non usurum esse confidit, ibi: *Ideo enim Patri, & non marito mulierem, & comitem adulterum permissum est occidere, quod plerumque pietas paterni nominis consilium proliberis capit*, quando vero de offensione Principis, Imperatoris, & legum conditoris agitur vindictam filii offensoris de manu patris suscipere dedignatur, ut

8 in *d. l. milites §. desertorem*, cujus dispositionem non in solo desertore militiæ recipiendam esse DD. concludunt, sed in quocumque crimine læsæ Majestatis Divinæ, & humanæ, ut videre est *Farin. de pœn. tempor. quæst.* 98. *caus.* 18. *n.* 172. & post eum *Pascal. de pat. pot. par. 2. cap. 3. num. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.* ubi idem firmat in filio præsentante Patrem bannitum, vel matrem, ut *nu. 8. & 9.* referens exem-

9 plum pissimi, & generosissimi Proregis D. Jo: de Vega, qui audiens preces filii se offerentis remigare pro patre condemnato, ne dum liberavit Patrem, commotus pietate, sed filium præmio remuneravit.

Servanda tamen est *d. l. prospexit ff. qui, & à quibus*, *Bald. in l. quid ergo §. pœna gravior 2. lect. col. 2. ff. de his, qui notantur infamia, & in l. 1. C. si adversus delictum*, *Farin. cons. 44. in fin. Cabal. cas.* 97. *num.* 16. quia favore Reipublicæ, & ob publicam utilitatem

tem lata est, *Farin.cit.qu.113.num.64.*

An autem sub ista generalitate comprehendantur eo tiam Clerici, & Personæ Ecclesiasticæ, *Marsil.in suo cons.* 11. concludit affirmativè, & cum plures alii sequuntur, ut videbitur inferius verum hoc dictum *Marsil.* totius viribus impugnare conatur, *Cartar. decis.* 1. ubi refert Congregationem causarum criminalium condemnasse Sacerdotem, qui inimicum suum occiderat ex vindicta, associatus cum pluribus aliis armatis, cum maximo scandalo ac confessum de pluribus aliis criminibus inibi enunciatis in pœnam triremium per quinquennium, adeout ex resolutione, quam refert, desumi non potest quale fuerit votum, qualeque motivum talis condemnationis, cum occidere Bannitum ultra pœnam irregularitatis, de qua non dubitatur, punibile etiam sit Clerico occidenti ex vindicta, & odio particulari ex traditis per eundem *Cartar.in sua decis.1. num. . . . . & Giurb. consil.3. num.8.&* 13. *Guaz.de pac.quæst.61. num.1. Cavalc. decis.11.num.24.par.1. Ambros.decis.23.num.4.* Idque in eo casu non dubitatur, & ultro refert *Cartar.* eundem Sacerdotem confessum ex aliis delictis, ut propterea ex eis solum, vel unitis pœna triremium fuerit imposita ex voto Congregationis, non ex simplici occisione Banniti, quàm ultra pœnam irregularitatis impunitus Clericus substinet *Marsil. & alii*, qui eum sequuntur. De ista conclusione con-
11 tigit disputare in Sacra Consulta in causa Jacobi Mancini Civitatis Castelli Banniti, & condemnati in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum, qui postmodum præsentato capite alterius Banniti petebat remissionem à S. Consulta, cujus ordine, uti purus laicus fuerat ex causa homicidii per eum commissi condemnatus, & ei objiciebatur per fisci adhærentem, & occisi consanguineum, quod erat Clericus, producendo Bullas sui Clericatus, seu primæ tonsuræ, & ideo beneficio præsentationis gaudere non posse, ex eadem *decis.Cartar.la* 1. Ideò inibi allegata hìc volui inserere cum resolutione, ut imposterum sciatur, qualiter iste casus fuerit discussus, & resolutus.

Eminentiss. & Reverendiss. D. Jacobus Mancinus Civitatis Castelli officium Notariatus exercens, uti Laicus habens se in omnibus per Curiam sæcularem ejusdem Civitatis, ordine Sacræ Consultæ, fuit pro homicidio ei imputato in personam Franciscì Novelli bannitus, & condemnatus in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum usque de anno 1659.

Habuit mense præterito occasionem occidendi alium bannitum capitalem condemnatum pro homicidio qualificato, & fretus banni mentis Sacræ Consultæ, quibus remissio promittitur Bannito occidendi alium Bannitum, exposuisse periculo vitæ, & dictum Bannitum occidit, ac illius caput præsentari fecit juxta morem. Modò sperans remissionem, ei objicitur pro parte fisco Adhærentis, quod reperitur initiatus prima tonsura Clericali, producens instrumentum, seu litteras Clericatus, & ex isto prætextu, quod sit Clericus, licet per forum laicale solum condemnatus, uti purus laicus à beneficio præsentationis sit excludendus. Verum quia orator se purum laicum profitebatur in omnibus, & ita habebatur, & existimabatur in utroque foro, adeout si impedire condemnationem capitalem ex hoc capite tentasset, laborasset in vanum, & quatenus fuisset Clericus, adhuc quia bannitus per forum laicalem à beneficio præsentationis non fuisset excluſus de jure; Humiliter supplicat has suas præces admitti, ac fundamenta, & rationes, quas pro utraque conclusione adducit considerari.

Pro faciliori hujus propositionis resolutione, differentia videtur constituenda inter statutum, quod præcipit Bannitum impunè occidi posse, & inter statutum ordinans, quod Bannitus occidens Bannitum à banno remittatur.

In priori capite extat solemnis decisio *Cartar.la* 1. qui totis viribus conatur defendere, quod sub isto statuto veluti à Principe sæculari emanato Clerici
12 non comprehendantur, fretus authoritate *glos. in cap.2. verb.latronem de homicid. Mart. tract. de jurisd.par.4.cas.67.num.11. & sequ. Carol.de Grassal. lib.2.regal. Franc.Jur.* 17. *Lancellot. Corrad. in sua specul.omnium Judicum lib.1.cap.1.de Imperat.§.4. de præstantia Imperatoris verb.delinquens num.4.&* 8. *Greg.Sayr.in sua clavi reg.cas.conjc. lib.7. cap.11. de occis. alterius, quæ fit publica authoritate post num.3. in fin.* ubi concludit Principem sæcularem hanc potestatem Clericis dare non posse, sed solùm Papam, quorum fundamenta recensetidem *Cartar.* lato calamo in eadem sua *decis.1.ex num.*59. multiplicans illa usque ad *num.* 39. quæ arctiori calamo connumerantur per *Marsil.in suo consil.*11. & in substantia ad duo principia restringuntur, ad defectum potestatis, & prohibitionis Juris Canonici, Clericis etiam homicidii justi: Ea enim, quæ ex defectu voluntatis enunciat, non videntur considerandа, quia indicto bello per Principem contra suos, & Reipublicæ inimicos, etiam præmium concedendo occisoribus, gratum habeat servitium, & inimicorum extirpationem tam necessariam à quocumque ubicumque, & qualitercumque occidantur, etiamsi in Ecclesia, ut videre est *Guazzin.ad defens.cap.30.sub num.11. Macerat.lib.3.resolut.15. num.2. Scacc.de re judic. glos.7.qu.4.spec.2.num.2. vers.contrarium, Farin.quæst.*103.*n.*324.

13 Loquitur tamen *Cartar.* contra communem Doctorum opinionem, ut ipsemet fatetur pro contraria opinione reperiens *Marsil. citat.cons.*11.*per tot. Ricc.decis.Cur.Archiep.Neapol.*587.*in sua prax.ejusdem Curiæ, Foller.pragmat. Regni rubr.de exulibus num.3.in fin. Horat.Carpan.in comment.ad cap.homicidia, Novar.in Constit.Mediolan.tit.de pœn.nu.*645. *Bajard.in addit.ad Clar.§.homicidium num.*259. *Bonacos.quæst.crim. verb.bannitus fol.*30. *versic. stante statuto Farin. quæst.*103.*num.*142. *Ambros. dec.*23. *lib.* 1. quibus modo adduntur idem *Ricc. decis.* 98. *par.2. Jo: Grand. de bello exulum sub tit. de prædic. pat.special.* 23.*fol.*38. *& Carol. de Graff. de effect. Cleric.effect.2.num.*374. *juncto num.* 165. *& effect.3. num.* 500. adeout pugnent pro affirmativa contra *Cartarium* decem DD. insignes, qui in tractatibus, in consiliis, & in judiciis ita firmarunt, & observarunt, & tamen ipse *idem Cartar.num.*200. contra communem non esse judicandum fatetur, sit tamen quid sit de ista opinione, & decisione *Cartar.* quæ in casu suo justa etiam existimari potest, nec DD. præfatis repugnans, cum Bannitum occiderit ille sacerdos in odium, & vindictam manifestam in comitiva plurium hominum armatorum cum aliis non minus scandalosis, & perniciosis actibus, & actionibus, aliisque delictis inibi enumeratis, ex quibus non immeritò in pœnam illam extraordinariam fuit condemnatus.

In secundo casu, ubi de statuto agitur remittente Bannitum occidendo alium Bannitum, nihil vide-
14 tur obstare ex motivis recensitis per *Cartar.* quin Clericus bannitus tali beneficio gaudere non valeat, non deficit potestas; quia Clericus eo ipso quod est Bannitus per forum laicalem, est effectus de ejus foro, quia uti Clericus condemnari, & capitaliter ban-

Digitized by Google

banniri non poterat. Ideo juris est, ut ejusdem statutis ligetur, quia forum sortiri, & statutis ligari procedunt uniformiter, in terminis *Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. 2. num. 374. & 375.* Nec prætextus incurrendæ irregularitatis tunc attenditur, quia irregularis est propter homicidium commissum, & de foro sæculari effectus ex eo delicto, quod privilegium Clericatus excludit, & eum mortis reum declaravit, & hostem Civitatis, & esset sanè iniquum, ut quilibet bannitus de quolibet delicto gravissimo condemnatus, excepto crimine læsæ Majestatis vero, & proprio ex capite alterius Banniti remitti posset. Clericus vero, quia Clericus, sed non uti Clericus habitus in condemnatione, & banno capitali, de capite alterius Banniti de gravi, & gravissimo delicto imputati se remittere non posset. Et magis iniquum, ut Clericus effectus bannitus impunè occidi posset, & occisor præmium consequatur ex forma statuti, & successivè comprehenderetur in statuto passivè, activè vero esset exclusus, ut considerat *Carolus de Graff. d. effectu 3. n. 399. & 500. & effectu 1. n. 377.*

In casu præsenti, aut iste Jacobus Bannitus, fuit bannitus non obstante Clericatu, ob qualitatem homicidii ab eo commissi, & uti ritè, & rectè bannitus per forum laicalem, ejusdem statutis vivit, & subjicitur, & modo à beneficio præsentationis per Sacram Consultam ordinato non venit exclusus, aut non ob qualitatem delicti commissi, sed quia vivebat uti laicus, & statum laicalem profitebatur, prout necessariò credi debet ad validitatem sententiæ, & plenè constare potest in processu, ac plenius ostenditur ex privilegio Notariatus, quem uti laicus exercebat, in habitu laicali incedens, negociis laicalibus implicatus, sine tonsura, ac nulli inserviens Ecclesiæ, & tanto magis, quia Clericus licet
15 privilegio Clericali expressè non valeat renunciare, valet tamen tacitè per dimissionem habitus, & implicationem ad negocia laicalia, in statu laicali vivendo *de Marin. cap. 50. lib. 1. n. 3. & seq.*

In actu habemus casum in S. Consulta de Clerico Jo: Baptista Ciavernella, qui reperitur condamnatus ordine S. Consultæ uti laicus, & ita prætendens condemnationem evitare, S. Consulta ordinavit fisco, ut faceret suas diligentias circa requisita S. Concilii Tridentini, an ex defectu iplorum sententia saltem subsistineri posset.

Constat in processu banni, & condemnationis de statu laicali ejusdem Banniti, pro sententia præsumitur, maximè in una Civitate, ubi facile Clerici, & laici cognoscuntur, pro laico se habebat, pro laico existimabatur, & uti laicus per forum sæcularem fuit condemnatus, ideo beneficiis fori laicalis ejusdem statuti modo non debet privari.

Addo ex abundanti, quod instante fisco, & adhærente fuit per forum sæcularem condemnatus uti laicus, & si occurrebat sententiam exequi illo interim optima reputabatur. Ideo hodie volens uti laicus
16 beneficio præsentationis gaudere, impediri non potest per fiscum, & adhærentes, opponendo de Clericatu. *In term. Vinc. de Franch. decis. 462. nu. 8. vers.* item dicebatur. Unde data etiam dubietate illius quæstionis. An uti Clericus gaudere debeat beneficio nominationis, seu præsentationis, quando à Curia Episcopali uti Clericus pro delicto ei imputato vexaretur, cessat totaliter, ubi in eodem foro sæculari, in quo fuit condemnatus, & bannitus, à banno, & condemnatione se remittere prætendit, virtute statuti laicalis.

Oppositа enim per *Cartar.* in casu suo militant, quando in Curia Ecclesiastica molestaretur Clericus pro occisione banniti, & se defenderet ex impunitate statuti. At ubi S. Consulta bannitis generaliter ex-
17 cepto banno pro crimine læsæ Majestatis promittit remissionem si occiderint alios bannitos, quilibet Bannitus per laicalem potestatem in foro laicali, sub tali generalitate compræhenditur, cum servitio recepto per occisionem Banniti, & Reipublicæ hostis audire non dignè videatur opponi per fiscum, nulliter instante me fuisti bannitus, non es compræhensus in banno, & beneficio statuti, præcipuè quia justa fuit sententia, justa præsumitur, & justè comperitur lata contra eum, qui licèt Clericus prima tonsura esset iniciatus. Clericalem statum dereliquit, & Clericus esse omisit.

Propolita causa in S. Consulta, & causa plenè discussa, fuit iste bannitus remissus, & ad beneficium
18 præsentationis admissus, habito prius verbo cum santiss. ob contrariam resolutionem, quæ præcesserat in eadem non plenè discussa, & ita fuit exequutum.

SUMMARIUM.

1 *Immunitas Ecclesiæ in quacumque parte indicii, etiam post sententiam in 2. & 3. instantia peti potest, & à Judice admittenda, declara ut n. 6.*

Responsionis articulus est articulus civilis.

Confessio facta in judicio criminali, reo non præjudicat in civili.

2 *Forjudicatus non potest amplius audiri adversus delictum, nec ad illius exclusionem probandam admitti.*

Directo quod fieri non potest, non debet fieri per indirectum.

3 *Immunitas Ecclesiastica respicit primario favorem Ecclesiæ, quæ habet in hoc principale, & primarium interesse.*

Res inter alios acta, tertio non præjudicat.

4 *Sententia lata in contumaciam tertio non præjudicat.*

Commodum, quod ex persona propria quis consequi nequit, potest ex persona alterius consequi.

5 *Forjudicationis pœna inter alias est, si forjudicatus sit quis ob delictum, pro quo amittere debet immunitatem Ecclesiasticam, illius immunitatis amissio.*

6 *Immunitati fori Ecclesiastici renunciari non potest.*

7 *Judicium repositionis est diversum à judicio forjudicationis, & quomodo hoc procedat?*

Exceptio fori si à Barone opponatur, constituit judicium diversum respectu ipsius Baronis, secus si opponatur à reo.

An forjudicatus pro delicto pro quo amittere debet immunitatem Ecclesiæ possit, si in Ecclesia capiatur, probare se non commisisse delictum exceptum ad finem gaudendi immunitate Ecclesiæ, & obtinendi repositionem.

RESOLUTIO XXIV.

Forjudicatus est N. pro delicto, pro quo non debet gaudere immunitate Ecclesiæ, captus est in Ecclesia, petit se in eam reponi, & in termino impartiri petito se offert probaturum nullum à se commissum esse delictum, propter quod ab immunitate Ecclesiæ sit excludendus: quæro an sit huic petitioni deferendum?

1 Pro parte affirmativa adduci potest, primo quod immu-

Digitized by Google

immunitas Ecclesiæ in quacumque parte judicii etiam post sententiam in 2. & 3. instantia peti potest, & à Judice admittenda est, *Ricc. in prima parte decis. Archiep. decis. 174. Joannes Baptista Thor. in compendio decisionum tom. 1. in verbo immunitas fol. 265.*

Secundò negari non potest judicium repositionis in Ecclesiam esse diversum à judicio criminali forjudicationis; est enim articulus repositionis articulus civilis, cum in eo non tractetur de liberatione, vel condemnatione inquisiti, sed tantum an sit nec ne reponendus, juxta tradita per *Franch. dec. 470. num. 10. & decis. 668. num. 1.* ergo confessio ficta inducta per contumaciam super delicto excepto, reo non præjudicabit in judicio civili repositionis, quia confessio ficta in judicio criminali reo non præjudicat in causa civili, *Bartol. in l. ejus qui delatorem in principio num. fin. ff. de jure fisci, Guazz. defens. 32. cap. 6. num. 1. vers. quod tamen.*

2 Pro negativa facit, quia reus postquam forjudicatus est, non potest amplius audiri adversus delictum, nec ad illius exclusionem probandam admitti, ut est *text.* expressus in *Constit. Regni pœnam eorum*, ubi passim *Doctores*, quod si reus admitteretur ad probandum se non commisisse delictum exceptum, licet ad finem gaudendi immunitate Ecclesiæ, id esset contra expressam prædicti juris municipalis prohibitionem, & regulam juris, quæ prohibet fieri etiam per indirectum, id quod directo fieri non potest, *l. sed etsi §. item si res ff. de pet. hæred. l. scire oportet §. 1. ff. de tut. & curat. datis ab his, cum concordant. Menoch. de præsumpt. quæst. 62. n. 46. lib. 1.*

Respondeo ad quæstionem cum distinctione, quod aut repositio petitur ab Ecclesia, quæ rei extractionem passa est, aut ab ipso reo forjudicato.

3 Si ab Ecclesia, affirmativa opinio sequenda est: moveor, quia Ecclesiastica immunitas, ne quis à loco sacro extrahatur respicit primario favorem Ecclesiæ, quæ in hoc habet principale, & primarium interesse, *Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 25. n. 1.* ubi *Ancharanum* allegat, & *cap. 26. num. 12. Farin. in append. de immunit. Ecclesiæ num. 304. & alii per eum relati.* & cum de ipsius præjudicio agatur, neque unquam fuerit audita super causa principali, non potest Ecclesiæ nocere id quod super sententia forjudicationis ipsa inaudita actum est, ex vulgata juris regula, quod res inter alios acta tertio non præjudicat, *l. sæpe ff. de re judicata, tot. tit. C. res inter alios acta cum concordant.* quod extra controversiam est, cum tertius inauditus habet in causa æquè principale interesse cum illo, qui fuit auditus, nedum magis principale, ut est in casu de quo agitur, *Gait. de cred. cum aliis copiosè per eum relatis cap. 2. tit. 3. num. 389. cum seq.* nec negari potest in hoc casu diversum esse judicium civile repositionis respectu Ecclesiæ à judicio criminali forjudicationis, quod inter fiscum, & reum inaudita Ecclesia actum est, nec Regni allegata Constitutio poterit ex supradictis officere juribus Ecclesiæ inauditæ.

4 Secundo confirmatur ex generali juris regula, quod sententia lata in contumaciam tertio non præjudicat, *Cancer. lib. 2. variar. resolut. cap. 16. num. 116.* non ergo contumacialis sententia forjudicationis contra inquisitum lata Ecclesiæ præjudicare potest.

Non obstare potest, quod reus forjudicatus contra id quod videtur disponere allegat. Regni Constitut. consequitivè ex hoc commodum sentiat; quia novum non est, ut quis ex persona alterius consequatur commodum, quod ex propria persona nequit, *text. in l. si communem C. quemad. servit. amitt. Covarruvias practicarum quæst. cap. 24. num. 1.* & ita fuit decisum per Magnam Curiam in causa illorum de Polo forjudicatorum pro crimine excepto, referente Domino Judice de Stefano *de anno 1640.*

Si vero repositio petitur ab ipso reo forjudicato, tunc negativa opinio verior videtur ex supra allegata ratione, 5 nam inter pœnas delicti, pro quo quis forjudicatus est, si illud tale est, ut pro eo amitti debeat immunitas Ecclesiæ, est amissio immunitatis Ecclesiæ, & lata sententia forjudicationis, per quam quis pro confesso ac victo habetur, in consequentiam veniunt omnes pœnæ pro illo delicto impositæ, & pœna amissionis immunitatis Ecclesiæ dicitur expressa virtualiter *in ipsa* sententia foriudicationis, ad tradita per *Franc. dec. 213. num. 28. Giurba consil. crim. 58. n. 22.*

Nec obstant in contrarium adducta; & primo non obstat, quod repositio potest peti etiam post sententiam, quia id verum est, quando agitur de delicto, 6 pro quo non amittitur immunitas Ecclesiæ, quo casu etiam post sententiam potest probari extractio ab Ecclesia, & probata extractione obtineri repositio, & in his terminis procedit, ut est videre, *allegata per Th. decisio*, est enim hæc immunitas similis fori Ecclesiastici immunitati, cui renunciari minimè potest, *Decian. dicto lib. 6. cap. 26. num. 12.* secus est in casu de quo agitur, in quo supponimus ob delictum amitti immunitatem Ecclesiæ, jam esse sequutam condemnationem, reum non posse amplius audiri adversus condemnationem, nec posse repositionem obtineri, nisi adversus condemnationem (id quod jus municipale prohibet) audiatur, cum sibi imputare debeat, qui citatus, & monitus à Judice comparere neglexerit, seque ab Ecclesiastica immunitate in pœnam delicti excludi (ut supra consideravi) passus est.

7 Non obstat, quod judicium repositionis sit diversum à judicio forjudicationis, quia quicquid sit quando repositio petitur ab ipsa Ecclesia, certè secus est quando petitur ab ipso reo, quo casu exceptio prædicta non diversam constituit judicii speciem à judicio principali forjudicationis, sed ad unum idemque judicium pertinet, ad *tex. in l. pen. C. de ordin. judicior.* & *tradita* per *glos. in l. 1. C. eodem in verbo quoniam*, ubi quod articulus civilis incidens in causa criminali unum idemque judicium constituit: quemadmodum non dissimile est, id quod traditur de exceptione fori, quæ si à reo opponatur non constituit judicium separatum à causa principali delicti, sed est merè incidens, & interloquutoria, quicquid sit quando opponitur à Barone.

Respondeo etiam, quod esto quod hoc judicium repositionis esset diversum à judicio forjudicationis, tamen cum delicto sit jam cognitum in judicio forjudicationis, non poterit illius cognitio refricari in judicio repositionis etiam ad alium finem, cum inter easdem personas agatur, ut ex *Bart. & Socc.* docet *Sanch. de matrimonio lib. 10. disput. 8. num. 20.* & ita decisum memini per M.C. delegatam in causa Joannis Baptistæ Verde forjudicati pro homicidio proditorio, cui fuit denegatus terminus super petita repositione in Ecclesiam, in qua captus fuerat, cum etiam petiisset antequam proponeret nullitates adversus sententiam forjudicationis.

SUMMARIUM.

1 *Probata in judicio repositionis an impediant, vel retardent executionem sententiæ forjudicationis, si iterum forjudicatus venerit in manus Curiæ?*

2 For-

Digitized by Google

2 Forjudicatus statim quod captus est, facta recognitione, morti tradendus est, nec amplius auditur super probatione innocentiæ, nisi adsit sententia notoria nullitas.

Sententiæ nullitas oritur ex actis ante sententiam non ex iis, quæ probantur post sententiam.

Actum principaliter, non quod secundario, & in consequentiam venit, est attendendum.

Actus factus ad unum finem, non potest parere alium finem ad quem actus non fuit directus.

Sententia lata in judicio repositionis non potest ullam parere exceptionem rei judicatæ in judicio criminali executionis sententiæ forjudicationis.

Sententia lata in uno judicio, non parit exceptionem rei judicatæ in alio nisi inter easdem personas, & ad eundem finem.

3 Ad absolvendum proniores esse debemus.

Rei innocentia, quandocumque liquet, etiam post condemnationem, illius executio supersedenda est.

4 Forjudicatus postquam captus est, potest opponere omnes exceptiones, quæ nullam reddunt forjudicationem, sive ab initio fuerunt oppositæ: sive non, dummodo sint notoriæ, & evidentes.

Exceptiones dicuntur notoriæ, cum constant ex eisdem actis.

Forjudicationis sententia potest annullari per aliquam publicam scripturam probantem ejus nullitatem.

5 Acta in judicio repositionis efficiunt notorium.

Absurdum est, & à bono Judice alienum morti aliquem tradere, quem mori non debere ex actis in promptu constat.

Justum, & innocentem non occides.

Judex dicitur vir bonus.

Sententia evidenter injusta non exequenda.

6 Judex tenetur ex officio supplere quæ ad rei defensionem faciunt, & reo favere comperta ejus innocentia, etiam post sententiam.

Res inter alios acta ubi non agitur de præjudicando tertio, sed de ipsum juvando, facilius prodest quam nocet.

Inconveniens non est ut reus medio Ecclesiæ obtineat, quod alioquin ex propria persona obtinere non potuisset.

7 Protestationes, quod probationes faciendæ super articulo repositionis, nocere non debeant fisco super sententia forjudicationis, sunt per Judicem faciendæ, quidve operentur?

Probationes receptæ fisco non contradicente etiam in casu quo recipi non debent, fisco præjudicant.

8 Intellectus ad l. 1. §. si quis ultro ff. de quæst. & l. divi fratres ff. de pœnis.

9 Sententia forjudicationis non est exequenda, si per probationes factas in judicio repositionis per evidentiam facti constet forjudicatum non deliquisse.

Capitaliter condemnato succurrendum est, licet Judex sententiam condemnationis revocare non possit, quoties evidens æquitas id exposcit.

10 Judex si videt sententiam capitalem in reum prolatam esse evidenter injustam debet detecta forjudicati innocentia supersedere in executione, & principem consulere, & respondetur contrariis num. 11.

Forjudicatus sententia prolata nefas est dicere, quod reus ullo modo admittatur ad innocentiam probandam.

11 Intellectus ad cap. 2. de purg. vulg. & l. inde Nerarius §. fin. ff. ad l. Aquiliam, & cap. sollicitudinem de appellat.

Confitens occidisse hominem, si doceat hominem non esse occisum, sed vivere, nulla ex confessione nascitur actio.

Confessionis errore edocto, reus est absolvendus.

Injustitia notoria æquiparatur nullitati, & reddit decretum nullum.

Judex post sententiam, non potest super ea amplius manus apponere, quia functus est officio suo.

12 Princeps tenetur providere indemnitati condemnati, cum de ejus innocentia apparet.

13 Sententia forjudicationis non est exequenda si notoriè liquet forjudicatum esse innocentem etiam si id non constet per evidentiam facti, puta si constet delictum ab aliis commissum.

Exceptio innocentiæ si sit evidens nunquam censetur exclusa etiam post sententiam.

14 Exceptio delictum non esse commissum, vel commissum, sed ab alio differunt, & variè considerantur.

Confitens occidisse hominem, tenetur etiam si constet non ab ipso, sed ab alio occisum esse, sed si constet nullo modo hominem occisum esse, non tenetur & quomodo hoc procedat?

15 Probatio per publicum instrumentum ad exclusionem delicti, & rei innocentiam demonstrandam, quando ipsi reo opituletur?

Probatio per publicum instrumentum dicitur evidens, manifesta, & notoria?

16 Sententia forjudicationis, si constet notoriè delictum à forjudicato commissum non esse dignum pœna mortis, & sententiam contumacialem majorem pœnam continere, quam delicti qualitas exposcit, Judex supersedere debet ab ejus executione, & Principem consulere.

Pœna delicto est commensuranda.

17 Sententiæ forjudicationis executio non ex qualibet innocentiæ aut defensionis probatione retardanda.

Sententia in rem judicatam transacta pro veritate habetur.

Sententia in rem judicatam transacta, ut ejus executio impediatur ob ejus injustitiam, necesse est ut injustitia sit notoria, certa, & infallibilis.

Sententia etiam criminalis, transit in rem judicatam.

Sententia forjudicationis valida lata, nullus adversus eam supplicandi, appellandi, aut probandæ innocentiæ supereſt locus.

Neque rescriptum Principis in contrarium valet, si non contineat clausulam non obstante, &c.

18 Probationes in judicio repositionis instante Ecclesia factæ per testes, etiamsi per eas constet de innocentia rei, non cogunt Judicem sequi dispositionem supradictorum jurium, l. divi fratres ff. de pœnis, leg. & si nihil ff. de reg juris.

Probantur multa per testes, quæ vera non sunt.

Judex secundum veritatem judicare tenetur.

Probationes carcerati præsentis, juvant etiam inquisitum absentem, & quomodo hoc procedat?

19 Judex consentiendo probationi, cui contradicere debebat, præsumitur juri suo renunciare.

Juris renunciatio non præsumitur. Actus, cum subest causa necessaria, præsumitur ex illa causa necessaria factus non ex voluntaria.

20 Probationum materia arbitraria est.

Arbitrio Judicis residet an sententia forjudicationis sit exequenda, vel consulendus Princeps, cum per testes, aut aliter constat de innocentia rei forjudicati.

Notorietas tunc dicitur adesse, cum probatio nulla tergiversatione celari potest.

Opinio vehemens sæpe æquiparatur certitudini.

Intellectus ad l. 1. §. si quis ultro ff. de quæst.

Cunctatio nulla videri debet, cum de vita, & morte hominis agitur.

Via tutior eligenda.

Digitized by Google

21 *Casus in quibus innocentiæ probatio post forjudicationem superveniens forjudicato potest prodesse.*

An ex probationibus ad finem obtinendi repositionem in Ecclesiam admissis possit forjudicatus se juvare adversus executionem sententiæ forjudicationis, si post petitam repositionem, & obtentam iterum cum capi contigerit extra Ecclesiam; ad intellectum text. in l.1.§. si quis ultro ff. de quæst. cum concord. & an dentur casus in quibus possit forjudicato probatio innocentiæ post forjudicationem superveniens?

RESOLUTIO XXV.

Dmissa prædicta opinione pro vera, quemadmodum eam verissimam existimo, pono casum, quod fit ex parte Ecclesiæ petentis repositionem sufficienter probatum id quod ad obtinendam repositionem requiritur; & potest poni exemplum: Fuit v. gr. quis forjudicatus pro homicidio proditorio, propter quod amittitur immunitas Ecclesiæ, fuit captus in Ecclesia, instatur ex parte Ecclesiæ pro repositione in eam, ex quo contenditur verum non esse, quod homicidium proditorium commiserit; datur terminus super repositione; in termino repulsantur testes producti à fisco ad fundandam proditionem per alios testes, qui producuntur nomine Ecclesiæ; probatur exclusio delicti, puta per negativam coarctatam loco, & tempore, vel probatur in contrarium aliqua qualitas, quæ non solum operatur repositionem, sed talis est, ut si à principio constitisset sententiam forjudicationis impediwisset; ut puta quod occisor in rixa ab occiso provocatus, vel ad necessariam defensionem homicidium, ex quo forjudicatio orta est; perpetrarit: reponitur propter has probationes in Ecclesiam; tandem iterum extra locum immunem capitur, de
1 executione sententiæ forjudicationis agitur, ac pro ea fiscus instat: quæro an sit habenda ratio eorum, quæ in judicio repositionis probata sunt ad retardandam exequutionem sententiæ forjudicationis, si alioquin ut suppono præfata sententia justa, & valida est?

2 Pro negativa opinione urget, quod forjudicatus statim atque captus est facta recognitione statim morti tradendus est, nec potest amplius audiri, & probationes adducere super innocentia, & meritis causæ, nisi aliquam notoriam, & evidentem offerat nullitatem, *Foller. in verbo capt. forjudic. recogn. num.1. & seq. Tap. in dec. Sacr. Cons.54. & Doctores* passim per *illum text. in Const. Regni pœnam eorum*, & alibi dixi; sed in ejusmodi sententia, ut supponitur, nulla fuit commissa nullitas, nec probationes in judicio repositionis adductæ post illius prolationem illam nullam reddere ullo modo possunt, quia validitas, vel nullitas sententiæ oritur ex actis ante sententiam, non ex iis, quæ probantur post sententiam, ut sunt *text. in l.1.§. si quis ultro ff. de quæst. l. divi fratres ff. de pœnis, l. Imperatores ff. de re judicata*.

Neque vero reo favere potest in hoc judicio ubi de forjudicationis exequutione agitur, id quod in judicio repositionis, licet pro reo obtinuit Ecclesia, quia licet reus in prædicto judicio repositionis aliquam receperit utilitatem ex probationibus super delicto, aut illius qualitate adductis, nihil actum est principaliter de justitia, & validitate, aut injustitia; & invaliditate sententiæ, nec rei commodum nisi per quandam consequentiam contemplatum est, unde locum habet regula, quod id quod principaliter actum est, non id quod secundario, & in consequentiam venit est attendendum, *l. quamvis*, ubi *Bart. ff. de auro, & Argen. legato*, neque cum processu forjudicationis rite recteq; agitato quicquam commune habent probationes post sententiam supervenientes, utpote receptæ in diverso judicio: quemadmodum supra dixi, inter Fiscum, & Ecclesiam pro juribus Ecclesiæ tantum instantem ad finem obtinendi repositionem, non autem invalidandi sententiam forjudicationis; unde illius exequutionem impedire non possunt, quia actus factus ad unum finem, non potest parere alium finem, ad quem actus non fuit directus, *l. non omnis ff. si certum petatur, Hyeronim. Gabriel. consil. 179. lib. 5.* nec sententia lata in judicio repositionis potest ullam parere exceptionem rei judicatæ in judicio criminali supradicto exequutionis sententiæ forjudicationis, quia sententia lata in uno judicio non parit exceptionem rei judicatæ in alio, nisi inter easdem personas, & ad eundem finem, *Boss. in tit. de falsis instrumentis nu.2. Guazz. defens.35.cap.25. num.9. Cancerius variar. resolut. lib.1. cap.16. nu.82. in fine.*

3 Affirmativam opinionem suadet favor defensionis, & absolutionis, in quam semper proniores esse debemus, *vul. l. Arian. ff. de act. & oblig. l. non puto, ff. de jure fisci*, & quod quandocumque de rei innocentia liqueat, etiam post condemnationem, illius exequutio supersedenda est (quicquid aliud reo semel absoluto dicendum sit) *d.l.1. §. si quis ultro, ff. de quæstion. l. Divi Fratres, ff. de pœnis, Boss. in titul. si adversus rem judic. restit. postuletur n.9. & seq. & in tit. de supplic. adver. rem judic. n.7. Gomez. tom.3. variar. resol. n.33. & 36.* cum igitur sententia forjudicationis proferri non possit in quempiam, nisi pro delicto, quod mereatur pœnam mortis, & nisi adsint contra reum indicia ad torturam, ita ut alioquin nulla sit, ut abunde dixi in prioribus resolutionibus, & ex probationibus licet post sententiam forjudicationis receptis constet illam esse prolatam in casu, in quo proferri non debuit, vel quia est probata qualitas exclusiva pœnæ mortis, vel quia est probata innocentia forjudicati, consequens est Judicem supersedere debere in exequutione talis
4 sententiæ. Confirmatur supradicta opinio, quia reus postquam captus est potest opponere omnes exceptiones, quæ nullam reddunt forjudicationem, sive sint ab initio oppositæ, sive ab initio non oppositæ, *Franch. decis. 673. n.8. & decis. 674.* dummodo sint notoriæ, & evidentes, ita ut non egeant termino ad probandum, *Reg. Tapp. in d. dec. 54.* dicuntur autem notoriæ cum constant ex eisdem actis sententiæ (id quod absque scrupulo procedit) *Rovit. in rubr. ad pragm. de sent. forjud. n.32.* dicuntur evidentes cum non indigent termino ad probandum, sed aliqua publica scriptura comprobantur, *Ursill. ad Afflict. decis. 356. n.1.* & passim videmus annullari forjudicationes cum per aliquam publicam scripturam fundatur nullitas adversus earum exequutionem: quemadmodum in M.C. memini annullatam forjudicationem Joannis Baptistæ Verde adducta publica scriptura, quod citatio Nuntii non erat intimata (pro ut retulerat Nuntius) in domo solitæ habitationis, cum ageretur (reo jam carcerato) de exequenda sententia forjudicationis, unde cum acta

in

5 in judicio repositionis uti publica, & judiciaria efficiant notorium, *cap.ex insinuatione de appell.cum simil.Ursil.ad Afflict.decis.*28.*n.*1.& ex eis in promptu constet exceptio impediens, censenda sunt sufficientia ad ejus exequutionem retardandam.

Et utcunque ex supradictis nullitas non resultaret ex illis actis, ut pote gestis post sententiam, saltem negari non potest valde absurdum, & à bono Judice alienum videri, ut is morti tradatur, quem mori non debere ex actis in promptu productis constat; dictum est enim justum, & innocentem non occides *exodi cap.*23.& cum vir bonus proculdubio dicatur Judex *l.continuus, §.cum ita, ff.verbor.oblig.* cavere omnino debebit ne quis ex ejus sententia injuste in bonis, vel in persona damnum patiatur, *Covar.variar.resol.lib.*1.*cap.*1.*n.*8. *in fine*, & ubicumque sententiam injustam videt, ab ejus executione abstinere debet, ad tradita per *Innocent.in cap.pastoralis de offic.delegat.Bald.in l.addictos, C.de Episcop.Aud.Addens ad Bartol. in dict. l.*1. *ff.de quæst. §.si quis ultro lit.F. Decius in l.& si nihil n.*2. *ff.de reg.jur. Marsil. d.§.si quis ultro n.*75. *Boss. in tit.de via facti, & denunt.Evang.contra sententiam per totum.*

6 Nec ad rem facere videtur, quod testes sint recepti ad alium finem, & in diverso judicio, quia Judex comperta innocentia quicumque is sit, qui ejus probationes subministraverit, & patefactis iis, quæ ad rei defensionem faciunt etiam ex officio supplere, & reo favere debet, *l.si non defendantur, ff.de pœnis. Dec.in cons.*429.*n.*3. id quod etiam post sententiam procedere notat *Add. ad Bart. in d. §.si quis ultro vers.post conclusionem lit.D.* & licet judicium repositionis processerit inter Fiscum, & Ecclesiam, ut supradictum est, non inter inquisitum, tamen res inter alios acta, ubi non agitur de præjudicando tertio, sed de ipsum juvando, facilius prodest quam nocet, *text.in l.denunciasse quæritur ubi glosa in vers.nec ultra, ff.ad leg.Juliam de adult.* idque eo magis cum probationes, licet nomine Ecclesiæ productæ, tamen super delicto receptæ sint, & negari non possit de delicto, vel ejus qualitate actum, unde delinquentem licet res cum alio acta sit facilius juvare debent. *Marsil.dict.§.si quis ultro n.*70. nec inconveniens videtur, ut reus medio Ecclesiæ obtineat, quod alioquin ex propria persona obtinere non potuisset, ut supra ponderavi ex *allegat. text. in l.si communem, ff. quemadmodum servitus amitta.*

7 Hæc opinio tutius procedere videtur ubi probationes productæ super articulo repositionis essent per Judicem receptæ absque protestatione, quod illæ nocere non debeant Fisco super sententia forjudicationis, ad rem *Guazz. defens.*28.*cap.*4.*n.*3. *cum aliis per eum adductis*, ubi quod articulus productus, & probatus juvat etiam absentem socium inquisitionis, si Judex non protestetur, quod absentem relevare minime debeat; & facit quod probationes receptæ Fisco non contradicente etiam in casu quo recipi non debent Fisco præjudicant, *Franch. dec.*278. *n.*7. ubi hoc ampliat etiam si probationes sint receptæ contra præsumptionem juris, & de jure, immo etiam contra rem judicatam, *Menoch.q.*68. *num.*3.

8 Resolutionem hujus quæsiti necessario dependere existimo ex intellectu jurium in *l.*1. *§.si quis ultro, juncto text. in d. l. Divi fratres*, cum enim sententia forjudicationis transeat statim post ejus promulgationem in rem judicatam, ita ut nulla supplicationis, vel appellationis ope rescindi possit, ut supra dixi, quid quantumque liceat Judici, qui tulit condemnationis sententiam transactam in rem indicatam, comperta condemnati innocentia, videndum est, & sumendum ex dictis legibus, in quibus de hoc expresse agunt juris consulti, habere enim locum prædictas leges etiam ubi sententia transitum fecerit in rem judicatam exploratum esse tradunt expresse *Boss.in tit.de remediis justit.contra sent. ex concessione Principis n.*1.& *seq. Gomez. d.tom.*3.*cap.*13.*n.*36.*et ad leg.Taur.l.*40.*n.*10.*vers.*4. *quia, Bovadigl.polit.lib.*2.*cap.*16.*num.*146.*in lit.M. Scacc.de judic.lib.*1.*cap.*97.*n.*131.*vers.sententia, quæ transivit*, inhærendo igitur terminis legum prædictarum: Prima conclusio sit, quod si probationes 9 per Ecclesiam adductæ in judicio repositionis sint tales, ut per evidentiam facti constet forjudicatum non deliquisse, ut quia omnino substantia delicti non sit commissa, & exemplum adduci potest si constet vivere eum, quem forjudicatus occidisse arguebatur, aut quid simile, & tunc Judex omnino abstinere debebit ab exequutione sententiæ forjudicationis: hanc conclusionem absque dubio, & scrupulo firmandam censeo ex iis quæ Doctores passim amplexi sunt, *Decius in l.& si nihil n.*2. *& ibid.Cagnol.n.*4. *ff.de regul.jur. Marsil. d.l.*1. *§.si quis ultro n.*72. *Gomez.tom.*3.*var.resol. cap.*13.*n.*33. *Clar.§.fin. qu.*52. *in princ. & qu.*98.*n.*8. succurritur enim capitaliter condemnato, licet Judex sententiam condemnationis revocare non possit, adversus prædictam sententiam, quoties evidens æquitas id exposcit, ut omnino ad rem de qua agitur ponderant *Decius, & Cagnol.in d.l.& si nihil, ff.de reg.jur.* & passim *Doctores per illum textum*, quæ procedunt nedum in capitaliter damnato per diffinitivam sententiam contra præsentem latam, sed etiam in forjudicato, utcumque super innocentia, quemadmodum sæpius dictum, amplius is audiri non possit, ratio enim quæ evidenti innocentiæ, etiam post sententiam detectæ favendum suadet, militat etiam in condemnatione hac contumaciali, *Marsil.in dict. §.si quis ultro n.*71. *Dec.in d.l.& si nihil n.*4. *Boss.in tit.de remediis contra bannum* 1.& *seq.Gail.de pac. pub.lib.*1.*cap.*5.*n.*6. *Farinac.qu.*11.*n.*20. *Scacc.de judic.lib.*1.*cap.*96.*n.*138. *Rovit.ad rubr. prag. de sent. forjudic. n.*9. quorum dicta sunt proculdubio ad-10 mittenda quoad hoc ut Judex saltim supersedeat in exequutione sententiæ, & principem consulat, juxta terminos *alleg.§.si quis ultro, & l.Divi Fratres*, non tamen dicta *Farinac.eadem qu.*11.*n.*15. *vers.ic. respondeo* 2. ullo modo applicari possunt ad casum de quo agitur, ut si reus offerat probare innocentiam, Judex supersedeat in exequutione sententiæ contumacialis, fatuus enim in hoc Regno Judex esset, qui hanc praxim admitteret adversus sententiam forjudicationis, in qua nefas est dicere, quod reus ullo modo admittatur ad innocentiam probandam, ut ipsemet *Farinac.* innuit eadem *qu.*11. *n.*14. sed id quod dictum de supersedendo in exequutione hujus sententiæ procedere potest in terminis qui supponuntur, quando scilicet absque forjudicati instantia reperiretur, ut supra commemoratum est, detecta forjudicati innocentia, id quod expresse sentit in terminis *d.§.si quis ultro, Gomez. allegat.cap.*13.*n.*33. ubi quod ille *text.* intelligendus est, ut constare debeat de innocentia condemnati per evidentiam facti ex officio Judicis, & non ad instantiam partis.

11 Sed an in hoc casu ubi innocentia post sententiam constat per evidentiam facti, eo modo quo supradictum est, necesse sit pro revocatione sententiæ principem adire? negat *Decius in d.l. & si nihil num.*4. quem refert *Cagn.ibid.num.*4.& sequitur *Marsil, dict.§.si quis ultro n.*82. & concordat *Boss.in*

Digitized by Google

*tit.de delictis n.*32. adducunt *text. in cap.*2. *de purgat.vulg.& in l.inde Neratius §.fin. ff.ad leg.Aquil.* & ultra dicta jura adducit *Marsil. text.in cap.sollicitudinem de appellat.* sed prædicti *text.* nihil ad rem faciunt, nam *text. in cap.*2. *de purg.vulg.* procedit, quia sententia fuit lata ex probationibus à jure canonico reprobatis, ut deducitur ex *text. in cap.*1. *eod.titul.de purgat.vulgari*, & tradit *Gaill.de pace lib.*2. *cap.*7. *n.*24. & consequenter est nulla, ut notatur in dicto *cap.*2. nihil mirum si eam Judex auctoritate ordinaria revocare potest absque recursu ad principem, ad *vulgat.text.in l.*4. *§.condemnatum, ff.de re judic. Scacc. de judiciis lib.*1. *cap.*97. *n.*135. *& n.*187. non potest igitur ad casum de quo agimus inferri, in quo sententia supponimus valida, & dubitatur an possit ex probatione innocentiæ superveniente revocari, *text. in l. inde Neratius §.fin.* neque ad rem facit, quia quod ibi traditur est, quod si quis confiteatur se occidisse hominem, & doceat hominem non esse occisum sed vivere, nulla ex confessione nascitur actio, nulla in eo textu fit mentio de condemnatione, qua non sequuta quis dubitat licere docere de errore confessionis, & docto de errore posse Judicem reum absolvere ex ordinaria Judicis potestate, juxta tradita per *Farinac.qu.*81. *n.*25. *& n.*315. *& seq.* ubi latissimè? Non denique prædictam *Decii*, *& Marsilii* opinionem juvat *alleg.text. in c.sollicitudinem*, nam ibi supponitur decretum fuisse ab initio notorie injustum, & propterea non transire unquam in rem judicatam, quia notoria injustitia æquiparatur nullitati, & reddit decretum nullum, *Glos.ibid.in verb.declarare*, *Ursil.ad Afflict. decis.*28. *n.*4. *& seq. Cancer. lib.*2. *variar.resol.cap.*15. *n.*62. merito ad decreti in *dicto cap. contenti* revocationem non est necessaria Principis auctoritas, in casu de quo quæritur diversi termini supponuntur, ut supradictum est: rectius igitur *Gomez.allegat.n.*33. *cap.*13. etiam si per evidentiam facti liqueat de innocentia rei, quia non sit delicti substantia commissa, ut supra explicatum est, si sententia fecerit transitum in rem judicatam, opinatur non posse prædictam sententiam transactam in rem judicatam absque recursu ad principem retractari, idque tutius esse docuere *Felinus* relatus per eumdem *Marsil. d.n.*82. *Cagn. in d.l. & si nihil n.fin.* ubi aperte discedit ab opinione *Decii*, *Guazz.defens.*36. *cap.*16. *n.*4. *vers.sed judicio meo*, *Clar. d.qu.*98. *n.*8. ubi etiam in casu, quo doceatur vivere eum qui à reo dicebatur occisus, non posse Judicem postquam functus est officio suo reum semel condemnatum absolvere, sed necesse esse tradit ad Principem rescribere; quod confirmatur, quia prædictorum jurium nempe *§.si quis ultro, & l.Divi Fratres* dispositio fundatur, ut præsertim colligitur ex *dicto §.si quis ultro in verb.sed præses*, in eo quod soli Principi licet sententiam transactam in rem judicatam rescindere, nec potest ordinarius Judex postquam functus est officio suo ad sententiam, quam semel tulit manus apponere, si sententia, ut supponitur justa, & valida sit, juxta *text. concordantes in l.acta, §.de amplianda, & l.Judex postea quam, ff.de re judicata ubi glos. & communiter DD.* quæ quidem ratio, etiam cum de damnati innocentia liquet per supradictam facti evidentiam, urget, ex quocumque enim capite agatur de revocanda sententia prædicta obstabit defectus potestatis in Judice ordinario.

12 Recurretur ergo in hoc casu ad Principem, qui condemnati tenebitur providere indemnitati & saluti, est enim hoc remedium (licet ex auctoritate Principis dependeat) de justitia debitum, magisque ex justitia, quam ex clementia Principis dependet, ut declarat *Boss. in tit. de remediis justitiæ contra sententiam ex concessione Principis in princip. & num.seq.*

13 Secunda Conclusio, si commissa sit delicti substantia pro quo quis forjudicatus est, & consequenter non adsit supra enarrata facti evidentia, tamen adhuc evidenter, & notorie liquet forjudicatum esse innocentem & non commisisse delictum pro quo quis forjudicatus est, sed illud esse ab aliis absque ipsius culpa commissum, adhuc prædictorum jurium dispositio locum sibi vindicat, nam & in hoc casu militat allegata ratio de qua *Dec. & Cagnol.in d.l. & si nihil, & alii passim*, quod ubi æquitas evidens exposcit, succurrendum est, & quod innocentiæ exceptio, si scilicet evidens sit, nunquam censetur exclusa, & pro veritate conclusionis stant omnes Doctores, qui in detectione innocentiæ post sententiam fundant dispositionem *alleg.text.in §.si quis ultro, & l.Divi Fratres*, nempè *Boss. in tit.de supplic.adversus rem judicatam n.*4. *Scacc.de judic. lib.*1. *cap.*97. *n.*138. *Farinac. qu.*11. *n.*20. *& qu.*81. *n.*25. *& alii per eos relat.* est etiam hæc sententia necessario adscribenda supra memoratis Doctoribus, qui cum constat substantiam delicti non esse commissam, non esse necessarium Principem consulere, sed posse Judicem ex se revocare sententiam semel dictam arbitrati sunt, & consequenter senserunt alium, & diversum casum contineri in *d. §.si quis ultro*, ubi Principem consulendum detecta innocentia post condemnationem traditur.

14 Contra hujus Conclusionis veritatem objici potest, quod cum forjudicatus habeatur pro confesso de delicto propter quod forjudicatio sequuta est, videatur constituendum discrimen, an sit, nec ne, commissa substantia delicti, vel sit quidem commissum delictum, sed ab alio, ut in primo casu confessio erronea non obstet, in secundo casu obstet confitenti per *text.in l.*4. *ff.de confessis*, ubi habetur quod si quis fateatur se occidisse hominem, ex confessione propria teneatur, si occisus licet ab alio homo sit, juncto *text.in l.inde Neratius §.fin.ff. ad legem Aquiliam*, ubi quod confitens se occidisse hominem, si nullo modo occisus sit homo, non tenetur, quia occisum esse hominem à quocumque oportet: sed facilis est responsio nempe, *text. in d. l.*4. procedere in civilibus, in quibus privata tantum utilitas vertitur, conclusio autem asserta procedit in criminalibus, in quibus aliud dicendum est cum utilitas publica postulet, ut non pereat innocens, ad late tradita per *Giurbam cons. crim.*49. *n.*23. ita solvit *Gomez. tom.*3. *cap.*13. *n.*33. licet illum textum non ita adducat, & ponderet ut à me ponderatus est; sed ex illius *text.* solutione dum fatetur *Gomez.* illum non procedere in criminalibus, colligo, si recte perpendantur illius dicta, ad mentem *Gomez.* prædicta jura in *§.si quis ultro, & l.Divi fratres*, locum habere etiam dum commissa est delicti substantia, si de damnati innocentia constet, nam alioquin ad ejus mentem necessario ille textus procederet, etiam in criminalibus, licet *Gomez.* in hoc non se aperiat, & prædicta jura locum habere paulo ante dixerit tantum cum reus per evidentiam facti ostendit innocentiam probando (ut ipse loquitur) negativam quæ arguat, & ostendat delictum non esse commissum, ut quia vere, & realiter probat hominem, qui sic dicebatur interfectus vivere, vel quid simile.

15 Exemplum (ni fallor) in prædicta conclusione adduci potest, si per publicum, & indubitatum instrumentum constaret eum, qui de homicidio inqui-

Digitized by Google

quisitus, & damnatus est alibi fuisset tempore homicidii, quod ab ipso patratum prætensum fuit, & impossibile omnino esse, ut in loco commissi delicti, tempore quo commissum fuit potuerit interesse; nam cum agatur de præsentia in uno loco, & consequenter absentia ab alio, ad delicti exclusionem, extra controversiam est eam posse per dictum instrumentum probari, cum probatio, quæ fit per publicum instrumentum, dicatur probatio evidens manifesta, & notoria, *Decius in conf.* 423. *n.* 11. *& seq.* & de probatione innocentiæ post sententiam per instrumenta expresse loquitur *text. in l. Divi fratres*, *ff. de pœnis*, cui non contradicit *tex. in l. Imperatores*, *ff. de re judicata*, cum notatis per *glos. in l. sub prætextu la prima*, *C. de transact.* ubi quod per instrumenta postea reperta regulariter non debet revocari res judicata, quia hoc procedit in civilibus, à quibus non esse arguendum ad casum de quo agitur jam supradictum est: præterquam quod assertio *d. l. Imperatores*, multis in casibus limitatur, ut ex ipso *textu*, & notatis per *d. glos.* colligitur: conferunt dicta per *Reg. Rovit. in rubr. ad prag. de sent. forjud. n.* 10. ubi ex *Cartar.* firmat quod data impossibilitate delinquendi ex parte delinquentis non est exequenda sententia forjudicationis, & multa (ut recte consideranti patet) possunt dari hujus impossibilitatis exempla, licet re vera delictum sit ab aliis commissum.

16 Tertia Conclusio, quando evidenter, & notorie liqueret delictum pro quo quis forjudicatus est, licet à forjudicato commissum, non esse dignum pœna mortis, & consequenter sententiam contumacialem forjudicationis majorem pœnam continere, quam delicti qualitas poscat, adhuc censerem locum esse prædictorum jurium dispositioni docentium debere Judicem supersedere exequutionem sententiæ, & consulere Principem; moveor quia quemadmodum justum est omnino reum absolvere si prorsus nihil deliquit, ita & justum est, ut pœna delictum non excedat, sed delicto commensuretur *l. sancimus*, *C. de pœnis*, & quemadmodum de omnimoda absolutione ex causa innocentiæ loquitur *text. in d. §. si quis ultro*, ibi: *liberandum eum, qui in se confessus, cujus post damnationem de innocentia, &c.* ita de pœnæ imminutione, seu immutatione post sententiam facienda (ubi scilicet liqueat delicti qualitatem hoc postulare) loqui videtur *text. in d. l. Divi fratres*, ibi: *quibus vel pœna eorum imminuta est, &c. & ibi glos. in verbo imminuta*, & non obscure tradit *Boss. in tit. de supplicat. adversus rem judicatam n.* 7. quod & in contumaciali forjudicationis sententia proculdubio locum habet, *Guazz. & alii per eum relati defens.* 35. *cap.* 14. *n.* 1.

17 Quarta Conclusio, non quamlibet innocentiæ, aut defensionis probationem sufficere existimo post sententiam forjudicationis rite recteque latam, ut Judex ab illius exequutione abstinere debeat, sed certam, & manifestam innocentiæ, aut defensionis probationem necessariam arbitror; moveor ultra allegatam auctoritatem *Gomez. alleg.* 33. qui rem magis stringit, & solam facti evidentiam admittit, quia *text. in d. §. si quis ultro*, adhibet verba innocentiæ certitudinem denotantia, ut innuit *glos. in verb. constiterit*, ubi explicat, idest certum fuerit: facit optima ratio, quia cum agatur de infringenda sententia transacta in rem judicatam, quæ pro veritate habetur, *l. ingenuum*, *ff. de statu hominum l. res judicata*, *ff. de regul. juris*, non nisi ex magna, & evidenti causa adversus illam subveniendum est, ut est *alleg. text. in l. etsi nihil*, *ff. de reg. jur.* ubi *Dec. & Cagn.* si enim facile posset talis sententia subverti, res abiret in infinitum, & nullus esset causarum finis in Reipublicæ detrimentum, in rem *Bald. in l.* 1. *C. sent. rescin. non posse n.* 1. Accedit ad confirmationem Doctorum recepta sententia, quod ad hoc ut sententiæ in rem judicatam transactæ, quæ remedio appellationis rescindi non potest, exequutio impediatur ob injustitiam, necesse est, ut injustitia sit notoria, certa, & infallibilis, adeo ut injustitiæ notorietas revocari non possit in dubium, *Cancer. var. resol. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 63. *& seq. cum aliis per eum adductis*, quod si hoc verum est ubi sententia ab initio, & cum concepta est, fuit injusta, quo casu etiam à Judice ordinario revocabilis est, ita enim loquuntur *Cancer. & Doctores per eum adducti*, quando magis hoc locum habebit ubi sententia fuit ab initio justa, & recta, sed ex post facto ex novis probationibus quis illam irritare contendit contra ordinarias juris regulas, quæ firmum adeo robur tribuunt sententiæ ab initio justæ, ut supponimus, & in rem judicatam transactæ, ut Principis auctoritas ad illius retractationem necessaria sit per viam restitutionis in integrum ab illo concedendæ, ut ultra à me supradicta ostendit late *Scac. de judic. lib.* 1. *cap.* 97. *n.* 121. *vers. sententia*, quæ omnia locum sibi vindicant etiam in criminalibus, in quibus sententia rite recteque lata, etiam si condemnatoria sit, transit in rem judicatam secundum veriorem opinionem, ut patet ex intellectu *dictorum §. si quis ultro*, *& l. Divi fratres*, supra à me ponderato, & docent *Gail. de pac. public. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 4. *Scacc. de judic. lib.* 1. *cap.* 97. *n.* 121. *vers. quod sententia*, cum *Abb. Felin. Boss. & Foller. per eum adductis*, sed quoad forjudicationis sententiam nulla quoad hoc potest cadere dubitatio, si enim valide lata sit, ut supponitur, nullus adversus eam supplicandi, aut probandæ innocentiæ superest locus, ut sancitum est per sæpius *allegatam Regni Constitutionem pœnam eorum*, adeo ut non valeat in contrarium Principis rescriptum, si non contineat clausulam non obstante Regni constitutione in contrarium, *Afflict. in d. constit. n.* 70. *Scacc. de judic. lib.* 1. *c.* 97. *n.* 137. *in fin. & n.* 151. habetur enim forjudicatus ex vi d. constitutionis pro delinquente præsumptione juris, & de jure, adversus quam nullam admitti probationem in contrarium indubitatum est, juxta regulam de qua late *Menoch. d. lib.* 1. *q.* 2. *n.* 15. *& seq. & q.* 36. *n.* 1. *& q.* 60. *& lib.* 2. *præsum.* 67. *n.* 48. *de præsumpt.*

18 Ex his infero, quod esto, quod in judicio repositionis instante Ecclesia petitæ, per testes forte sufficienter ad obtinendam repositionem probata esset innocentia, vel aliqua qualitas excludens pœnam mortis, hæc probatio satis non esset, ut cogi posset Judex in praxim deducere dispositionem dictorum jurium *§. si quis ultro*, *& l. Divi fratres*, *& l. & si nihil*, non enim satis certa est hæc probatio, nec sciri potest vera ne an falsa dixerint testes, cum multa sæpè per testes probentur, quæ vera non sunt, ut docet quotidiana experientia, & ponderat licet ad aliud propositum *Covar. variar. resol. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 2. *vers. tertio eadem assertio.*

Nec huic Conclusioni obstant adducta in contrarium, nam respondeo quod sententia forjudicationis, si semel ab initio juste, & valide lata sit non potest amplius exceptione innocentiæ, vel alterius defensionis merita causæ principalis concernentis postea probata infringi; nam, etsi etiam post sententiam opponi possint exceptiones ipsius exequutionem impedientes, hoc tamen intelligendum est de exceptionibus, quæ sunt seorsum à crimine, & non impugnant sententiæ justitiam, ut declarat *Franch. decis.*

Digitized by Google

*decis.*673.*n.*12. & licet id limitandum sit, ut supra dixi, quando notorie de innocentia, aut de defensione inquisiti constaret, non est limitatio extendenda ad defensionem, vel innocentiam, quæ certa, & notoria non sit, cum magna sit inter unum, & alium casum differentia, ut supra diximus, & innuit *Franch. decis.*314.*num.fin.in fine*, nec dicetur hoc casu innocens supplicio injuste tradi, immo Judex exequendo sententiam contra hunc forjudicatum, de cujus innocentia clare, & certe non liqueat, justissimè, & secundum rectos juris tramites aget, nec innocentem, sed nocentem dicetur occidere, Judex enim qui secundum veritatem judicare tenetur, *l.rem non novam, C.de judiciis*, hoc casu secundum veritatem judicare dicetur, quia veritas dicitur id quod judicatum est, & transivit in rem judicatam, & à lege pro veritate habetur, ut supra dixi, ad rem *Covar.lib.*1.*variar.resol.cap.*1.*n.*4.*vers. secundo Judex*, nec obstat quod jam hæc probatio reperitur admissa, & quod Fisco præjudicare debet, ut dixi supra, quia doctrina *Guazz.* tradentis articulum probatum ex parte carcerati præsentis juvare etiam inquisitum absentem, si aliquid probatum sit, quod etiam absentem juvare possit, locum habet in absente non condemnato nec forjudicato, pro quo Judex potest recipere ex officio, immo sæpe debet, id quod ad illius innocentiam facit, ut dixi *resolut.*11. & ita procedit *text.in l.si non defendantur, ff.de pœnis*, nec potest prædicta doctrina locum habere in jam forjudicato, cui, ut sæpius dixi, est præclusa via se amplius defendendi; id quod ex *Franc.& Menoch.* tradidi, posset haberi in consideratione, quando aliqua Fisco, vel Judici posset adscribi culpa admittenti probationem in casu quo non debet admitti, at in hoc casu nihil potest imputari, aut negligentiæ tribui Judicis vel Fisci, qui ad alium finem in causa petitæ repositionis in Ecclesiam coacti fuere consentire testium receptioni propter præjudicium Ecclesiæ: quod confirmatur, quia hæc traditio in contrarium adducta fundatur in eo, quod Fiscus consentiendo probationi, cui
19 contradicere debebat, præsumitur renuntiare juri suo, *Menoch.ex Alciato d.qu.*67.*lib.*1.*n.*2.*&* 3. hæc præsumptio cessat in hoc casu ubi actus admittendi probationem est necessarius, & proinde non infert præjudicium nec inducit consensum, *Angel.in l.sed, & si susceperit, ff.de judic. Menoc.lib.*2.*de præsumpt. præsump.*19. *n.*8. & licet bonam esse cautelam non negem, ut Fiscus hoc in casu utatur supra tradita protestatione, non tamen est necessaria, quia juris renunciatio non præsumitur, *Menoc. præsumpt.*41. *n.*2.*lib.*6.& actus cum subest causa necessaria, præsumitur ex illa causa necessaria factus, non ex voluntaria *Cravet.cons.*235.*num.*34.*& cons.*144.*n.*12. *Menoch.de præsump.lib.*4. *præsump.*70.*n.*4. *&* 9.55. *lib.*1.*n.*2.*cum aliis per eum adductis.*

20 Prædicta tamen cum temperamento intelligenda puto ne nimis angustetur probatio innocentiæ; ita ut quoniam proculdubio probationum materia arbitraria est, juxta *vulgat.text.in l.*3.*§.ideoque Divus, ff.de testib. Menoc.de arbitr.casu* 90.*n.*1. id totum boni, & prudentis Judicis arbitrio relinquatur, qui si ex probationibus forsan etiam per testes in judicio repositionis adductis innocentiæ, aut defensionis certitudinem colligat, exequutionem sententiæ forjudicationis superledebit, & Principem consulet; moderabitur hoc arbitrium Judex ex iis, quæ in processu etiam per testes probata sunt, & præter circumstantias quas passim Doctores considerandas tradidere, cum de testium fide agitur, quantum sit eis habenda fides etiam ex iis, quæ privatim cognovit metiendo, juxta dicta per *Covar. d.cap.*1.*lib.*1.*variar.resol.n.*7. *versic.septimam rationem.*

Demum non ita enixe inhærendo terminis veræ notorietatis, quæ tunc dicitur adesse cum probatio nulla tergiversatione celari potest, *text.in cap.final. de cohabit. Cleric. in fine cum concord.* certam, & evidentem existimabit innocentiæ probationem, etiam cum ad vehementem illius opinionem eum probationes inducent, cum, & vehemens opinio sæpè æquiparetur certitudini præsertim in re favorabili, ad tradita per *Jasonem in l.qui hæreditatem, ff.de acquirenda hæreditate n.*2.*cum seq. l.posthum. §.si quis num.*3.*ff.de lib.& posth.l.pro hærede n.*4.*l.si quis extra, §.sciendum n.*5.*&* 9. *ff.de acquir.hæred. cum concordant.*

Præter supradictas rationes, quas hic non repeto, movet ad rem non ita strictè accipiendam, & ad innocentiæ probationem non ita coarctandam *text. in d.l.*1.*§.si quis ultro, ff.de quæst.* in quo, ni fallor, non ita stricte probatæ innocentiæ post condemnationem evidentia accipitur; tradit enim Juris Consultus falsitatem confessionis propter quam sequuta erat condemnatio, eluxisse in tormentis sociorum, quos ille condemnatus in conscios criminis nominaverat, ibi *cum in tormentis constiterit, neque illos ei conscios fuisse, & ipsum de se temere commentum, ideſt co. f.ſſum*, movet denique quod cum ex præcepto Juris Consulti tradito in *dict. §.si quis ultro*, & juxta à me tradita, nihil in hoc casu ex se statuat Judex, sed Principem consulat, prudentissime aget, si in re tam gravi, & ardua ut est hominis vita, vel mors, in qua nulla cunctatio longa videri debet, absque ullo præjudicio partium, & Reipublicæ, immo utrique consulendo viam eligat tutiorem, ad tradita per *Paulum de Castro in l.*1.*§.fin. ff.si quis caut.Franc.decis.*560.*num.fin.in fine.*

Ex his habes casus, in quibus innocentiæ probatio post forjudicationem superveniens, forjudicato prodesse potest; alium casum tangam *resol.sequ.*

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Constitutio Gregorii XIV. super immunitate Ecclesiastica requirit veras probationes, nec sufficiunt probationes in contumaciam.*

2 *Veritas ubi desideratur, ibi fictæ probationes excluduntur.*

3 *Judex Ecclesiasticus stare non debet processui sæcularis, ubi refertur observantia Sac.Congreg. super Immunitate.*

4 *Judex sæcularis etiam in delictis exceptuatis prohibetur extrahere Reum ab Ecclesia sine licentia Episcopi.*

5 *Occidens Sacerdotem, seu aliud sacrilegium committens, gaudet immunitate.*

6 *Extractus absque licentia, etiamsi ipsum crimina exceptuata perpatrasse demonstretur, restituendus est, & deinde potest cum licentia iterum extrahi.*

7 *Exceptio immunitatis proponi valet coram Judice capturæ.*

8 *Probationes factæ coram Judice immunitatis, quæ ostendunt plenam innocentiam condemnati in contumaciam, an ei etiam quoad sententiam contumacialem suffragentur, & quid in hoc casu agendum sit per Judicem sæcularem, qui post sententiam latam habet ligatas manus?*

9 *Nemo forjudicatur, nisi qui pœnam mortis meretur.*

10 Bal-

Digitized by Google

10 *Bannito in contumaciam offerenti in promptu suam innocentiam probare semper & quandocumque succurritur ex Constitutionibus Pii IV. & V.*

11 *Materia repositionis Rei ad Ecclesiam quomodo practicanda sit? vide remissive.*

12 *Reus in suis defensionibus non auditur super immunitate, si ob qualitatem ipsum excludentem, fuerit per Ecclesiasticum Judicem sæculari traditus: contrarium n. 15. intellige, ut n. 16.*

13 *Clericus ex qualitate privilegii Clericatus exclusiva traditus Curiæ sæculari, an Ecclesiæ remittendus veniat non constito, de illa qualitate penes Curiam sæcularem?*

14 *Delinquens sub guidatico, an audiatur plene super delicto ei noviter imputato, ex quo privari intenditur beneficio guidatici? & n. 19.*

18 *Clericus assassinus, licet jure ipso sit diffidatus, attamen ex Constitutione Clementis VIII. non potest per Judicem sæcularem puniri, nisi prævia traditione Judicis Ecclesiastici, quam conditionem in Regno non observatam fatetur de Marin. var. lib. 1. cap. 57. n. 5.*

20 *Reus in judicio repositionis ad Ecclesiam potest probare suam innocentiam, seu delictum aliter commississe.*

21 *Confessio ficta non operatur circa qualitatem delicti Immunitatis exclusivam, nisi concludenter fuerit in processu probata.*

22 *Sententia declarata nulla respectu præsentis suffragatur etiam Contumaci, si idem concurrat defectus respectu utriusque.*

23 *Citatio invalida non reddit Reum contumacem.*

24 *Nullum quod est, nullum præstat impedimentum.*

25 *Sententia ubi est nulla, necessaria non est recognitio personæ.*

26 *Admissio ad compositionem ex gratia Principis favore unius, prodest etiam aliis correis in eadem causa.*

27 *Bannitus non potest impune occidi declarata sententia nulla favore Consocii, & n. 30.*

28 *Nullitatem quis potest allegare, cui causam præbuit.*

29 *Nullitas sententiæ allegatur per Bannitum in fortiis existentem, non per absentem.*

31 *Bannitus captus, an possit impune occidi?*

32 *Bannitus impune non potest occidi, si protestetur se gratiam obtinuisse, vel si bannum nullum appareret.*

33 *Occidens Bannitum, qui volebat aufugere, ex culpa tenetur stante banni nullitate, sed gravius puniretur, si eum apprehendisset, vel valens eum vivum apprehendere, & asportare, occideret.*

34 *Referuntur nonnulla præjudicia, quæ nascuntur Reipublicæ, quando Bannitus poterat vivus haberi, & in posse Curiæ asportare, & occidatur.*

35 *Statutum permittens impunitam banniti occisionem intelligitur, dummodo sine vitæ periculo præsentari non posset.*

36 *Remedium ordinarium extraordinarium excludit, sed remedium extraordinarium non excludit alterum extraordinarium.*

37 *Bannitus de jure ab omnibus potest capi, & stante statuto impunitatem, & præmia permittente ab omnibus potest occidi, donec in manus familiæ pervenerit.*

38 *Occisio, vel captura Bannitorum remedium est extraordinarium.*

39 *Ex duplici remedio extraordinario, illud adhibetur quando pinguius provides.*

40 *Captura Bannitorum magis Reipublicæ interest, quam occisio, & eorum capitis præsentatio; intelligo cum tuta illa est, & quæ commode fieri potest.*

41 *Lex potius eludi patitur, quam Reum innocentem puniri.*

42 *Dictio aut accipitur pro saltem, & sæpe pro alternativa ordinis, & non electionis.*

43 *Differentia inter captum à Privatis, & à familia Curiæ.*

44 *Bannitum capientes, si speciale habeant mandatum à Judice illum occidendi, post capturam occidendo delinquerent, secus si speciale mandatum non præcedat secundum opinionem Guazzin. quæ non admittitur per Authorem.*

45 *Bannitorum occisio demandatur omnibus ordine Principis, & statuti.*

46 *Bannitus, an possit post capturam à Privatis occidi, & in carcere detineri? & num. seq.*

47 *Bannitorum permissa occisio, ex contumacia oritur.*

49 *Bannitum occidere permissum est, fallit in tribus casibus, num. seq.*

51 *Judex condemnando absentem, præcipue in pœnam mortis, ante subscriptionem sententiæ, quæ considerare debeat?*

52 *Banniti permittentis se capi, & protestantis se vivum adduci, quia nulliter fuit bannitus, reperto banno nullo, de homicidio tenentur occisores.*

53 *Sententia nulla respectu unius, nulla est respectu alterius.*

54 *Nulliter bannitus, cum securitate banni iterum citandus est, & persistens in contumacia denuo banniri potest.*

55 *Probatio Socii criminis exclusiva delicti, an prosit socio absenti ad impediendam ejus condemnationem, vel ad hoc, ut ex gratia saltem valeat restitui, declara ut n. 64. & seqq.*

56 *Absolutoria lata favore delinquentis, mandantem juvat, & num. 64. cum seq.*

57 *Mandans punitur, etiam mandato non executo.*

58 *Mandans non tenetur de homicidio secuto, sed ex mandato, si mandatarius homicidium ex defensione committat.*

59 *Mandans obligatur non ex mandato, sed ex delicto propter mandatum.*

60 *Mandans non tenetur, si mandatarius, sive cum intervallo, sive sine intervallo post recusatum mandatum delictum committat.*

61 *Inimicitia mandatarii cum occiso mandatum excludit.*

62 *Probatio facta per mandatarium, magis juvat mandantem, quam sententia mandatarii absolutoria.*

63 *Mandans potest inquiri, & molestari mandatario absoluto, tanquam culpabili non reperto.*

65 *Mandans non punitur, nisi vere constet de delicto mandatarii, imo neque contumacia, neque ficta confessio ei nocet.*

66 *Judices prius contra contumaces procedant, & deinde contra carceratos, quod non semper, & indistincte practicatur.*

67 *Sententia lata in contumaciam contra Reos absentes, comperta eorum innocentia ex probationibus Reorum præsentium, retractanda venit, vide n. 69. 70. & seqq.*

68 *Cautela datur isto casu, ut Judex admittat defensiones cum declaratione, & protestatione, quod contumacibus prodesse non debeant.*

69 *Mandatarius, si adhibita prius per fiscum supradicta cautela, probet se non deliquisse, non per hoc sententia contumacialis lata contra mandantem corruit.*

70 Con-

Digitized by Google

70 *Contrarium quando ſententia eſſet contra mandatarium, & mandans carceratus ad ſui defenſionem probaret mandatarium non deliquiſſe.*
71 *Cauſa plus habet, quam cauſatum.*
72 *Probatio principaliter tangens perſonam Rei præſentis, in conſequentiam contumaci non prodeſt.*
74 *Tractatus ad homicidium quomodo probetur.*
75 *Publicatio proceſſus non fit contra præſentes, niſi prius condemnatis abſentibus.*

RESOLUTIO XXIV. ET XXV.

TRactat *Author* utilem quæſtionem, an Reo condemnato in contumaciam pro delicto tali, quo de jure, ſeù attenta Conſtitutione Gregoriana immunitate Eccleſię gaudere non mereretur, an eodem Reo capto in Eccleſia, & petenti ſe reponi ad Eccleſiam, audientia ſit concedenda, ſi delictum ſe non commiſiſſe, quod ſaltem Immunitate Eccleſiaſtica eum non faciat indignum, probare ſe offerat, & an probatione facta, in qua appareat, innocentem eſſe, de ea haberi debeat ratio reſpectu forjudicationis, ac ſententiæ in contumaciam latæ?

Ad quorum reſolutionem.

Obſervandum eſt primo, quod ex proceſſu in contu-
1 maciam Sacra Congregatio Immunitatis non ſolet impertiri licentiam extrahendi reum, neque licentiam forſan datam approbare, ſi in eadem S. Congregatione cauſa introducatur ex illa dictione, verè, in Conſtitutione Gregorii XIV. appoſita, ibi: *An ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſe-*
2 *rint*, quæ excludit omnem fictionem *Bald. in l. cogi in fin. Cod. de pet. hæredit. Anedan. de execut. mandat. Reg. par. 1. cap. 22. ſub n. 7. Navar. conſ. 8. n. 6. de Cleric. non reſident. Alex. conſ. 158. n. 7. lib. 2. Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 43. n. 15 & ſeq. Sperell. deciſ. 101. n. 27. & deciſ. 103. num. 11. Giurb. conſ. 50. nu. 17. Merlin. Pignat. cent. 1. cap. 64. n. 1.* Nec Judex Eccleſiaſticus
3 ſtare debet proceſſui formato per Judicem laicum, *Farin. conſ. 76. n. 1. & ſeq. conſ. 168. ex num. 6. Sperel. deciſ. 21. n. 17. Ambroſ. de Immun. Eccleſiaſt. cap. 11. n. 2. verſ. ſecundò an ſufficiat art. 3. per tot.* & ità videmus in dies obſervari, & ordinari per Congregationem Immunitatis, dùm mandat loci ordinario, ut conficiat proceſſum, eumque legitimet, & aſſignet reo defenſiones, quibus completis ſuper articulo Immunitatis decernit, & ita fuit obſervatum etiam ſuper proceſſu in contumaciam fabricato, & condemnatione inde ſequuta per Curiam Nuntiaturæ Neapolis contra Antonium Merullam illius Curiæ Curſorem, licèt ab Eccleſia fuiſſe extractus cum licentia Curiæ Archiepiſcopalis, ac prævio decreto, quod extraheretur, verum ſi purgaverit indicia reſtitueretur ad Eccleſiam. Introducta enim cauſa in S. Congregatione Immunitatis, & cauſa inibi relata, reſolvit fieri proceſſum ex integro ſuper qualitate homicidii, quod ſupponebatur proditorium, audito Reo, eique aſſignatis defenſionibus, ut videre eſt proceſſum per acta Palutii Notarii A. C. & cauſarum S. Palatii de anno 1664. & reſolutionem ejuſdem S. Congregationis habitam ſub die 11. Martii ejuſdem anni.

Secundo obſervandum eſt, quod Gregoriana Conſti-
tutio, ne dum, proceſſum per Epiſcopum fieri jubet
4 ſuper qualitate delicti Immunitatis excluſiva, ſed reum extrahi prohibet, etiam in caſu permiſſo abſque licentia Epiſcopi, quod de jure etiam diſpoſitum dicunt. *Cyn. & Salic. in auth. ſi quis ei ad fin. C. ad l. Jul. de adult.* per illum *text. Cyn. ad fin. & Salic. n. 6. Bell. de Principe rubr. 11. §. ſed quia n. 18. Ambroſ. de Immun. Eccleſ. cap. 11. n. 1. Lelius Zacch. de privil. Eccleſ. privil. 14. Remig. de Immun. qu. 1. Villandieg. in ſua polit. de judic. cap. 3. n. 238. Gomez. var. tom. 3. cap. 10. n. 2. Germon. de Sacror. Immun. cap. 16. n. 22. Grat. diſcept. forenſ. cap. 566. n. 17. Farin. de Immun. n. 359. & de carcer. & carcerat. q. 29. ſub n. 76.* ubi, quod attenta dicta Conſtitutione hodie dubitandum non eſt, etiamſi notorium ſit delictum Immunitatis Eccleſiæ excluſivum *Martin. de Ryo. in ſuis diſquiſit. Magic. lib. 5. ſect. 7. verſ. capi fortiatos. Marc. Anton. Genuen. prax. Archiep. Neap. cap. 22. n. 5. Ambroſ. de Immunit. & libert. Eccleſ. cap. 11. n. 1. & cap. 15. n. 5. in fin. Farin. d. num. 359. Giurb. conſ. 100. n. 19. 20. & 21. Sperel. dec. 104. ex n. 1. Reg. de Marin. lib. 1. c. 175. n. 1.* in iis tamen locis ubi Gregoriana fuit recepta *Martin. del Ryo cit. ſect. 7. lib. 5. Marin.*
5 *lib. 1. cap. 170. n. 16.* ubi loquens de occidente Sacerdotem, vel aliud ſacrilegium committente, concludit, attenta Gregoriana, gaudere Immunitate, & illi DD. qui contrariæ ſunt opinionis, loquuntur attentis terminis juris communis, vel in iis locis ubi Bullaris Conſtitutio recepta non eſt, quos tamen increpat *Farin. de Immun. n. 359.* ubi concludit Pontificum Conſtitutiones undique locorum ligare, & propterea *Petrus Fontan.* vir ſanè eruditus, & pius in ſuis *deciſ. in 2. tom. dec. 303. ſub num. 313.* juſtè redarguit tractatum *Salgad. de retent. Bullar.* ibi *in novo tractatu de juſta retentione, &c.* (non bene convenio cum hoc titulo, & ejus omnimoda materia) ſed non eſt ſolus *Martinus del Ryo*, qui ita loquutus fuit, ſed alii, ut videre eſt ultra *Donat. Anton. de Marin. num. jam citato var. lib. 1. cap. 170. n. 16. Dian. in 1. par. tract 1. de Immun. Eccleſ. reſ. 10. in initio*, ubi quod in Regno Portugalliæ non fuit uſu recepta, & ita de aliis Bullis non receptis in Hiſpania, Luſitan. & Mediolan. refert *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. cap. 17. n. 79. & 80. Port. in ſuo faſcicul. rer. crim. §. captura in reſponſ. incipiente cum ſupponatur pag. 442.* quos pro ſua juſtificatione refert idem *Fontan. deciſ. 483. n. 21.* juncto *num. 30.* ipſos video, ipſorumque fundamenta cum remiſſione ſemper, & ſubmiſſione judicio S. Matris Eccleſiæ, ac S. Congregationis Immunitatis ex eodem *Fontan. deciſ. 483. n. 21.*

Tertiò obſervandum eſt, quod ſi licentia Epiſc. non
6 præcedat, extractio, & carceratio rei in loco ſacro, vel immuni, nec ex ſequentibus probationibus convalidari, & juſtificari poterit, ut ex pluribus firmat *Giurb. cit. conſ. 100. num. 30. & ſeq.* Verum ſequuta reſtitutione poterit iterum peti, & juſtificari petitio ex probationibus ſubſequutis *de Marin. lib. 1. cap. 176. Sperel. deciſ. 104. nu. 73.* Quomodo autem talis repoſitio ad Eccleſiam ſit practicanda, ubi illegitimè proceſſit extractio, & ſine licentia, an taliter ut reus ſui libertatem conſequatur, an verò cum cuſtodiis ſaltem extra Eccleſiam, ut evadere non poſſit? omitto diſputandum conſulto, quia in facto obſervavi, & obſervari vidi, tales delinquentes in Eccleſia arreſtari per Curiam ſæcularem, & certiorari ſtatim Ordinarium loci de tali arreſtu, ab eoque confirmari ſub nomine ipſorum, & deinde recipi probationes, eaſque conſiderari ad finem impetrandæ licentiæ, vel denegandæ, & ita concludit *Marin. cit. cap. 176. ſub nu. 7.* ibi: *In nihilo enim determinando, ut in hoc caſu reponatur delinquens, juriſdictioni ſeculari infertur præjudicium, ex quo ſequuta repoſitione, & ſic Eccleſia reſtituta, ſubintrat extractio, cui certe mox fit locus.*

Et

Et ideo ut ad rem redeam, dum licentia Episcopi est necessaria, utique non potest dari casus, quo in
7 praxi ista quæstio contingere possit, nisi reus ab Ecclesia extractus, Ecclesiam non adeat, & certificet de sua carceratione in loco immuni, sed coram Judice capturæ opponat hanc exceptionem, petatque ab eo se ad Ecclesiam reponi, & isto casu, quod audiendus sit refert *Author hic*, dicens, ita fuisse resolutum per Magnam Curiam, secus enim si nomine Ecclesiæ petatur repositio, quia tunc debet reus ante omnia reponi, processus super qualitate delicti exclusiva immunitatis formari, & de ea constito plene, vel saltem per indicia indubitata, ut aliàs dixi ad *resol.24. & 25.num.11.* concedi licentiam extrahendi, ut eum videre est sub *num.4.& 5.*

Si verò in hoc processu de qualitate taliter non constet, vel assignatis reo defensionibus juxtà obser-
8 vantiam Sacræ Congregationis, elidat indicia, vel probationes etiam ipsius delicti, adeo ut comperiatur, reum non deliquisse; An sententia in contumaciam lata exequi debeat reo postmodum Ecclesiæ restituto, & in fortiis Curiæ devento, vel exequutio sit potius retardanda, & Princeps consulendus, supposito, quod aliàs sententia ex processu contumaciali justa, & valida reperiretur? ardua est quæstio, & periculosa nimis, voluit enim *Rovit. super rubr. de sentent. forjudicat.num.7.8. & 9.* quod etiamsi constet de innocentia forjudicati, sententia ipsa exequenda sit, alios refert *Scyal.prax.forjudic cap.14.num.22.in fin.* & ratio est, quia forjudicatio est pœna contumaciæ, non delicti, ut diximus *resolut. præcedenti* cum *Scyal.prax.forjudic. cap.1.nu. 25. Franch.decis.203.num.20. & 560.nu.3. & Merlin.Pignat.cent.1. cap.63. num.6.* Unde sufficit contumacia legitimè contracta ad substinendam sententiam forjudicationis, & ita rigor suadet. Verum quia lex non patitur reum puniri innocentem, *l.meminerint C.Unde vi. l.fin. C.de accusat.l.absentem ff. de pœnis*, & contenta est potius reddi elusoria, ut
9 advertit *Scacc.de re judic.glos.14.quæst.21.num.47.* & forjudicatio licet pœna sit contumaciæ, ordinatio tamen hujus pœnæ tendit, non ad puniendum contumacem, sed ad puniendum delictum, quia requirit hodie pro sua validitate delictum punibile pœna mortis, requirit indicia ad torturam pro eodem delicto, in cujus pœnam reus forjudicari intenditur ex eodem *Rovit.ibid.num.24. Gizzarel.decis.13.num.1. Giurb. cons.83. num.4.* adeout contumacia potius justificet, quam substantiet delictum reo contumaci imputatum ex *Giurb. cit.cons.83.nu. 12.& 13. Scyal.prax.forjudic. cap.13.num.16.* Cum *Authore* concludo, ut probationibus indubitatis existentibus de innocentia forjudicati, ex quibus justè existimet Judex delictum forjudicato imputatum, ab eo non esse commissum, supersedere debere, & Principi omnia referre, quia licet probationes illæ ad diversum finem processerint, probant tamen rei innocentiam, quam lex punire non permittit, *Hippol.de Marsf.pract.crim.§.ultima quæstio num.13.& in singul.72.in fin.Guaz.defen.35.cap.18. num.1. Jul.Clar.§.fin.quæst.98.num.8.vers.sed numquid. Jo:Grand.de bell.exul. sub prædicam.quando, quæst.3.num.4. Cartar.de capt.band. cap.fin.nu.317. & seq. Scyal.prax.forjud. cap.14.num.23.24.25.26. & 27. Scac.de Judic. lib.1. cap.97. sub num.16.* ubi refert modum, quo debeat dicta innocentia constare, & adducit verba motus proprii *Pii IV.* ibi: *nisi liquidissimis probationibus constaret Judici prætensum Reum non commisisse maleficium, super quo habitus fuit pro confesso*, idem voluit *Farin.qu.11.n.6. 11. & iterum ex num.15. vers.quid dicendum usque ad 16.* ubi quod isto casu Judex debet supersedere, tempus dare reo, ut Principem adeat, & gratiam obtineat admissionis ad novas, & iterum *num. 20. per totum*, alios refert *Author hic resol.25. num.3. & seq. usque ad num.12. Thes.quæst.for. lib.1.cap.5. nu.11.in fin.* ubi quod tunc ficta confessio non operatur, allegans *Anchar. in suo cons.409.*

Ista opinio securius procedit in Statu Ecclesiastico attentis Constitutionibus Pontificiis *Pii IV. & V.* de
10 quibus per *Farin.quæst.11. & per Scacc.lib.1.c.97. in pluribus numeris enunciatis.* Non enim ex Constitutionibus præfatis desperatur salus Rei condemnati, & capti in contumaciam, vel post annum comparentis, si se innocentem demonstrare potest, sed ei reservatur expresè recursus ad Principem, ibi *nisi habita desuper à signatura nostra speciali gratia &c.* advertit *Farin.cit. quæst.11. num.15. vers. respondeo secundo*, & ideo isto casu Judex habens Reum in carceribus, ne dum sententiam exequi non debet, sed Principi statum causæ referre, vel expectare, ut idem reus ad Principem recurrat ex *Farin.quæst.11.num.15. & Authore hic resolut. 25. num.12.*

Quomodo autem practicari debeat ista probatio ex-
11 clusiva delicti, vel qualitatis in termino repositionis ad Ecclesiam, quando idem Reus se ad Ecclesiam reponi excipit, vel condemnatus, vel non condemnatus, cum ista exceptio ante omnia proponatur, & antequam processus eidem Reo publicetur, refert *Merlin. Pignat.cent.1.cap.40. ex num.15.* ubi refert tres casus, valdè notandos.

Primus de inquisito de homicidio proditorio, qui per Curiam Ecclesiasticam, ob qualitatem proditionis
12 Ecclesiasticæ immunitatis exclusivam, traditus fuerat Curiæ sæculari, & in hoc casu ipsum amplius non esse audiendum super articulo repositionis ad Ecclesiam affirmat, & decisum refert per Magnam Curiam in causa Jo: Baptistæ Verde, & comprobat *Sanfelic.decis.286.num.11.*

Secundus in Clerico inquisito de assassinio, qui eodem
13 modo ex qualitate delicti exclusiva privilegii Clericatus, traditus fuerat Curiæ sæculari ob indicia, & argumenta probabilia, de quibus in *cap.pro humani de homicidiis in 6.* & in hoc eodem casu refert condemnatum eundem Clericum, nec amplius Judici Ecclesiastico remissum, licet de qualitate assassinii per acta Curiæ sæcularis non constaret, ibi: *quamvis postea fuerit cognitum de qualitate assassinii non constare.*

Tertius in forjudicato, cui fuerat concessus salvus
14 conductus, & postea deliquerat, qui super novo delicto fuit plenè auditus, & integra copia processus, novi hujus delicti, eidem imputati concessi, & consignata, concludens, in isto casu non sufficere summariam cognitionem, sed plenariam esse cessariam, quia grave paratur Reo præjudicium in alio judicio non reparabile, cum excluso eo ab exceptione salviconductus, seu guidatici, nihil aliud remaneat agendum, nili sententiam forjudicationis exequi, & ita dicit observatum, reformata, seu revocata priori sententia, idque observandum existimat, sive super eodem delicto, sive super qualitate delicti exclusiva beneficii, seu exceptionis, disputatio succedat, cum utroque casu Reo plenum præjudicium causaretur, materia sanè digna discussione in uno quoque casu ex enarratis.

Primus enim impugnatus reperitur per *de Marinis*
15 *lib.1. var.cap.375.ex num.4.usque ad fin.* ubi hanc suam opinionem comprobat quinque fundamentis, & ex authoritate *Patris Gammacur. in suo tract. de*

Digitized by Google

Immun. lib.6.in fin. & Regent.Conſtant. in ſupplicat. ad ſantiſſ. de Imm.Eccleſ.num.70. ejus propria referendo verba.

Iſta controverſia poteſt duplici modo conſiderari, vel quatenus concernat defectum probationis ipſius
16 qualitatis coram Judice Eccleſiaſtico, vel quatenus concernat probationem qualitatis excluſivam ſuccedentem coram Judice laico poſt conſignationem. Si in primo caſu, ubi de defectu probationis agitur, utraque reſolutio poteſt eſſe juridica, quia poteſt in ſua conſcientia tutus exiſtimari Judex Eccleſiaſticus, ſeu loci Ordinarius ex probationibus de qualitate delicti habitis, ac receptis, & ita, ad conſignationem rei devenire, & ideo in hoc caſu, aliud quærere non debet Judex Laicus, cum Reus ab authoritate Epiſcopi fuit conſignatus, licet enim in actis judicii laicalis de tali qualitate non appareat, vel non ſufficienter, Judex ipſe non eſt de tali articulo, ac diſcuſſione, ſed Eccleſiaſticus, qui licentiam præſtitit, ut in dicta Gregoriana, ibi *ſine expreſſa licentia Epiſcopi &c.* & rurſus *tumque demum de mandato Epiſcopi &c.* Ideo aliud quærendum non eſt coram Judice criminis. Aliud exiſtimarem ſi probatio ſuccedat coram Judice criminis illius qualitatis excluſiva, tunc enim reponendus eſſet Reus ad Eccleſiam juxtà opinionem *Gammacurt. Regent. Conſtant. & de Marin.* Non enim illa ſummaria delicti probatio per Judicem Eccleſiaſticum habita de delicto, ſuum habet vigorem, ſuamque virtutem conſervat, plenariè conſtito de contrario, nec debet Reo eſſe præjudicialis ex eo quod à Judice Eccleſiaſtico procedit, & non ab eodem Judice, cum utroque caſu in tantum ſummaria probatio admitti poſſet, in quantum in ordinario judicio ſummaria illa probatio plenius revideri poſſet, ac præjudicio ex ſummaria probatione cauſato reparari, ut ſupponunt omnes, & affirmat *idem Merlin.cap.40.num.15.verſ.reſervanda eſt ergo plenaria cognitio &c.* Si enim Reus coram Judice ſæculari inſtaret pro repoſitione ad Eccleſiam, & inquiſitus reperiretur de crimine excepto, non deberet ei publicari proceſſus ante tempus, nec plenè audiri ſuper exceptione propoſita, quia in judicio plenario ſuas defenſiones facere poterit, & ſuper delicto, & delicti qualitate ſe defendere; ita concludunt DD. de ſummaria probatione contenti, at ſi coram Judice Eccleſiaſtico plenè de qualitate non cognoſcatur, & Reus ex illa ſummaria informatione conſignetur, quæ reparationem expectet in judicio plenario, ut eundem effectum habere non debeat, quia coram diverſo Judice, ſubſtantialem differentiam conſiderare eſt difficile. Non enim licentia Judicis tunc ſuffragatur, vel quia perperam ſucceſſit, & ſine authoritate, ut advertit *Sperell. deciſ.104.num.22. & ſeq. & de Marin.cit.cap.125. num.4. & ſequ.* vel quia licentia nulliter conceſſa non evitat, quin conſtito, quod perperam ſucceſſerit, & nulliter, reſtitui non debeat Reus ex legis diſpoſitione ſic præcipiente, nec licentia ſuffragari poteſt uti ab eo habita, qui legi diſpenſare non poteſt, ſed ſecundum leges exiſtimavit licentiam conceſſiſſe, exiſtimo tamen verum, quod Reo extracto de licentia Epiſcopi, & petenti ſe reponere ad Eccleſiam coram Judice criminis, audiendus non ſit, nec ei dari debeat terminus ad exceptionem juſtificandam. Verum ſi aſſignatis eidem defenſionibus, & illis completis, conſtet de qualitate delicti, quæ eum Eccleſiaſtica Immunitate non privet audiri debeat, ſi id petat, vel ex officio.

Circa ſecundum caſum relatum per *Merlin.* magis eſt inſiſtendum, quia de graviori agitur præjudicio, ut *idem Merlin.* fatetur *cap.64. n.14.* Agitur enim
17 de Clerico, ex delicti qualitate excluſiva Clericatus tradito Curiæ ſæculari, & ab eo condemnato, quamvis poſtmodum fuerit cognitum de qualitate aſſaſſinii non conſtare, adde, vel quia fuerunt eliſa indicia ex defenſionibus factis, & ex probatio-
18 nibus ſuccedentibus, vel quia aliter delictum commiſſum probaretur. In utroque capite, non levis invenitur ſcrupulus, qui per ſolam Congregationem Immunitatis eradicari poteſt, edocendo loci ordinarios, quomodo in iſtis caſibus, ſe gerere debeant, legis potius conſcientiam conſulendo, quam propriam. Cum Clericus imputatus de aſſaſſinio licet de foro ſæculari efficiatur ex *diſpoſitione tex.in cap. pro humani de homicid.* ut nec requiratur degradatio, quia ipſo jure eſt diffidatus *Giurb.conſ.41.num.26.27.28. & 29.* ubi quod ideo ad carcerationem levia ſufficiunt indicia ad torturam graviora, & ad condemnandum urgentiſſima requirantur, comprobat *conſ.70.num.22. & 23.* Ex Bullari tamen Conſtitut. Clem. VIII. edita die 18. Decembris 1595. prohibitum eſt Judicibus ſæcularibus in Clericos, & Perſonas Eccleſiaſticas manus extendere in hoc crimine niſi prævia declaratione Judicis Eccleſiaſtici, ut idem *Giurb.* advertit in *conſ.49.in fin.* quamvis in Regno Neapolitano hanc Conſtitutionem nunquam uſu receptam fatetur *de Marin.var.lib.1.cap.57.num.5.*

Ipſa tamen Sacra Congregatio Immunitatis obſervat formari prius proceſſum ſuper crimine, quod exceptum ſupponitur, proceſſum legitimari, teoque aſſignari defenſiones, eiſque completis articulum immunitatis reſolvit, ut alias dixi, & ita evitatur ſcrupulus, cum indicia nulla ſint pro qualitate delicti, nec conſiderari debeant, niſi legitimato proceſſu, & factis defenſionibus, ſubſiſtant.

Circa tertium caſum ubi de ſalvoconductu conceſſo Bannito tractatur plenè eum audiendo in ſuis de-
19 fenſionibus contra hanc novi delicti imputationem, beneficio ſalviconductus excluſivam, latè fuit alias diſcuſſum in reſolutione decima ad eum recurras cum inibi deducta hìc non liceat repetere.

Quia tamen ut redeam ad Authorem, Reus condem-
20 natus, ſeu forjudicatus in judicio repoſitionis probare poſſet, nedum delicti innocentiam, de qua diximus ſupra *nu.8.* ſed etiam delictum aliter commiſiſſe, vel in rixa, vel ad provocationem, vel ad ſui neceſſariam defenſionem, vel appenſatè, ſed non proditoriè, ut advertit *Author reſol. 25. num.1.* & ubi ſententia forjudicationis, vel condemnatio abſentis in pœnam vitæ, poteſt ſubſtineri pro delicto ipſo, puta homicidio appenſato, non multum attenditur, an qualitas adeo ſit probata, ut etiam ex ea Reus pro confeſſo haberi poſſit ex *Far. qu.1. num.33.* dubia redditur reſolutio Magnæ Curiæ, & Authoris diſtinctio, indiſtinctè admiſſa, etiam quando reus peteret ſe ad Eccleſiam reponi inſcia Eccleſia, & de extractione non participata, ſiquidem illa concluſio, quod confeſſio ficta de delicto, non operatur reſpectu qualitatis delicti, niſi circa qualitatem ipſam plenè probationes concurrant, vel ſaltem talia indicia, quæ ad reum vocandum pro eodem delicto ſunt neceſſaria, ut ex pluribus firmat *Cartar.de capt.bandit.cap.1.ex num.372. & cap.fin. num.140. & ſeq.* & latiùs proſequitur *Farin. qu.11. ex num.63. & quæſt.1. num.37.* tunc vera eſt, & DD. eam admittunt, quando qualitas illa eſt cauſa gravioris pœnæ, ut eos videre eſt, at ſi qualitas non alteret pœnam, quia etiam ſine illa qualitate reus eſſet eadem pœna puniendus, tunc qualitas non eſt probanda neceſſariò in proceſſu, nec impe-

dit

dit ſententiæ exequutionem ſi non fuerit probata, ita declarat *Farin.cit. quæſt.*1. *num.*37. & in terminis proditorii concludit *Gizzarel.deciſ.*16. & ſequitur *Rovit.de ſent.forjudicat. ſuper rubr.n.*2. & *Scyal. prax.forjud. cap.*5. *num.*37. *in fin.* Et ideo licet reus ex diſpoſitione ſtatutaria habeatur pro confeſſo reſpectu illius delicti, pro quo reperitur in contumaciam condemnatus, vel forjudicatus, non tamen haberi poterit pro confeſſo pro illa qualitate adeo reo præjudiciali, ut privare eum debeat Eccleſiæ immunitate, ſi in proceſſu non appareat probata,
21 vel plenè, vel per indicia ad torturam ſufficientia, cum licet non alteret pœnam mortis, quia eadem pœna fuiſſet de jure puniendus, privaret eum Eccleſiaſtica immunitate, quæ maximum pareret reo præjudicium, nec ideo ex ſola ſententia contumaciali eſt ſufferenda, & propterea exiſtimo reum tali caſu eſſe audiendum ſuper qualitate prædicta, & ſuper exceptione propoſita, vel ad Eccleſiam reponendum, ſi ex proceſſu non liqueat de tali qualitate, & ideo diſtinctio *Authoris*, *de qua in hac reſolut.*24. vel de jure ſubſtineri non poteſt, vel ſaltem in eo caſu eſt intelligenda, ubi urgentia indicia reſpectu illius cauſæ, & qualitatis concurrerent.

Sed pone caſum, quo plures rei fuerint in contumaciam condemnati, & unus ipſorum fuit captus, vel
22 ſponte ſe conſtituit, & in termino ſibi dato (poſt recognitionem perſonæ) ad dicendum cauſam quare ſententia contra eum lata exequi non debeat, proponat, oſtendat, & legitimè fundet nullitatem ipſius ſententiæ, vel ex defectu legitimæ citationis, vel juriſdictionis, vel ex alio capite, ipſeque idem defectus comperiatur reſpectu aliorum condemnatorum perſiſtentium in condemnatione, & contumacia, an comperta, & declarata nulla eadem ſententia, reſpectu carcerati, declarari etiam debeat nulla, vel declarata intelligatur reſpectu aliorum, qui in contumaciam perſiſtunt; cogites caſum, & proferas tuam ſententiam amice lector, antequam audias meam, & enarres, an caſum propoſitum expertus fueris in facto, & an revocatum in dubium, vel reſolutum. Dices forſan prohibetur defendi abſens, ne dum de jure, ſed eſt ſtatutis ſpecialibus, ac Conſtitutionibus Pontificiis, prohibetur dici de nullitate ſententiæ poſt annum, ſive reus condemnatus capiatur, ſive ſponte compareat ex motibus propriis ſan.mem. Pii IV. & V., vulgatum eſt axioma, ut pro contumace nemo loquatur, omnia jura clamant; habent Conſtitutiones prædictæ clauſulas ſublatas &c. & decretum irritans, ſententia fuit declarata nulla reſpectu ipſius carcerati, nec ideo debet abſenti prodeſſe, uti res inter alios acta. Idque fuit permiſſum ex ſpeciali gratia Principis, quæ non poteſt, nec debet alteri abſenti, & contumaci ſuffragari, & quod magis urget, ac prædicta vdetur confirmare, eſt quod ſi ille Reus abſens nulliter condemnatus compareret, vel in fortiis Curiæ deveniret, adhuc audiri non poſſet ſuper nullitate, nec audiretur adverſus ſententiam, niſi obtenta prius gratia à Sanctiſſimo, quid ergo dubitare in caſu propoſito, & qualis eſſe poteſt ratio dubitandi?

Contrariam ſententiam à me audies, nec illam conſiderabis temerariam, & irrationabilem, ſi ſubſtantiam conſiderabis talis ſententiæ contumacialis,
23 non apparentiam, ſi virtutem, non ſcripturam, ſi defectum, & effectum, ſi mentem legis, & Judicis illius Miniſtri, non ſimplicis exequutoris. Supposito enim quod eadem ſententia reſpectu abſentis eodem vitio nullitatis laborare dignoſcatur, utique ſententia illa nulla exiſtimari debet, & declarata nulla reſpectu præſentis ex licentia, & ordinatione Principis, pro nulla etiam haberi, & exiſtimari debet reſpectu abſentis ratione individui, quod non patitur, ut nulla ſit quoad unum, exiſtat vero quoad alios, *Vant. de nullit.tit.quot*, & *quibus modis num.*22. *Rota deciſ.*118. *num.*4 *part.*1. *recent. Guaz.defenſ.*35. *cap.*22. *num.*3. *Novar.deciſ.*243. *n.*8. *Capyc.Latr.deciſ.*83. *num.*8. 9. & 10. & in noſtris terminis *Scyal.prax.forjud.cap.*25. *num.*72. & comprobat hanc concluſionem ex pluribus deductis per *Rub.de Valid.legali cap.*52. *ex num.*21. & ex regula generali, quod ſententia lata ſuper ſtatu facit jus, quoad omnes etiam non citatos, *l. ingenium ff. de ſtatu hominum*, ut de ſententia lata ſuper banno, excommunicatione, & relegatione *Merlin.Pignat. cent.*2. *cap.*32. *num.*6.

Nec videtur oppoſitio tam grandis in apparatu obſtare, quæ contra contumacem fuit conſiderata ex multis, quia ſuppoſito defectu citationis in ſententia, nihil eſt quod opponi poſſit contumaci, ſub prætextu contumaciæ, cum nec citatus dici poſſit, nec condemnatus, nec contumax *ex l.* 4. *§. condemnatum ff. de re judic. Afflict.deciſ.*182. *n.*4. *Macerat. lib.*1. *reſol.*24. *num.*10. *Farin.quæſt.*11. *nu.*37. *Scacc. de Judic.lib.*1. *cap.*97. *num.*1. *Thomat. deciſ.Macer.* 23. *num.*92. Nec impedimentum præſtat, quod nullum eſt, *Giurb. obſerv.*23. *nu.*19. quia nullum quod
24 eſt, nihil eſt, *Becc.conſ.*12. *num.*54. *Alex. conſil.*33. *lib.*1. *Macerat.reſol.*78. *num.*10. *lib.*1. & nullas habet partes *l. ejus qui, ff. ſi cert.petat. Peregr.conſ.*21. *num.*19. *lib.*4. *Cancer.var.lib.*1. *cap.*3. *num.*69. nec annullari poteſt amplius *Fontan. deciſ.*65. *num.*19. *Oſaſc.deciſ.*34. *num.*12. *deciſ.*39. *num.*12. *Gonzal.ad regul. Cancel.* 8. *glof.* 32. *num.* 37. quia habetur ac ſi nunquam ſucceſſiſſet, nec fuiſſet in rerum natura, *l. quoties ff. qui ſatisdar. cogant. l.*1. *§. inhabiles ff. quod cujuſque Univerſitatis nomine* ornatiſſimè
25 *Giurb.obſer.*86. *ex num.*4. *ad* 10. Prodeſt abſenti ratione individui, quia ſi, & ipſe in fortiis Curiæ deveniat, ſponte, vel coactus, recognitio perſonæ non eſt neceſſaria, nec citatio ad dicendum cauſam quare ſententia exequi non debeat, nec nova commiſſio ad novas, quia ipſamet pro ſocio obtenta ſufficeret, cum declarata jam ſit nulla ſententia, quæ amplius dici non poteſt ſententia reſpectu cujuſcumque, nec amplius annullari poteſt, *Fontan. d.deciſ.*65. *nu.*9. in caſu fortiori probat *Marin.lib.*1. *cap.*160. ubi quod gratia per Principem facta ad in-
26 ſtantiam unius ex ſociis, ut admittatur ad compoſitionem, prodeſt etiam aliis correis, ut ipſi per M. C. componi poſſint pro eodem delicto, quia ſemel illi delicto jam diſpenſavit Princeps, caſus eſt fortior, cum ſententia nulla ſit, ſed nullam declarare impediatur Judex, ut reum de juſtitia poſſit expedire, ſi non præcedat Principis ordinatio, ut dictant Conſtitutiones Pontificiæ, & motus proprii, quod cum Princeps fecerit ſemel, & ex iſta ordinatione, ſeu conceſſione nulla ſit declarata ſententia, amplius non reſtat faciendum, *Fontan.d.deciſ.*65. *n.*19. *Oſaſc.deciſ.*39. *n.*12.

Verùm ſi perſiſtant alii in contumacia; An interim impunè occidi poſſint? Bandimentum loquitur de
27 Bannitis indiſtinctè, & ita interpretati ſunt illud DD. ut ne dùm impunè id ſuccedat, ſed occiſor etiam præmium conſequatur, cum ex diſpoſitione Conſtitutionum Bullarùm reis in contumaciam condemnatis, neque appellare, neque dicere de nullitate permittatur, & ita in Regno forjudicatis, ex noſtro Authore ſupra dictum fuit. Hoc tandem indulgetur, ex Conſtitutionibus Pontificum Pii

Digitized by Google

IV. & V. ut Reus condemnatus infra annum comparens audiatur, ut latiùs dixi ad *resolut. xx.* & ex summa æquitate conceditur, si in fortiis Curiæ veniant ita persistentes in contumacia, ut nullitatem notoriam demonstrare possint, non ad finem, ut ea comperta, Judex admittat, ac sententiam declarare valeat nullam. Id enim esset contra expressam dispositionem dictarum Constitutionum, sed ut ea comperta, ab exequutione sententiæ se abstineat, & Principi referat. *Cartar. de capt. band. cap. fin. num.* 317. *& sequ. Farin. quæst.* 11. *num.* 20. & latiùs *in addit. ad eund. sub num.* 34. *in fin. Scacc. de Judic. lib.* 1. *c.* 97. *n.* 138. ipsis tamen persistentibus in contumacia, si agatur de eorum occisione, distinguunt DD. quod aut occisor sciebat sententiam esse nullam, & punitur occidendo, ne dum præmium non consequeretur, aut nullitatem sententiæ ignorabat, & licitè, ac impunè bannitum occidit, ità distinguit *Farin. qu.* 103. *num.* 36. 37. 38. *&* 39. ubi quod in dubio, non probata per fiscum scientia nullitatis Banni, ignorantia præsumitur, & occisio licita existimatur, nisi tamen, inquit *num.* 48. nullitas esset evidens, ex *Constit. Marchiæ lib.* 4. *cap.* 35. *vers. finem*, quæ limitatio vix sufferri potest, ut scilicet punibilis sit in exequutore, & impunibilis in ordinatore, & Judice, Judex condemnando mandat ipsum impunè occidi attenta dispositione statutaria, exequens vero ordinem videre habet, an validè, an nulliter bannitus sit, antequam pro exequutione sententiæ bannitum occidat, videas *Blanc. in sua prax. crim. §. ignorantia an excuset à delicto, num.* 62. *& sequent. fol.* 95. *& num.* 90. *in fin. fol.* 97. ubi quod Judex hanc causam occidendi dedisse videtur nulliter banniendo, & condemnando, cujus error, subditorum errorem excusat, laudat eum *Farin. quæst.* 103. *nu.* 36. aliis DD. hanc *Blanc.* sententiam confirmans.

28 Et repugnat illa juris conclusio, quod de nullitate opponere non potest, qui causam dedit nullitati, *l. cum mandato ff. de negoc. gest. l. mulier. in fin. ff. de ventre inspiciendo, Ferret. cons.* 155. *n.* 7. *Cyriac. contr.* 181. *num.* 157. *& seq. Greg. decis.* 140. *num.* 10. *Rota decis.* 540. *num.* 24. *&* 25. *part.* 5. *recent. tom.* 2. *Mantic. decis.* 78. *num.* 4. & ita in puncto respondit *Franc. decis.* 493. *num.* 8. ubi quod Fiscus pro punitione occidentis Bannitum nulliter, instare non poterat, dum eo instante, occisus fuerat banno suppositus.

Repugnat etiam ista Constitutio Bullaris, de qua per
29 *Bajard. quæst* 94. *sub nu.* 22. prohibens eisdem condemnatis quamcumq; defensionem, appellationem, allegationem nullitatis, aut alterius juris remedii, cum licet DD. allegati per *Farin. Scacc. & Cartar. locis supra allegatis*, & præsertim per *eundem Far.* postea in *addit. ad suam quæst.* 11. *sub num.* 34. concedant bannito nullitatem notoriam allegare, non ad finem, ut ea admittatur per Judicem, sed ut ab exequutione sententiæ se abstineat, & Principem consulat; hoc permittatur bannitis captis, & in fortiis Curiæ existentibus, non autem persistentibus in contumacia, seu absentibus, ut advertit *Addit. ad Far. cons.* 85. *lit. l. vers. de nullitat. & Guaz. def.* 35. *cap.* 22. *sub num.* 12. *vers. & hoc est verum*, & ideo post occisionem in eo statu, quo sententiæ exequutio sub tali prætextu impediri non potest, occisor vexaretur injustè, *Farin. d. quæst.* 103. *nu.* 35. 36. *& sequ.* cum paria sint non esse, & non apparere, *Thor. voto* 8. *nu.* 8. vel non esse, & esse, sed demonstrari non posse, *Rolan. cons.* 8. *nu.* 17. *lib.* 3. vel actum esse validum, vel nullum, sed de nullitate redargui non posse, *Roland. cons.* 57. *n.* 68. *lib.* 3.

Istis tamen non obstantibus, dicendum est, quod occidens taliter Bannitum nulliter, quando nullitas
30 esset evidens, & appareret ex eadem sententia incontrovertibilis, puniri debeat, ex *Farin. qu.* 103. *num.* 40. *&* 41. vel ex dolo, vel ex culpa, ex dolo, si idem Bannitus videns se insidiari, vel insidiatum, se inermem vellet dare in manibus occisoris, ad hoc, ut vivus præsentetur Curiæ protestans se non esse bannitum, nec ideo posse occidi, tunc enim cessarent omnes rationes, & omnia fundamenta, ex quibus occidens bannitum, quem apprehenderat vivum, vel capere poterat excusatur de quibus latè per *Farin. quæst.* 103. *ex num.* 144. & per *Sanfelic. decis.* 349. *per tot.*

31 Et firma remaneret conclusio *Bar. in l.* 3. *§. transfugas ff. ad l. Cornel. de sicar.* & in *l. in laqueum ff. de acquir. rer. domin.* volentis utrobique pœnam homicidii non evadere eum, qui occidit bannitum jam captum, cum potestas occidendi spiraverit per capturam, *l. libertas ff. de stat. homin.* idem voluit *Felin. in cap.* 4. *nu.* 3. *de homicid. & alii relati per Nell. de Bannit.* 2. *part.* 2. *temp. quæst.* 28. & magis in terminis *Blanc. in sua pract. crim. §. ignorantia non excusat à delicto sub nu.* 192. post *Imol. Roman & Alex.* in *l. non solum §. mortem ff. de noct. oper. nunciat.* ubi quod bannitus permittens se capi, non aufugiens, occidi non potest si protestetur se aggratiatum à banno, ac restitutum; sequitur *Bajard. §. homicidium num.* 255. & latiùs prosequitur *Farin. qu.* 103. *num.* 83. *&* 145. ubi enim Bannitus permitteret se capi, & diceret, ergo non sum bannitus, & bannum nullum appareret ex eadem scriptura, qua moveretur occidens ad bannitum occidendum, nulla esset excusatione dignus.

Ex culpa teneretur, si posset eum capere vivum, &
32 occideret quando nullitas banni compereretur ex eadem scriptura ut diximus, sed bannitus vellet aufugere, nec se protestaretur, & graviori pœna, quando eundem bannitum jam in suis fortiis haberet, & valens ducere vivum, occideret ex rationibus allegatis per *Blanc. & Felin. locis supra enunciatis* cum dedititicium hominem occidere crudelissimum reputetur *Alciat. in l. pupillus* 239. *§. servorum num.* 2. *ff. de verb. sign.* cum re vera potestas occidendi bannito capto, vix substineri possit in ipsis privatis respectu illius banniti, qui justè, & validè reperitur bannitus, ut *Author* concludit in *sua resol.* 23.

Et non ex alio fundamento nisi quod tutius sit Reipublicæ occidi, quam vivus asportari propter mul-
33 ta quæ accidere possunt inter os, & offam ex præsumpta societate, & conjuratione, quæ in istis bannitis, & latronibus consistere solet, *l. provinciar. C. de feriis l. respiciendum §. delinquunt ff. de pœnis*, quod est præcipuum fundamentum *Nelli in* 2. *p.* 2. *tempor. quæst.* 33. *&* *Bajard. §. homicid. nu.* 266. *relat.* per *Farin. quæst.* 103. *num.* 144. ac etiam quia facilius est remedium pro estirpatione bannitorum. Cum alias multa præjudicia ex ista occisione eidem Reipublicæ causentur, quæ ex bannito vivo præsentato reparentur.

Primo enim posset dari casus, quod iste occidatur, uti bannitus, & non sit bannitus, ut in casu rela-
34 to per *Farin. quæst.* 167. *n.* 135. quod eo vivo asportato, succedere non posset, quia prohibetur Judex sententiam exequi non facta prius recognitione personæ ejusdem, qui bannitus prætenditur. *Cartar. de capto bannit. cap.* 2. *num.* 4. *Scaccia de Judic. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 181.

Secundo potest occidi reputatus bannitus, qui verè
35 tunc non sit bannitus, ut in casu relato per *Brun.*

à Sole

Digitized by Google

à Sole in ſuis qq.legal. quæſt. 26.*nu.*65. & per *Farin. quæſt.*103.*num.*23. & 225. qui ſucceſſit in S. Conſulta de fratre, qui occiderat proprium fratrem, exiſtimans fuiſſe bannitum, ex quo fuerat monitus in pœnam vitæ, & confiſcationis bonorum, & erant elapſi omnes termini, ac dilationes, quæ concedi ſolent abſentibus ad comparendum monitis, & vocatis ad dilatandam ſententiam, cum tamen re vera non fuiſſet bannitus, nec ſequuta ſententia ex cauſa peſtis de anno 1656.

Tertiò poteſt occidi bannitus nulliter, vel ex defectu citationis, vel juriſdictionis, vel aliis ex cauſis, ex quibus ſententia exequi impediretur, de quo videre eſt *eundem Farin.quæſt.*11.*ex nu.*34. & *q.*103. *n.*36.37.38.39.40.41.42. & 43.

Quartò poteſt etiam occidi innocens, qui vel ignoravit citationem, & ſententiam, vel timuit ſe in carceribus conſtituere, ut experientia docet, teſte *Farin. quæſt.*11.*n.*11.*verſ.* ultimo videtur.

Quintò, quia bannitus captus multos latrones, ac latrocinia poteſt indicare, ex *d.l. Provinciarum C.de feriis, & l.reſpiciendum, §.delinquunt*, ibi, *qui factionem habent, & l.non omnes § qui transfugit, ff.de re milit. l.* 1. *C.de falſa moneta* ibi: *ſtatim conſcios &c. l.raptores, C.de Epiſcop. & Cleric. Sanfelic.deciſ.* 249.*num.*13. *Alciat. in l. Pupillus* 239. *§.ſervorum num.*2. *ff.de verb.ſignif.* quod expreſsè declarat Imperator in *l.fin. C.de maleſ.* ibi *geminæ ſuſpicioni obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris ſocios publicaret ſeveritati legum, & debitæ ſubtraxerit quæſtioni, aut proprium fortaſſe inimicum, ſub hujuſmodi vindictæ nomine conſilio atrociori confecerit, & in l.*1.*§.plerique ff.de quæſtionibus*, ibi *plerique enim dum metuunt, ne forte apprehenſi eos nominent &c.* hinc ſolet majus præmium ei concedi, qui vivum præſentat latronem, quam ei, qui præſentat mortuum ex diſpoſitione *Cancerii* relata ſuper *reſol.*16.*n.*26.

Sextò, quia impeditur Principi exercitium clementiæ in eodem reo indulgendo, vel moderando pœnam, quæ eſt ipſius Principis pars etiam ſubſtantialis, prout eſt ordinatio juſtitiæ, *c. diſciplinam* 45. *diſt.cap.vera, & cap.licet plerumque eadem diſt.cap. ponderet in fin.* 50.*diſt. ibi ſententiam fratres, quæ miſericordiam vetat non ſolum tenere, ſed & audire refugite. Boſſ.tit.de Principe num.* 33. 34. & 35. ubi quod licet Principis ſit facere judicium, & juſtitiam, *cap. Regum* 21. *quæſt.*5. tamen hæc juſtitia debet eſſe dulcedine miſericordiæ temperata, nam juſtitia ſine miſericordia vertit verum Principem in Tirannum *Gram.deciſ.*23.*nu.*10. ubi quod Principi nulla virtus eſt generoſior miſericordia, nec admirabilior clementia *Merlin. Pignat. cent.*2.*cap.*21. *num.*36. ubi quod bannitus capax eſt reſtitutionis, & indulgentiæ Principis, ideo pro mortuo naturaliter haberi non poteſt.

Septimò, quia magis deviat à regulis juris naturalis, & poſitivi poteſtas occidendi, quam capiendi, ideò coarctanda eſt potius, & ſtrictè accipienda, quàm amplianda, & latè interpetranda, *Giurb.conſ.*2.*n.*12. *& ſeq.*

Octavò, quia negari non poteſt, magis acceptam eſſe capturam Principi, Reipublicæ, & Judici, Principi, ut clementiam, & juſtitiam cum eo exercere poſſit, *d.cap.vera.*45. *diſt.cum aliis allegatis in 6. effectu*. Reipublicæ, ut nocens pœnam habeat comminatam, vel innocens per viam juſtitiæ, vel gratiæ abſolutionem conſequatur *Sanfelic.dec.*249. *num.* 18. Judici, ut ſuam valeat exercere juriſdictionem, circa eas exceptiones, quæ reo condemnato, & in fortlis Curiæ devento competerent, circa exequutionem ſententiæ concernentia, quibus privaretur ex occiſione de facto.

Nonò, quia quod Judici non licet, nec licere debet parti, vel exequutori, *Caccialup.de debitore ſuſpecto quæſt.*5. *princip. ſub num.*20. ſed Judici non licet, recognitione non facta, & non aſſignato reo termino ad dicendum &c. ergo nec licere debet privato, vel parti.

Decimò, quia occiſus à privatis moritur ſine ſacramentis Eccleſiæ, veluti *una Beſtia*, & ſi Sacramenta petit, & ei denegarentur, in illo actu ſatis inhumanum reputatur tale homicidium, ergo debet evitari, *Anton.Gomez.de delict. cap.*14.*num.*7. *Boſſ. de exequut.ſent.nu.*21. *Cavalc.de brachio regio par.*4. *num.*107. *Guaz. def.*38. *circa ſententiam exequut. cap.* 2. *per tot.* ex quibus facilè admittenda videtur doctrina *Ignei in l.fideicommiſſa num.*19. & 20. *ff.ad Syllan.* volentis, quod ſtatutum permittens bannitum impunè occidi poſſe, intelligendum ſit, dummodo ſine vitæ periculo vivus Judici præſentari non poſſet, & comprobat *Cavalc. de bracb.reg.p.*2. *nu.* 60. ubi quod ordo datus à Judice capiendi reum vivum, aut mortuum, exequi debet ordine juris ſervato, ut prius facienda ſit omnis diligentia eum capiendi vivum, alias tenebitur occidens de homicidio ſequitur *Giurb.conſ.*29.*nu.*21. *in fin. & Alciat. in d.l.Pupillus §.*1. *ff.de verb. ſignif.* ubi quod dedititium hominem occidere inhumanum eſt, & crudeliſſimum, *Felin.in cap.*4. *de homicid.num.*63. & alii volentes, quod poſtquam hoſtis eſt captus, occidi non poteſt, quia facultas occidendi per capturam expiravit, quibus addo *Aquil.in l.Gallus §. & quid ſi tantum par.*2.*num.*67.*verſ.qui tamen captus ff.de liber. & poſt.Doctor relat.per Rovit.ſuper rubr. de exul.num.*8.

In nihilo obſtante, quod ſumus in ſtatuto, quod præ-
36 mium promittit præſentanti banditum vivum, aut mortuum, & ideo electio debeat eſſe præſentare debentis, & quod reſpectu privatorum occidere, & capere remedia ſint extraordinaria, quorum unum non facit alterum deficere, prout in familia Curiæ, cujus reſpectu ordinarium remedium capturæ, deficere facit extraordinarium occiſionis, ut ex *Nell. tract.de bannit.quæſt.*32. 2.*par.* 2.*tempor.* concludit *Farin.conſ.*103.*ex num.*148. quia cum bannitus hoſtis ſit declaratus Reipublicæ, eique bellum ſit indictum, promittendo etiam præmium occiſori, non videtur differentiæ ratio aſſignari poſſe, cur reſpectu familiæ Curiæ remedium capturæ ſit ordinarium, & occiſionis extraordinarium; reſpectu vero privatorum, utcumque reputetur extraordinarium, occiſionis ſcilicet, & capturæ, & ideo unum, alterum non excludat, ut ſupponit *Nell. cit.quæſt.*32. *ex l.fin. C. de maleſ.* ubi hoſtem Reipublicæ omnibus capi demandatur, non occidi, *Bart. in l.generaliter nu.*6. *C.de Decurion.lib.* 10. ubi quod malefactores, homicidas, & latrones capere omnibus de jure permittitur. *Gomez.de delict.tit.de captura num.*3. *ad fin. Jul.Clar.§.fin.qu.*28.*num.*7. *Brun. à Sol.in ſuis quæſt. legal. quæſt.*30. *num.*17. *Franc. de Avil.in c.præto-cap.*35.*gloſ.mandando num.*6. *Guaz. def.*5.*cap.*1.*circa capturam ex n.*14. *Michael.Ferrer.* 3.*par.obſer.cap.*99. *Cancer.var.lib.*2. *cap.*10. *quando liceat ſine Judice ſe vindicare n.*65.

Idque confirmatur ex eodem ſtatuto omnibus indiſtinctè demandando bannitorum occiſionem, cum præmii promiſſione, ut patet ex *Regni Conſtit. pœnam eorum* relata per *Sanfel.cit.deciſ.*249.*num.*5. & *Author. reſol.*23.*num.*5. & *ex Bannimento Sac.Conſultæ ſub §.* 19. promittente præmium cuicumque occiſori, etiam familiæ, & Miniſtris Curiæ, *Ba-*

iard.

Digitized by Google

jard. qu.29.n.21.& seq. Guaz2.def.5.cap.1.num.19. prout obſervatur indiſtinctè.

37 Si enim de jure conceditur, immo ordinatur captura malefactoris notorii, vel in fuga exiſtentis, & bannitus ex utroque capite ab omnibus apprehendi poterat; ſtatutum poſtea ſuperveniens, quo ordinatur impunè ab omnibus occidi poſſe, cum præmii promiſſione, vel indiſtinctè accipi debet, ut omnibus occidi eum impunè permittatur, ſive capi, ſive capi non poſſit, ſive captus, ſive non captus prius fuerit ex *l.1.§.in generaliter ff.de legat. præſtandis*, quæ ordinat, ut generaliter lex diſponens, generaliter ſit accipienda *l.de pretio ff.de public.in rem actione Mandell. conſil.430.num.2.lib.3. Rot.deciſ.36.nu.13.par.5. recent.tom.1. & dec.588. num.9.in fin.par.4.tom.1. Duran.deciſ.281.nu.9. & deciſ.289.num.81. Surd.deciſ.122.nu.1.* vel ſi cum diſtinctione, interpetrari debet, ut occidi poſſet donec capiatur, vel ſi non poteſt capi, quia poteſtas illa occidendi per capturam expirat, ex *Bart.Felin. & aliis allegatis* per *Farin.quæſt.103.n.144. & ſeq. Sanfelic.deciſ.249.num.20. & Author.reſol.25.nu.3. & 4.*

Diſtinctio prædicta qualitatem legis novæ modificans æqualiter admittenda eſt reſpectu omnium in gene-
38 ralitate legis comprehenſorum, *l.cum hoc jure ff.de vulgari, & pupill. cap.ſecundo requiris de appellat. Nat.conſ.14.n.19. Caſſad.deciſ.9.n.1.in fin. & 2.p.1. in fin.& ſuper regulis Menoch.conſ.88.num.19.Surd. conſ.150.num.17.& ſeq. Gratian. cap.940.num.23.* quia reſpectu omnium, occiſio bannitorum, cum præmii promiſſione, remedium, & proviſio eſt extraordinaria ex *d.l.fin.C.de Malef. Cancer.Guaz2. & aliis ſupra allegat.*

Vel ſi dicere volumus reſpectu privatorum, utcum-
39 que remedium eſſe extraordinarium, prout ſupponit *Nell. cit.quæſt.32.* Utique idem *Nellus* advertit *ibidem* ex duplici remedio extraordinario, illud eſſe exequendum, & recipiendum, quod pinguius providet Reipublicæ ex *Bart.in l. Emilius in fin. ff. de minor.* quod ex multis comprobat *Menoch.conſil. 433.num.16.ad fin. & conſ.505.num.19.* & aliis per *Merlin.Pignat.cent.2.c.47.n.25.*

Dicere poſtmodum, quod pinguius providet Reipublicæ occiſio banniti, & præſentatio ejus capitis,
40 quam captura, & præſentatio banniti vivi, quando vivus commodè, & ſicurè præſentari poteſt, eſt abſurdum maximum, eſt contra principia utriuſque legis, & contra mentem expreſſam ſtatuentis, & Reipublicæ, cum ejus Miniſtro judicialiter ſententiam, & bannum exequi volenti, non niſi recognititione prævia, & citato prius eodem bannito ad allegandum cauſam, quare exequi ſententia non debeat, id permittatur ex *Cartar.de capt.ban. cap.2.n.4. Scacc.cit.cap.97.n.181.* ubi quod ſi Judex exequatur ſententiam, recognitione prius non habita, & ſi non erret in corpore, adhuc puniendus ſit *Farin.quæſt.11.n.47.& Scyal.prax.forjud.cap.25.n.17. 28.& 34. Sanfel. cit.deciſ.249. num.18.* Tunc pinguius providet Reipublicæ occiſio banniti, & non captura, quando ſecura non eſt captura, ejuſque adductio ad carceres, & ad præſentiam Judicis, inquit *Nell.citat.quæſt.32.* quia capiens ſecurus non erat eum voluiſſe, vel potuiſſe ad Curiam perducere. Ideo inibi reſolvit impunè ab alio occidi potuiſſe, at ubi ſecuta eſſet illius captura, tutaque ac certa adductio, ratio omnis ſuadet, omniſque legalis diſciplina, ut vivus adducatur, & non occiſus, ut judicialiter occidatur, & ſervato juris ordine, per Judicem, qui vel eum poteſt ſalvare ex juſtitia, & ad id tota lex eſt intenta ex *Scacc.de re*
41 *judic.gloſ.14.quæſt.21.num.47.* ubi quod potius patitur remanere eluſoria, & *de Judic. cap.97.n.131. Capyc.latr. deciſ.178.num.14. Guaz. def.19. cap.15. num.3. Scyal.prax.forjud.cap.14.num.22.* vel morti tradere ſervato juris ordine, ſuperatis omnibus inconvenientibus, ac prohibitis, quæ circa ejuſdem occiſionem de facto, ac modo quodam inhumano contingere poterant, de quibus dictum fuit ſupra *n.33.verſ.primo enim poſſet dari caſus.*

Nec objectio alternativè videtur ſubſtinere, ut electio ſit præſentare debentis ex *Farin. cit.qu.103. n.149.*
42 quia illa alternativa, vel accipienda eſt pro ſaltem *c.decet.de Immun.Eccleſ.* & ibi *gloſ.verb.vel capitis Alciat. in l.litus 96. ff.de verb.ſignific. §.prædia num.5. Grat.diſcept.cap.201.num.35.* cum accipiatur pro alternativa ordinis, non electionis, *l. cum Pater §.pen. ff.de leg.2. l.hæredes mei §.peto à te ff.ad Trebell. cap. Metropolitanum*, & ibi *gloſ. verb. ex Præsbyteris 63.diſt. l.fin.C.de Codicil. l.prima ff.eod. tit. Grat.cap.338.num.11. Menoch.conſ.341.num.1. Poſth.de manut.poſt.tract.deciſ.119.num.10. Fontan. de pact.clauſ.4.gloſ.9.par.3.n.19. Caſtil.quotid.contr. Jur.lib.4.cap.26.per tot.* & propterea ſtante ſtatuto, quod teneantur emendare damnum conſanguinei, vel homines de diſtrictu, prius tenebuntur conſanguinei, & in defectum homines de diſtrictu, ità *Angel.in l.cum quidam num.5. Jaſ.num.2.verſic.3. limita, Salycet.num.5. C.de verb.ſignif.* & in noſtris terminis *Cavalc.& Giurb.locis ſupra allegat.* & confirmatur ex eodem *Nell.Menoch. & Merlin.Pignat. ſup. allegat.§. & ſi dicere volumus* concludentibus, quod ex duplici remedio extraordinario, illud quod pinguius providet eſt adhibendum.

Nec eſt tantùm *Baldo* deferendum in *l.libertas, ff. de*
43 *ſtat.homin.* hanc differentiam conſtituens inter captum à privatis, & captum à familia Curiæ, cujus authoritas comprobata per *Alex.* detinuit *Caball.* ne in contrariam inclinaret ſententiam, ut eum videre eſt in ſuo *caſ.94.n.16.* unde *Guaz. def.5.cir-*
44 *ca capturam cap.6. n.18.* ſentiens, & ipſe difficultatem, nec audens recedere ab opinione *Baldi*, cogitavit hanc diſſentionem conciliare cum diſtinctione, ut ſi capientes mandatum habuerint ſpeciale à Judice, vel Superiore illum Bannitum occidendi, tunc eis non liceret poſt capturam occidere, quia cenſerentur, & reputarentur exequutores juſtitiæ, & de familia Judicis. Si vero caperent eum ſine mandato, tunc eis licita eſſet occiſio, quaſi quod occiſione Bannitorum omnibus demandata, etiam cum præmii promiſſione per Principem anguſtiam, & reſtrictionem reciperet, ſi non eſſet ſpecialiter demandata à Judice, ipſius legis, & Principis exequutore.

Et occidentes Bannitum non ex alia cauſa, niſi quod
45 ordine Principis, & ſtatuti, omnibus demandetur occiſio cum præmii promiſſione, miniſtri non dicantur Reipublicæ, & Principis ordinantis in illa occiſione, ſed propriam vindictam proſequantur, juxtà *l.1. C.de rapt.Virg. § ne igitur*, ibi: *convicti à conſanguineis raptores interficiantur*, ibi conſanguinei propriè dici non poſſent Miniſtri Reipublicæ, quia ipſis non omnibus occiſio conceditur, ſecùs in caſu noſtro, ubi Bannitorum occiſio omnibus indiſtinctè demandatur, etiam cum præmii promiſſione, audias *Farin.* ſi ipſe idem eſt hujus opinionis in ſua *quæſt.103.n.132.* ibi, *concludentem ni fallor, adducit rationem, quia ſcilicet occidens Bannitum, reputatur miniſter Juſtitiæ, & ſicut Bannito non eſt permiſſa defenſio adverſus miniſtrum Juſtitiæ volentem ipſum occidere, ita nec etiam debet eſſe permiſſa adverſum privatum, &c.*

Non

Non inquam adeo deferendum eſt *Baldo* in hac materia, ut videamur ab *Ignei* interpretatione recedere, & *Nelli* ſuppoſitum confirmare ſimpliciter, quod ſemper Reipublicæ ſit magis expediens, ac rime-
46 dium pinguius bannitum occidere, quam vivum adducere contra *text. in l. fin. C. de malef.* & nutriens tot mala, quæ accidere poſſent in tali occiſione, quæ fuerunt ſupra connumerata experimur ſatis periculoſum ex deductis *ſup. n.* 34. Præſertim cum videmus *Baldum*, nedum voluiſſe impunitam bannitorum, occiſionem indiſtinctè reſpectu privato-
47 rum, ſed immo facultatem eis concedere Bannitos detinendi in carcere, & torquendi, ut eum videre eſt in *l.* 1. *C. de privat. carcer.* quod ſufferre noluit *Claud. ad Bertaz. conſ.* 426. *lit. B. & alii relat. per Farin. qu.* 103. *n.* 22.

Hanc interpretationem *Igneo*, & aliis placitam faci-
48 lius admittendam ſuadet conſideratio, quod *Afflictus*, & alii contrariæ opinionis ſeguaces moventur ex eo, quod talis occiſio ſit effectus, & pœna forjudicationis, ut legitur in dicta *Conſtitutione pœnam eorum*. Quæ forjudicatio cum in rei perſiſtentia in contumaciam per annum ſit fundata prævia annotatione, & ſequeſtratione omnium bonorum, perditione mobilium, citatione omnium conſanguineorum, & amicorum ex *Gramm. conſ.* 1. *poſt deciſ.* quæ ex tempore non obſervantur totaliter, cum ſæpe anniciculo non expectato, vel ex diſpoſitione Reg. Pragm. vel ex Principis ſpeciali reſcripto intra menſem, vel 15. dies ſuccedat forjudicatio ex *Merlin. Pignat. cent.* 1. *cap.* 71. *n.* 1. & ſucceſſivè in iis locis ubi talis requiſita ſolemnitas non præcedit condemnationem, & ubi condemnatio non procedit à Tribunalibus Collegiatis, ſed à voluntate, & voto unius, quod ſane eſt durum nimis.

Exiſtimo ſecurè hanc eſſe mentem ſtatuti, & Princi-
pis ordinantium, bannitorum occiſionem impunè,
49 ut occidi poſſint, quando non ſecurè capi, & adduci poſſent vivi, ut facilior ſit eorum extirpatio. Verum non obſervari hanc ſcrupuloſam inquiſitionem contra occiſores, tam reſpectu ſecuritatis capturæ, quàm reſpectu ſecuræ aſportationis, & abductionis illorum in poſſe Curiæ, ne à perſequutione Bannitorum ſe arceant, deindè perterriti de exemplo, & dubitantes, ne loco præmii, quod maximo eorum periculo conſequi conantur, pœnam expectent, prout tolerari accuſationes, & accuſatores experimur ex eodem prætextu, licèt de jure aliter ſit proviſum, ut videre eſt *Jul. Clar.* & alios allegat. per *Farin. qu.* 16. *n.* 3. 12. & 13. & diſſimulari Irenarcam, quia in aliquo defecit officium exercens ſibi ordinatum, ut in *l. Divus*, ff. *de cuſtodia Reorum*, ibi: *& ſi diligenter, ac fideliter hoc fecerit collaudandum eum, ſi parum prudenter, non exquiſitis argumentis ſimpliciter denotare Irenarcam, &c.*

Et propterea hanc licentiam, ſeù tolerantiam freni
50 temperiè eſſe temperandam exiſtimarem in tribus caſibus. Primo, ubi captus eſſet jam bannitus, & ſecurè aſportari poſſit in fortiis Curiæ, quia poteſtas occidendi per capturam expiravit ex *Felin. Bart. Sanſel. & aliis ſupra alleg.* & quia utilius eſt Reipublicæ vivum habere Bannitum, ex rationibus deductis *ſupra n.* 39. Secundo, ubi idem Bannitus videns ſe proſequi, vel inſidiari voluntariè, & inermem ſe daret in manibus capientis, proteſtans ſe velle vivum adduci ad Curiam, & ejus abductio ſine periculo fugæ, vel eximitionis poſſet ſuccedere, tum quia idem eſſet caſus de capto, & qui de facili poſſet capi, & ſervari, tum quia deditium hominem occidere ſatis eſt inhumanum, in-
51 quit *Alciat. in d. l. Pupillus*, §. 1. ff. *de verb. ſignif.* Tertio, ubi bannitus nulliter bannitus compereretur, vel haberet ſalvum conductum ex dictis ſuperius, tunc enim tolerari non deberet capiens, & occidens, ſi vivum capere poſſet, & taliter eum adducere ad Curiam. Rationes ſunt bonæ, & conſiderationes optimæ, ex quibus crederem ita deinceps obſervandum; Verum quia difficile eſt ab obſervantia recedere, quia ut inquit *Fontanel. dec.* 479. *n.* 14. & 15. quandoque conſuetudo introducitur cum peccato, ſed poſtquam introducta eſt, à peccati labe defendit illam obſervantes. Ideo donec à tali obſervantia recedatur, ſaltem in tribus caſibus ſupra explicatis, quod facile crederem, admonere vellem D. Judicem, ut ante ſubſcriptionem ſententiæ iterum conſideraret monitorium Reo tranſmiſſum, proceſſumque inſpiciat. An facti ſeries enarrata juſtificetur, & indiciis ad tranſmittendam Inquiſitionem requiſitis, de quibus fuit ſatis dictum ad *reſol.* 1. & præſertim, an qualitas delicti, ita probetur, ubi ex qualitate pœna imponitur gravior, & deinde oculum habeat ad acta contumacialia, quæ in Regno vocantur ordinatoria, & videat an ritè, juxtà ſtylum proceſſerint, & deinde ad ſubſcriptionem, & publicationem ſententiæ deveniat. Ex parte verò Principis talem occiſionem ordinantis bonam eſſe, vel in eodem bannimento talem facere declarationem, vel majus præmium promittere præſentanti bannitum vivum, ut ab iſta obſervantia occidendi bannitos, etiam captos inermes, & deditios, qui vivi poſſunt duci ad Curiam aliquando recedatur, ut ſpero.

Ubi igitur bannitus permitteret ſe capi, & ſe daret
52 inermem in manibus familiæ, vel privatorum anhelantium ad ejus capturam, vel occiſionem, proteſtando ſe vivum velle adduci ad Curiam, quia diceret ſe bannitum nulliter, vel guidatum, aggratiatum, vel aſſicuratum, & iſta proteſtatione, non obſtante occideretur per capientes, ſi deinde nulliter bannitus appareat, vel aſſicuratus, aut aggratiatus, de homicidio teneri debet occiſor, non ex culpa, ſed ex dolo, tùm quia deditium hominem occidere prohibetur, tùm quia nulliter bannitus ſub ſtatuto permittente, ſeù ordinante bannitorum occiſionem impunè, non comprehenditur, quia verè non dicitur bannitus, nec ignorantia prodeſſe poteſt, ubi bannitus ſe vivum aſportari proteſtaretur, & vivum ſe daret in manibus apprehenſoris.

Et tanto minus (ut ad principium redeam) ratio ban-
53 ni haberi poſſet, ubi ſententia nulla eſſet declarata per oppoſitionem judicialem alterius banniti capti, & ſtante prædicta nullitate per Principem admiſſus eſſet ad novas.

Cum cogeretur tunc Judex, ad duplex evitandum malum noviter bannitum prædictum citare cum
54 aſſecuratione reſpectu primi banni, quod jam nullum fuit compertum, & declaratum, & noviter eum bannire, & condemnare in contumacia perſiſtentem. Primum in favorem Reipublicæ, cum certus ſit Judex, quandocumque in fortiis Curiæ veniret ille Bannitus, ſententiam contra eum exequi non poſſe, quia nulla eſt, & nulla fuit declarata, & interim poſſent teſtes Fiſci decedere, & remaneret ſine probationibus, quod advertit *Gomez.* relat. per *Merlin. Pignat. cent.* 1. *cap.* 42. *num.* 10. ut propterea neceſſariò haberet eum abſolvere; ſecundum in favorem utriuſque ne interim uti bannitus occidatur, qui non bannitus fuit cognitus, & judicatus, & ex tali occiſione duplex delictum committatur, culpa Judicis. Primum in occiſione homi-

Digitized by Google

minis, qui occidi non posset, secundo in punitione occisoris, qui alia ex causa se ad occidendum non induxit, nisi quia bannitus erat pro præmio consequendo.

An autem socio criminis capto in contumaciam, vel
55 ante sententiam, vel post sententiam, & admisso ad suas defensiones faciendas, ipsis factis, & imputationem utriusque præsentis, & absentis elidentibus, ratio haberi debeat de eis respectu absentis, ut non condemnetur, vel condemnatus, saltem ex gratia Principi, restitui debeat, ut absolutoriam possit obtinere? Respondendum videtur cum distinctione condemnati, & condemnandi.

Ut primo casu supposita imputatione individua, etiam defensione, necessario absens molestari non possit, quia defensio, & sententia favore præsentis ratione individui, defendit absentem *Felin. in c.cum Marcus Ferrarien.n.8 extra de constit.Martian.in c.veniens n.273. in fin. vers.27. fallit extra de accusat.* latius prosequitur *Mandos. in d.cap.cum marcus post.n.81. Jodoch.in pract.crim.rubr.de procurat.num.2.vers.in consort.Bart.de Valmarin.cons. crim.divers.69. n.46. lib.1.* ubi quod de jure Canonico socius criminis potest pro se, & suo nomine, & etiam nomine socii defensiones facere, de jure autem civili suo tantum nomine defensiones proponet *Nell.ad defens.post tract.fall.20.fol.176. Clar. pract.crim. §.fin.qu.32.n.19.vers.quæro modo in fin. Gabriel.lib.7.concluf.9.n.82.Jul.Scarlat.inter cons. crim. cons.114. per tot. lit.1.* Potest enim præsens suas facere defensiones, & ex eis etiam absentem juvare in delictis connexis, ut volunt DD. prælegati. *Magon.decis.Florent.94.per tot. Bertaz. cons. 184.n.1. & seq. Farin. cons.73.n.5. & qu.99.n.133.* ubi ità refert obtinuisse de tempore Eminentiss. Cardinalis Jaberne tunc Urbis Gubernatoris *Guaz. def.28.cap.4.n.2. & per tot.* ubi ita refert observasse, & *n.3.* dat cautelam, quod se protestetur Fiscus, ut defensiones faciendæ per præsentes, contumacibus prodesse non possint, quod etiam voluit *Farin. cit. cons.73. n.8.* & ante eos *Jul. Scarlat. cons.114. n.8.* & 29. & si ex defensionibus apparebit de innocentia rei absentis, malefaciet Judex, illis non attentis, procedendo contra absentem.

Intelligo prædicta in factis individuis, & ubi defensio unius, necessariò imputationem alterius exclu-
56 dit, prout de mandante, & mandatario voluit *Dinus in regula rati habitio de reg.jur. in 6.* ubi loquens de mandante, & mandatario, concludit, absoluto mandatario, ex eo, quod delictum non comisit, molestari non posse mandantem *l.denunciasse, §.fin. ff.de adult.* ubi quod absoluto imputato de adulterio cum Berta, contra Bertam procedi non posse J.C. determinat *Bal.in l.non ideo minus n.32. C. de accusat. Anton.Gomez. de delictis cap.1. n.88. vers.2.concl.Decian.resp.104.n.36. lib.3. Surd.cons. 132.n.58. Menoch.de arbitr. cas.351. n.12.* & 352. *n.11.* & 12. ubi quod si pronuncietur mandatorem non commisisse delictum, necessariò sequitur asserti mandantis absolutio. *Novell.tract. ad defens. cart. 104.num.20. incipit Dinus antiquus Doctor Gram. decis.38.n.9. Franc. in d.c.rati habitionem n.6.* ubi magistraliter hanc firmat conclusionem dicens, quod tunc absolutoria mandatarii prodest mandanti, quando per omnia est eadem utriusque defensio, & ab eodem facto, & fonte, sumit originem, secus verò si jura sunt divisa, sequitur *Guaz.def.2.cap.8. n.13.* & est verissima conclusio, cum possit dari casus, quod ex alio excusetur mandatarius, ut de
57 mandato dato furioso, in promptu refert *Menoch. cit.cas.351.n.14. in fin.* & in assassinio *Gramm. cit. dec.38.n.9.* ubi quod non ex eo, quod mandatarius assassinium non commiserit, infertur quod mandans mandatum non dederit, & ideo si probetur mandatum dedisse, absolutoria mandatarii mandatum non excludit, nec impedit super mandato procedi, quod probatur, quia mandatum per se est delictum punibile, comprobat *Menoch. cit.cas.351. n.13.* & 14. & 352. *n.12. Franc.d.cap.rati habitionem n.6.* & casum refert *Bald. cons.429. lib.3.* ubi de mandatario fatente mandatum sibi datum, sed non acceptatum.

Displicet tamen exemplum relatum per *eund. Franc. loco citat. num.6.* de homicidio probato præceden-
58 te mandato, ut si absolvatur mandatarius ex probationibus factis quoad sui defensionem occiderit, probatio talis non sublevabit mandantem, reddens rationem, quia bona fides facientis non excludit, seu excusat malitiam mandantis, videtur enim casus juris expresè contrarius in *l. fin. C.de alimentis pupillo præstandis*, ubi quod si actus ex duplici causa potuit fieri necessaria, & voluntaria, ex ea causa factus dicetur, quæ erat necessaria, notat ibi *Bart.Signorol.cons.103.num.6. Surd. cons.144.n.26.* & *decis.15.num.13.* Et ideo si ex rixa proveniat homicidium, non ideo dicetur appensatum, ex quo inimicitia præcedat inter occisorem, & occisum, *Blanc.in l.fin.num.89. ff.de quæstion. Surd. cons.40. num.18. Malvas.cons.70.num.9. Giurb.cons.17.n.23.* si enim occidit Titius Sejum, cui datum fuerat mandatum de occidendo ab ejus inimico, sed fateretur eum occidisse non ex mandato, sed ex sua necessaria defensione, & ita probet cum effectu, quomodo subsistere poterit inquisitio contra mandantem, quod ejus ordine, & mandato homicidium patraverit occisor, & quomodo iste actus occisionis tribui poterit mandati, si necessario tribuitur exequenti, & facienti ex causa propria. Malitia mandantis non evitabitur per bonam fidem facientis, quando furiosus occideret, eique datum fuerit mandatum, secus si ad sui defensionem homicidium patraverit mandatarius, quia tunc ex propria causa occidens, prout necessaria defensio supponit *ex Guazzin.def.28.num.1.* & 23. de mandato occidisse dici non potest, & ideo probatio talis, uti necessario excludens mandatum, mandantem defendet necessario *Cartar.in sua prax.crim.§.5.n.15.* cum aliis per *Add.ad Rovit.pragm.1.de Assass.lit.A. vers. hinc tradunt DD. in puncto Cæphal. consil.424. num.34.* & 38. *l.3.* & in fortioribus terminis *Decian.tract.crim.lib.9.cap.36.n.35. in med.* ubi quod inimicitia occisoris suborta post mandatum facit præsumere homicidium non ex mandato successisse, sed ex propria causa *Carol.de Graff.de effect.Clericat.effect.1.nu.698. Menoch. cons.101. fere per tot. Mazzol. cons.70. num. 33. in fin.* intellige tamen ab homicidio ex mandato commisso, secus à mandato ad occidendum dato, quatenus de per se consideretur delictum, ut advertit *Menoch. cit.cas.352. num.13.* & *Gram.decis.38. num.9.* & *Farin. qu.7.*
59 *num.48.* & latiùs comprobat *quæst.135.num.8*, ubi quod mandans non obligatur ex mandato, sed ex homicidio, seu alio delicto postmodum ex dicto
60 mandato subsequuto *num.20.* ubi quod tunc mandans tenetur de homicidio sequuto, cum mandatarius ex mandato occidit, secus si recusaverit mandatum, & postea occidat, sive ex intervallo, sive absque intervallo, quando mandatum non acce-
61 ptavit, vel acceptatum repudiaverit, & faciunt generaliter dicta de mandato dato inimico, qui haberet causam propriam occidendi per eundem *Farinac.quæst.129.num.23.* & *seq.num.70.* & 130. & *seq.*

Digitized by Google

seq. conſ.86. num.62. conſ.102. in diverſ. numer. conſ. 104. & ibi *Add. lit. A. Peregr. conſ.*107. *lib.5. ex n.1. Cyriac. contr.*488. *num.74. & ſequ. Honded. conſ.87. num.74. lib.2. Andreol. contr.*149. *tom.1. Guaz. def.* 29. *cap.1. num.11. verſ. ſuper ſeptimo. Giurb. conſ.*91. *num.*26. ſi enim præſumptione conſtat homicidium ex cauſa propria commiſſum, excuſare mandantem à pœna homicidii, ut omnes ſupra allegati concludunt, quanto magis ſublevari debebit ex veris probationibus, quod ad ſui neceſſariam defenſam occiderit, non ex mandato *ex Surd. citat. conſ.*144. *num.*26. *& deciſ.*15. *num.*13. *Giurb. conſil.* 17. *num.*23. *Cabal. caſ.*101. *num.*12. *& ſeq. Farinac. quæſt.*107. *num.*403. *& ſeq. Caphal. Mazz. & aliis ſupra allegatis.*

Vera eſt igitur concluſio, quod mandatarii abſolu-
tio, mandantem ſublevabit, ſed non indiſtinctè,
62 & in omni caſu, & ab omni pœna, ſed ubi neceſſariò ex defenſionibus factis per mandatarium, imputatio mandantis excluditur. Et hinc nota, quod magis ſublevabunt mandantem probationes factæ per mandatarium, quam ſententia ipſa abſolutoria, quia ſententia non juſtè proferri potuit, vel per ſordem, ut advertit *Menoch. cit. caſ.*352. *num.*12. 13. & 14. quo caſu licet declaret delictum à mandatario non commiſſum, non ideo operabitur, ut contra mandantem procedi non poſſit, ſi de mandato poſtmodum exequuto, in proceſſu legitimè apparebit.

Eandem *Dini* diſtinctionem ſequitur *Decian. tract. cri. lib.9. cap.*33. *ſub num.*7. concludens etiam ip-
63 ſe, quod ſi conſtaret de mandato, poſſet mandans inquiri, & moleſtari, licet mandatarius homicidium non commiſerit, quia potuit mandatum recuſare, vel non exequi, & poſt alios cum ſequitur etiam *Farin. quæſt.* 135. *num.*33. ubi tamen aliter intelligit hoc dictum *Dini*, nempe quod ſi ſententia declaret delictum non eſſe commiſſum, tunc ſententia utrique proſit, ſecus ſi declaret mandatarium non repertum culpabilem, eandem diſtinctionem refert *quæſt.*131. *nu.*62. ſed adverte quod utrobique refert opiniones *Dini, Cini, Carrer. Menoch. Decian. Gram. & aliorum*, nullam approbans, vel rejiciens, ſed remiſſivè.

Unde firma regulam ſupra adductam, quod ubi de-
fenſio præſentis neceſſario excludit imputationem
64 abſentis, abſolutoria præſentis impedit procedi contra abſentem ex *Din. Nell. Gram. Menoch. Franc. & aliis ſupra allegat.* quibus addo *Farinac. qu.*129. *num.*100. allegans *Ancaran. Hippol. Dec. & alios inibi relatos, Guaz. def.*32. *cap.*10. *num.*17. *Mart. de juriſd. caſ.*119. *par.*4. *nu.*6. *& 7. Ciarlin. contr.*24. *n.*38. *Honded. conſ.*98. *num.*22. *lib.*1. *Macerat. lib.*4. *reſ.*26. *num.*10. *Giurb. conſ.*87. *num.*3. 4. 5. *& 23.* in nihilo obſtante quod mandans ſe defendere prohibeatur abſens, quia hoc operatur individuitas *Surd. dict. conſ.*132. *num.*58. *lib.*1. *Guaz. def.*2. *cap.*8. *num.*6. & fuit latè comprobatum ſuper *num.*26. *& 29.* ubi de ſententia declarata nulla reſpectu alterius condemnati fuit dictum.

Et de mandante, & mandatario, quod abſoluto man-
65 datario, procedi non poſſit contra mandantem, ſive quia conſtat delictum non commiſiſſe, ut volunt *Din. Gram. Menoch. Decian. & alii*, ſive quia non conſtet delictum commiſiſſe, & ideo declaret ſententia, eum non eſſe repertum culpabilem, neceſſario deducitur ex deductis per *Farin. quæſt.*3. *ex num.*6. 7. *& 8. & conſ.*24. *num.*11. ubi quod procedi non poteſt contra mandantem, niſi liqueat de mandatario ex *l. ſi is qui rem §. ſi tu Titium ff. de furt.* alias allegata ſuperiùs, verè, non præſumptivè *l. & ſi certus 6. in ordine ff. ad Senat. Conſult. Syllan. Macerat. lib.*3. *reſolut.*2. *num.*10. *reſolut.*47. *nu.*5. *Cartar. de exequut. ſent. capt. ban. cap.*1. *n.*347. *Felic. alleg.*114. *num.*13. *Menoch. caſ.*349. *num.*13. 352. *num.*15. adeout nec ſufficiat contumacia, nec ficta ipſius confeſſio, ex *Bart. in d. §. ſi tu Titium*, & ibi *Alex. in ſchol. & conſ.*99. *num.*1. *Cabal. caſ.*56. *num.*101. cum aliis coacervatis per *Giurb. conſil.*91. *num.*17. *verſ. proinde, & num.* 18. *per tot.* cum dici non poſſet amplius conſtare de mandato, nec verè, nec præſumptivè, ubi aſſertus mandatarius per Judicem fuit abſolutus.

Secundus eſt caſus, ubi aſſertus mandans, inſtiga-
tor, conſultor, vel auxiliator, cum ſe defendit
66 mandatarius, reperitur condemnatus, ad evitandam enim hanc objectionem inſtat fiſcus (& ità obſervatur in praxi) ut condemnetur abſens prius & deinde reis præſentibus aſſignetur terminus ad ſe defendendum ex *Bartoli* theorica in *l. Idcirco ff. de Judic.* ibi *per legem iſtam dico, quod quando ſit inquiſitio, vel producitur accuſatio contra plures reos, ſi aliqui ſint contumaces, & alii præſentes, non debet deferri ſententia contra contumaces propter præſentes, & è contra Cabal. caſ.*75. *num.*11. *& Guaz. def.*23. *cap.*1. *num.*8. quod non ſemper eſt obſervandum, prout non ſemper, & indiſtinctè obſervat S. Conſulta, cum ad cautelam juſtitiæ id permittatur, non iniquitatis, quando liquet reſpectu abſentis, inquit *Bart.* non quando dubitat aliquo modo Judex, ex quo indicia contra abſentem, vel præſentem vix ſufficiunt ad torturam, vel ad transmittendam inquiſitionem contra *tex. in d. l. & ſi certus ff. ad Syllan.* contra mentem *Bart. & aliorum*, qui ad ſolum finem ne impediatur curſus juſtitiæ reſpectu abſentium, vel præſentium, quorum reſpectu liquet cauſa, & procedi poteſt ad ſententiam, talem concluſionem firmarunt, & contra alios DD. qui voluerunt liquidè conſtare debere de mandatario, ut contra mandantem procedi poſſit, de quibus per *Giurb. cit. conſ.*91. *num.*17. *&* 18. tunc enim ſi poteſt liquidari negocium, & tolli illud dubium, illaque amaritudo ex publicatione proceſſus cum carceratis, quod poteſt evenire, ſi carcerati in eorum examine aliquid dicant veriſimile ex quo indicia corruerent ſi probaretur, tutius erit ad condemnationem prius non devenire abſentium, cum tali ſcrupulo.

67 Sed condemnatis abſentibus, ſi demum præſentes ſe defendant, & ex eorum defenſione comperiatur etiam innocentia condemnatorum, an inquam iſto caſu retractari debeat ſententia in contumaciam lata? videtur reſpondendum affirmativè, ſi fiſcus non proteſtetur, nec interloquatur
68 Judex, quod defenſiones præſentis, abſenti condemnato non proſint, ut pro cautela obſervari refert *Jul. Scarlat. inter conſ. crim. diverſ. conſ.*114. *n.*8. *&* 29. *Farin. in ſuo conſ.*73. *nu.*8. *Guaz. def.*28. *cap.*4. *n.*3. quia illa ficta confeſſio non operatur ubi de veritate apparet in contrarium *Theſ. quæſt. for. lib.*1. *quæſt.*6. *num.*10.

Verùm pro majori declaratione hujus difficultatis
aliquantulum eſt ſubſiſtendum, ſiquidem aut po-
69 nimus caſum in mandante, & mandatario, aut in duobus ſociis criminis, qui ſupponuntur ambo delictum aliquod patraſſe, & delicto præſentialiter interveniſſe. Si in primo caſu, diſtinguendum eſt inter caſum, & caſum, quando ſcilicet carceratus reperitur aſſertus mandatarius, & condemnatus mandans, & quando reperitur carceratus, qui ſupponitur mandans, mandatario in contumaciam condemnato. Ut primo caſu, ſi man-

Digitized by Google

datarius probet se non deliquisse, & sententia in contumaciam lata condemnaverit mandantem ex quo homicidium committi fecerit mediante persona ipsius carcerati, utique isto casu juvaret protestatio fisci, & Judicis interloquutoria, ne talis probatio juvare possit absenti, & ista protestatione, ac interloquutoria non præcedente sententia contumacialis ex virtute correlationis, & individui
70 corrueret. At in secundo casu essemus, ubi reperiretur carceratus mandans, & ad sui defensionem probaret mandatarium assertum, licet condemnatum, & fictè confessum non deliquisse, tunc sive protestatio, & interloquutoria præcedat, sive non præcedat sententia contumacialis revocanda esset, saltem consulto Principe ex *l.1. §. si quis ultro ff. de quæstionibus*. In nihilo obstante contumacia, quia per modum legitimum probata apparet innocentia, & protestatio alium effectum non produceret, nisi dissensum illi probationi favore condemnati ad hoc ne videatur consentire fiscus, & ipso jure sententiam circumscriberet, eique renunciare videretur ex traditis per *Rot. in Romana pecuniaria 14. Martii 1659. coram bon. mem. Verospio §. ratio resolutionis, & decis. 161. §. hinc autem, & §. seq. post tract. Fenson. ad Stat. Urb.* & ratio differentiæ inter utrumque casum est nimis clara, liquidem ubi Reus probat absentem condemnatum non deliquisse, immediatè, ac directè ostendit ejusdem condemnati innocentiam, sed modo permisso de jure, ut voluit *Far. cit. conf. 73. ex num. 5. Scarlat. & Guaz. loc. supracit.* qua postmodum innocentia probata in consequentiam, necessarium resultat ejusdem carcerati defensio, cum mandans dici non possit absque mandatario *d. l si is qui rem §. si tu Titium ff. de furt. §. 1. instit. de usufruct. Bald. cons. 465. lib. 4. in princ.* ubi quod mandatum est qualitas, quæ non potest stare, nec probari, nec probato subjecto *glos. in l. si arbitrer. ff. de probat. idem Bald. in cap. licèt num. 4. extra de offic. deleg. Ludovis. decis. 381. num. 5.* in nostris terminis *Farin. cons. 73. num. 7.*

Ideo si præsens juvatur in consequentiam necessariam probationis innocentiæ absentis, utique absens ma-
71 gis securè defendi debet, & magis necessariò innocens reputari, ex regula quod in causante semper adest major virtus, quam in causato, *Monach. decis. Flor. 52. nu. 12. & decis. Bonon. 63. n. 38. Merlin. cent. 1. cap. 11. num. 1. Ciarlin. cont. Jur. cap. 33. n. 57. Fontan. decis. 147. num. 12.* Nec ficta confessio operatur, ubi de innocentia apparet taliter condemnati ex eodem processu, sive aliunde *Thesaur. qu. for. lib. 1. quæst. 6. nu. 11. in fin.* providet eadem Constitutio Pii IV. *la 68. Bull. ver.* ibi, *nisi ex liquidissimis probationibus constaret Judici prætensum Reum non commisisse maleficium.*

At ubi mandatarius est præsens, & ad sui defensionem probat non deliquisse, tunc probatio immediatè,
72 & principaliter tangit personam ipsius præsentis, nec habet necesse in probatione, seu defensione nominare mandantem absentem, & in contumaciam condemnatum, non enim probat mandatum non habuisse, sed non occidisse, licet ita probatio immediatè tangens personam imputati præsentis, in consequentiam prosit etiam mandanti condemnato, quia stare non potest homicidium in personam mandantis, si illud commisisse supponatur mediante persona mandatarii, qui se non deliquisse probavit ex *d. l. si is qui rem §. si in Titium ff. de furt. & §. 1. Instit. de usufruct.* cum *aliis supra allegatis*. Verùm cum illa probatio immediatè non tangat personam condemnati in contumaciam, nec ejus nomine fuerit recepta, & condemnatio quando successit aderant in processu tot indicia & probationes, ex quibus ipse præsumi poterat mandans, & carceratus mandatarius (quæ non nisi gravia supponi debent) ex *d. l. & si certus ff. ad Syllan.* & plenè traditis per *Giurb. cons. 87. n. 1. & 22. cons. 91. nu. 17. & 18.* non ea solum, ex quibus solet alias inquisitio transmitti (ut opinatur *Farin. qu. 3. nu. 65.*) & ideo supponi debet legitimè condemnatus; ficta illa confessio ex contumacia resultans impedit virtutem correlationis, nec operetur consequentiam trahi in ejus beneficium, ut ipse innocens existimari debeat ex eodem *Franc. in d. cap. ratihabitionem, num. 6. Alberic. in l. non ideo minus nu. 7. C. de accusat. Guaz. citat. cap. 8. def. 2. num. 13. vers. si vero Titius probavit se fuisset absentem Bajard. quæst. 57. num. 3. Decian. tract. crim. par. 9. cap. 33. num. 6. Farin. quæst. 125. num. 36.* saltem ex protestatione fisci ne illę probationes condemnato prosint ex *Jul. Scarlat. Farin. & Guazzin. locis supra allegatis*, & ideo, quod diximus de mandante, & mandatario, securius procedet, ubi ageretur de pluribus principaliter delinquentibus, & de pluribus sociis criminis, ubi omnium una esset defensio, puta quia imputarentur de homicidio, & probaret unus ex inquisitis occisum potuisse impunè occidi, ex *Dino in d. cap. ratihabitionem in ultima quæst. Decian. tract. crim. lib. 1. cap. 23. num. 5. Guaz. def. 2. c. 8. n. 12. & 13.* & in terminis præcisis exempli relati de occiso bannito *Farin. cons. 73. num. 3. & ibi Adden. lit. A.* & magis specificè *Clar. §. fin. quæst. 32. n. 20. vers. benè verum est*, ubi tamen allegatio banni non esset notoria, nam tunc etiam permitteretur allegari per Procuratorem, seu excusatorem ex *eodem Farin. quæst. 99. n. 51. 190. & 197.*

Quando verò uterque est præsens, quid debebit servari, & quid observetur, reperies apud *Cavalcan. cit. par. 4. num. 156. & Giurb. cons. 87. num. 13.* sed non est omittendum, quod licet *Cavalc. loco jam citato* referat servari, ut priùs condemnetur absens, & deinde publicetur processus contra præsentem, prout de mandante, & mandatario specificè refert *Farin. quæst. 3. num. 5.* observando theoricam *Bart. in l. non idcirco ff. de judic.* de qua per *Cabal. cas. 75. num. 11.* & per *Guazz. def. 22. cap. 1. num. 8.* Attamen ubi indicia nimis urgentia non sunt contra mandatarium præsentem, vel quando ipse examinatus aliquam Judici patefacit defensionem ex qua uterque defenditur, nimis est periculosa talis observantia, & praxis relata per *Cavalcan.* cum possit tunc dici potius non liquere respectu absentis. Cum statim liquidari possit ex officio, vel ad ipsius carcerati instantiam ex testibus ab eo nominatis, quod oppositum delictum non fuerit commissum, vel non eo modo quo sibi imputatur ex *l. in omnibus ff. de reg. Jur.* cum concordant inibi allegat. per *glos.* & favore absentis depositio ipsius rei semper est in consideratione, ut ab ea aliquo modo sublevetur *Cæpoll. caut. 39. Gramat. vot. 11. num. 20. Blanc. pract. opin. caut. 7. nu. 3.* & comprobat *Simon de Pret. consil. 68. num. 10. Turret. cons. 9. num. 29. Guaz. def. 29. cap. 3. num. 9. vers. 4. limita Sanfel. dec. 163. n. 3.*

SUMMARIUM.

1 *Masculus concurrens cum fœmina ad accusandum præfertur masculus uti dignior.*

Masculorum, & fœminarum conditio in Regno, quoad accusandum est exequuta, & de veritate ibidem.

2 *Masculus in accusando utitur jure communi, fœmina autem privilegio speciali.*

Remis-

Digitized by Google

Remissio delinquentis non potest fieri ipso non comparente personaliter.

3 *Remissio ad Curiam Baronis non est facienda per Regium Tribunal, si reus non compareat personaliter, quando ipsum Regium Tribunal ultra inhibitionem processit ad alios actus.*

Regia Audientia potest procedere contra inquisitum ad omnes actus, etiam si cognitio causæ spectaret ad Curiam Baronis, quando nulla alterius Judicis præcessit instantia.

4 *Accusandi jus, seu remittendi, metitur ex capacitate succedendi, ita ut qui ab intestato succedit habeat jus accusandi, vel remittendi.*

Masculus, & fœmina, qui æqualiter succedunt, æquale jus habent in accusando de morte occisi.

Soror, quæ renunciavit hæreditatem fratris, an admittatur ad accusandum de ejus morte?

5 *Accusatorum in concursu eligendus est magis idoneus, & hoc quando non procedat?*

Intellectus l. si plures, ff. de accusat. & l. 3. §. si tamen, ff. de lib. hom. exhibend.

Ubi omnium principaliter interest, alter alterum non excludit.

6 *Judex quis præferendus sit, quando concurrunt major electus per fœminam privilegiatam, & minor per fratrem utentem jure communi?*

Tutoribus pluribus discordantibus circa Judicem quibus jus accusandi competit, præferendus est, qui accusat in majori Curia.

7 *Reo existente in contumacia, qui reperitur inquisitus in duabus Curiis, potest utraque Curia procedere ad condemnationem nisi inferior inhibeatur à majori.*

Regia Curia solet semper in praxi inhibere Judicem inferiorem, ut ei præcludatur via cum inquisitis colludendi.

Judex inferior si præveniat in captura ob præventionem non tenetur remittere reum ad Curiam majorem.

8 *In accusationibus fides accusare volentis summa est consideranda, in decernenda prælatione.*

Fides major est in accusatore eligente Curiam majorem, quam in eligente minorem.

Curiæ majores solent majorem justitiam ministrare.

9 *Accusatio cum tendat ad publicam vindictam præferenda est persona, quæ ad hanc vindictam consequendam eligit modum aptiorem.*

10 *Decisio D. Vincentii de Franchis 382. declaratur.*

Remissio querelæ uxoris occisi non est necessaria; sed contra ibidem.

Uxor est una caro cum viro, & admittitur ad accusandum tanquam propriam injuriam ulciscens.

Remissio uxoris occisi in Regno est necessaria.

Uxoris jus debilius est ad accusandum quam filiorum.

An Regium Tribunal procedens contra inquisitum in contumacia propter electionem fori factam à virgine, vel vidua sorore occisi, possit impediri, si frater occisi masculus querelam exposuerit in Curia Baronis; & petat revocari inhibitionem factam Curiæ Baronali, & quinam forus in hoc casu prævaleat, supposito quod frater, & soror æquè ad hæreditatem occisi vocentur?

RESOLUTIO XXVI.

Occisus est Titius in Terra Baronis superstitibus fratre, & virgine in capillis, seù vidua; frater exponit querelam in Curia Baronis contra occisorem absentem, soror è contra eligit in forum Regiam Audientiam, à qua expediuntur stante electione fori, juxta ordinariam praxim provisiones inhibitionales, ut d. Curia non se intromittat, & processum transmittat; quo transmisso Regia Audientia intendit procedere ad citationes, & forjudicationem inquisiti, sed Curia Baronis è contra postulat, ut dicta Regia Audientia revocet literas inibitionales, & liceat Curiæ contra inquisitum, licet non in fortiis constitutum, ad acta contumacialia ut jus permittet procedere: quæro, an justa sit Baronalis Curiæ petitio?

1 Pro affirmativa, & dictæ Curiæ favente sententia adducitur, quod cum fœmina, & masculus concurrunt ad accusandum, præferendus est masculus tanquam magis idoneus, & dignior, *argum. tex. in l. si plures ff. de accusat. l. 3. §. si tamen ff. de lib. homine exhibendo, & l. 3. ff. de liberali causa, Bald. l. 1. C. de his, qui accusare non possunt nu. 37. Foll. in verbo audiantur excusat. num. 96. Franch. decis. 382. num. 10. & decis. 382. num. fin.* in qua *dec. 382. num. 10. Caravitæ* opinionem asserentis per *Ritum 191.* esse exequatam conditionem masculorum, & fœminarum in Regno quoad accusandum non probat, cum per Ritum tantum sit sancitum, ut nullus tanquam unus de populo admittatur ad accusandum, nisi suam, vel suorum injuriam prosequatur, sed quod in concursu, si masculus, & fœmina concurrant, masculus non debeat præferri in illo ritu nulla fit mentio.

2 Urget etiam quod in hoc casu præferri debere masculus videatur, quia in accusando utitur jure communi, fœmina autem utitur privilegio speciali, quod ponderatum fuit ab *eodem Franch. dicta decis. 382. num. final. in fine*, & ante eum *Foll. in verbo forjudicentur, num. 96. in simili q.* neque obstare potest, quod non potest tractari de remissione delinquentis eo non comparente personaliter, juxta vulgatam, & quotidianam praxim *prag. 6. de offic. justitiar. §. item quod Gubernator*, quia in his terminis non agitur de remissione, sed tantum de revocatione inhibitionis ut supponitur non jure factæ.

3 Sed contrariam amplectendo sententiam, pro ejus veritate præmitto primo, quod si Regia Audientia ultra inhibitionem processisset ad alios actus contra inquisitum, puta impinguationem informationis, citationem, & incusationem contumaciarum (quod absque controversia fieri potest, ubi nulla præcessit alterius Judicis instantia, ex dictis per *Bart. in l. si plures num. 3. ff. de accus. & Bald.*

Digitized by Google

& *Bald.in l.Senatus Conſulto num.4.C.de his qui accuſ.non poſſunt*) tunc res eſſet extra difficultatem, quia cum ageretur de facienda remiſſione actorum in Regia Audientia factorum, obſtaret *prædicta prag.6.* quæ ad hoc ut de remiſſione agi poſſit perſonalem exigit inquiſiti comparitionem.

4 Præmitto ſecundò, quod ex diſpoſitione *Regiæ pragmaticæ octavæ de compoſitionibus*, jus accuſandi ſeu remittendi metiendum eſt ex capacitate ſuccedendi, ita ut illi vel illæ, quibus ab inteſtato defertur occiſi ſucceſſio, habeant jus accuſandi, vel remittendi, *Rovit. in d. pragmatica num. 1. & num.55.* & paſſim *Scribentes*, & quod attenta prædictæ pragmaticæ diſpoſitione tam maſculi, quam fœminæ, ſi proximiores ſint, & ad occiſi hæreditatem vocentur, ut ſuppono in terminis quæſtionis, ut æquè ſuccedunt ita æquè principaliter admittuntur ad accuſandum de morte occiſi, ita ut nulla quoad hoc inter maſculum, & fœminam æqualiter ad occiſi ſucceſſionem vocatos conſtituenda ſit differentia, *Lucius Foller. in dicta pragmatica 8. num.44. & ſequent.* ſola enim difficultas eſt (quam à terminis quæſtionis abeſſe ſuppono) cum ſoror hæreditatem occiſi antea repudiavit, juxta deciſionem relatam per *Reg.Tapp.lib.4.de jure Regni tit.de tranſact. fol.32. & ſequent.*

5 Præmitto tertio, quod ſanctio allegatorum jurium, nempe in *l.ſi plures ff. de accuſationibus*, & *l.3. §.ſi tantum ff.de liber.hom.exhib. & concord.* diſponentium in concurſu accuſatorum eſſe eligendum magis idoneum, locum non habet ubi pluribus quemadmodum in caſu de quo agitur, jus accuſandi æquè principaliter intereſt, ut probat *tex. in l.3.§.ſi ad plures ff. de ſepulch. viol. & ibi gloſſ. in verbo agitur, Bart.in l.ſi plures num.1.ff.de accuſat. Gomez.tom.2.variarum reſolut.cap.1.num.35. verſ. item etiam intellige, & cap.3.num.61. Farin. q.13. num. 27. cum aliis per eum relatis*; ubi enim omnium principaliter intereſt, alter alterum non excludit, ſed omnes admittuntur, ut de communi prædicti Doctores teſtantur.

His ita præmiſſis in hoc caſu de quo quæritur, non eſt quærendum quiſnam ex accuſantibus præferatur, quoniam omnes admittuntur, ſed ſupereſt examinandum, quoniam de Judice non concor-

6 dant, quiſnam ſit præferendus, Judex ne inferior per fratrem electus, vel ſuperior per fœminam electus? & eſſe majorem Judicem præferendum eſt *text.*apertus *in l. contra pupillum, §. is qui ad majus ff.de re judicata*, ſentit *gloſ.in l.2. §.fin. in verbo non recipiuntur*, ubi expreſsè loquitur de judicio criminali, *ff.de cuſtod. & exhibit.reo. Bald. in l.Senatus Conſulto num.4.C.de his qui accuſ.non poſſunt, verſic.aut coram diverſis*, ubi quod pluribus tutoribus, quibus jus accuſandi competit, circa Judicem diſcordantibus, cauſa cognoſcenda eſt in majori Curia, & hoc extra controverſiam aſſerit, ubi agitur de procedendo in contumaciam, quamvis ſubdat, quod reo exiſtente in contumacia, poſſet utraque Curia procedere ad condemnationem: quod ego quoque admitto, niſi Regia Curia inhiberet; ſolet autem ſemper in praxi inhibere, ut præcludatur via inferioribus Curiis cum inquiſitis colludendi, licet etiam ſubdat, quod ſi Curia inferior præveniret in captura inquiſiti, ob prævention em in hoc caſu non teneretur remittere ad Curiam majorem, id quod non facit ad quæſtionem, de qua hic ago, in qua ſuppono inquiſitum abſentem; ſed præfata *Bald.* doctrina colligitur (ut hoc tanquam incidenter) quod ſi Regia Curia quæ majus habet jus, majoremque prælationem, quam Curia inferior, præveniret in hoc caſu in captura inquiſiti, multo magis excludet à remiſſione Curiam inferiorem præventam, quod eſt notandum. Accedat ad Judicis dignitatem ac majoritatem, quod utcumque ſtante æqualitate juris competente utrique ex accuſatoribus in hoc caſu eſſet à Judice ſtatuendum ex circumſtantiis, quas jura prædi-

8 cta præſcribunt conſideranda, cuinam ex accuſatoribus prælatio tribuenda, cum fidem accuſare volentis præſertim dixerit Juriſconſultus in *dicto §. ſi tamen*: certè etiam ex hac cauſa præferenda videtur ſoror in qua major eſt fides præſumenda, cum adeat Regiam Curiam, quam in fratre eligente Curiam inferiorem, cum ut alibi dixi, præſertim *reſolut.6.* in Curiis majoribus ſemper fere ſoleat major juſtitia miniſtrari, *Follerius in Conſtitut. ſtatuimus num.139.*

9 Et cum accuſatio tendat ad publicam criminis vindictam eligenda eſt ad accuſandum ea perſona, quæ ad hanc vindictam conſequendam eligit modum aptiorem, ad rem *Bald.d.l.ſi plures num.final. ff.de accuſ.* & facit optimè *text.*in *l.2.§.fin.ad legem Juliam de adulteriis*.

10 Neque huic ſententiæ obſtat *relata dec.de Franc.* 382. nam ibi controverſia eſt inter filios occiſi maſculos, & uxorem occiſi, quos præferri uxori eſt extra ullam dubitationem in Regno, in quo, ut ſupra dictum eſt, jus accuſandi pendet ex delatione hæreditatis, quæ non uxori, ſed filiis occiſi defertur, adeo ut quibuſdam placuerit non eſſe neceſſariam remiſſionem uxoris, ut teſtatur *Viſcontus in dicta deciſ.*382. & quamvis hoc non admittam, quia extant aliæ deciſiones in contrarium, & uxor admittatur ad accuſandum tanquam propriam injuriam ulciſcens, cum ſit una caro cum viro, *Bald. in l.1.C.de his qui accuſ.non poſſ.nu.35.* & alii, quos refert ad ſaturitatem, & ſequitur *Farinac.quæſt.17. num.14. Guazz.de treg.& pace qu.15.parte 1.nu.8.* ubi quod in Regno eſt neceſſaria remiſſio uxoris una cum hæredibus occiſi, tamen negari non poteſt jure Regni debitus uxoris eſſe jus in accuſando quam filiorum, in quibus militat ne dum unitas, ac charitas ſanguinis, *Vulpell. de pace quæſt.24. Farinac.quæſt.13.num.15.* ſed etiam delatio ſucceſſionis à pragmatica requiſita, immo auctoritas *Franc. in dicta deciſ.*382. *in fine*, eſt pro ſententia, quam tueor; dum tradit majoritatem Judicis habendam in conſideratione, cum concurrunt perſonæ habentes æquale jus ad accuſandum, & hic eſt caſus noſter.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Filii ad accuſandum de morte patris uxoris præferuntur, & ſi coram minori Judice accuſent, & num. 17.*

2 *Mulier ad accuſandum admittitur ubi non adeſt idoneor accuſator, vel ad quem magis principaliter non ſpectet.*

3 *Fœmina in Regno non concurrit cum fratre ad vindicandam necem communis Patris, quid autem ſi de nece fratris ſui vide ibidem, & quid attento jure conſuetudinario illius Civitatis.*

4 *Jus vindictæ, & ſucceſſivè pacem faciendi ratione ſanguinis, & non ſucceſſionis competit.*

5 *Fœmina per Statutum excluſa à ſucceſſione defuncti, ad accuſandum ſimul cum maſculo admittitur.*

6 *Pax an à majori parte, vel ab omnibus conſangui-*

Digitized by Google

guineis ſit interpteranda, & num. 13.

7 *Maſculi fœminis an præferantur in faciendo pacem?* resp.

8 *Sororem à defunctis fratris ſucceſſione conſuetudo Neapolitana per alterum fratrem excludit.*

9 *Soror an, ſupradicta conſuetudine non obſtante, cum cæteris fratribus ad accuſandum, & remittendum concurrat.*

10 *Et quid ſi hæreditati fraternæ ſibi de jure delatæ renunciaſſet?*

11 *Ad accuſandum, & remittendum de jure Regni admittitur proximior in gradu cui hæreditas defuncti defertur, & num. 13.*

12 *Relativum quis, ſeu quibus declarat, & reſtringit diſpoſitionem, & n. 15.*

14 *Nepos ex fratre præmortuo cum Patruo ad accuſandum non concurrit.*

16 *Nepos cum fratre occiſi concurrit.*

18 *Mulier ad accuſandum de nece viri admittitur filiis negligentibus, quando autem filii dicantur negligentes? num. 19.*

20 *Uxor cujus vir à filio, ex priori matrimonio ſuſcepto fuit interfectus, ad ipſum accuſandum non admittitur, ſed cæteri conſanguinei, ſi ipſa filio remiſerit.*

21 *Pax per maritum Uxoris interfectorem à filiis habita, illi non prodeſt, prodeſt tamen Uxori ſi ipſa maritum occidat, & à filiis remiſſionem obtineat.*

22 *Ad faciendum pacem pars offenſa non cogitur, tamen ſi velit eam facere, & pro remiſſione magnum intereſſe prætendat Judex illud poteſt reformare.*

23 *Quid autem ſi abſens ſit Pars offenſa, & ignoretur, ubi permaneat.*

24 *Remiſſio an poſſit fieri ſub conditione?*

25 *Multa alia ad materiam vide remiſſivè?*

RESOLUTIO XXVI.

Uthor hic diſputat quæſtionem, an ſoror Virgo, vel Vidua, accuſans de morte occiſi fratris in Regiis Tribunalibus ex privilegio *l. unicæ C. quando Imperator*, præferri debeat fratri accuſanti in Curia Baronali, & concludit affirmativè, ſi per illud Regium Tribunal Curiæ Baronali fuerit inhibitum, alias utrobique procedetur in contumaciam, ſuper quo videndus eſt

1 *Giurb. conſil. 61. num. 14.* ubi quod ſi uxor accuſet de nece viri in majori Tribunali, filii vero accuſent in Curia Baronali, vel coram alio minori Judice, accuſatio filiorum præfertur, videndus eſt etiam *Farin. quæſt. 14. num. 27. & DD. per eum relati*, ubi quod inter fœminas, & maſculos diſſentientes circa pacem faciendam, conſilium prævalet maſculorum, etiamſi in minori ſint numero;

2 & *Merlin. Pignat. cent. 1. cap. 16. nu. 2. & 3.* ubi quod mulier admittetur ad accuſandum, ſi tamen alius magis idoneus non ſit, & ad quem principaliter ſpectet necem defuncti vindicare, quod etiam confirmat ſub *cap. 58. num. 3.*

3 Adverte poſtmodum, quod *Author* ſupponit ſororem cum fratre concurrere ad necem vindicandam communis fratris, attento jure communi, ſecus de jure conſuetudinario Civitatis Neapolis, quo ſoror cum fratre non admittitur ad ſucceſſionem communis fratris prædefuncti ex *Molfeſ. conſ. 10. & Marin. var. lib. 2. cap. 210. num. 9.* vel ſi de morte Patris ageretur, tunc enim filia ex Conſtitutione Regni. *In aliquibus* excluſa ab hæreditate Patris, ad accuſandum cum fratre non admittitur, ut ordinat *pragm. 7. ſeu 8. de compoſit. relat. per Rovit. ead. prag. 7. num. 60.* & per *Sanfel. deciſ. 27. num. 2.* ibi: *da tutti li parenti più proſſimi, alli quali ſi deferiſce l' eredità del morto*, ſuper qua notat *Foller. à num. 39.* quod duo neceſſaria ſunt pro legitima accuſatione, & ſucceſſivè pro admiſſione ad faciendam pacem, quod ſcilicet accuſans in gradu reperiatur proximiori, & quod hæres ſit conſanguinei occiſi, ſequitur *Caravit. ſuper Rit. M. C. 272. num. 1. in fin. Bajard. ad Clar. quæſt. 58. num. 21. Regens de Pont. tractat. de pot. Proreg. tit. de proviſ. fieri ſolitis §. 4. nu. 26. uſque ad 31. Philip. Paſcal. de pat. poteſt. par. 2. cap. 1. ſub n. 9. verſ. ſed hæc opinio, Rovit. cit. pragm. 7. ſub num. 5. & 60. Molfeſ. conſ. 10. poſt comment. ad Conſuet. Neap. Amat. conſ. 18. per tot.* Verius tamen eſt, ut non ſit neceſſaria qualitas hæreditaria, ſed ſufficit hæreditatem illi proximiori deferri, qui intendit accuſare, & pacem facere; *Tartaglia ſub eadem prag. 7. cap. 1. num. 20. Plaz. in Epitome delicti cap. 46. n. 10. verſ. cæterum, Rovit. cit. pragm. 7. de compoſitionibus num. 64. & 65. Sanfelic. deciſ. 27. num. 1. 22. & 23. & ſeqq. Tapp. deciſ. S. Conſil. 28.* ubi de filia maritata, quæ per renunciationem ſe excluſerat ab hæreditate, *Scial. prax. forjud. cap. 24. num. 39.* Non enim dicit Regia pragm. *tutti li parenti più proſſimi, li quali ſaranno eredi del morto, ma alli quali ſi deferiſce l'eredità*, deferi vero non importat agnitionem neceſſariam, ut advertunt *Rovit. loco citato nu. 64. & 65. Sanfel. & alii ſup. alleg. Giurb. obſer. 17. n. 12. ſub verſ. amplia 2.*

4 In nihilo obſtante, quod jus accuſandi, & pacem faciendi à jure ſanguinis procedat, non a jure ſucceſſionis, ex *l. quæſitum ff. de ſepulcro violat.* & doctrina *Bart. in l. pro hærede §. final. ff. de acquir. hæred.* & in *l. filius, qui patri in fin. ff. de vulg.* quem uno ore omnes ſequuntur, ut videre eſt *Boer. dec. 22. n. 4. Rovit. prag. 7. de compoſit. n. 68. Sanfelic. deciſ. 27. n. 15. & 26. Franc. dec. 100. n. 8. & 611. per tot.* &

5 ideo fœminam licet à ſtatuto excluſam ſimul cum maſculo admittendam ad accuſandum, & remittendum, voluerit *Farin. quæſt. 14. num. 17. & 26. verſ. verum de hac Clari* ſequenda non videtur ejus opinio. Tum quia contrarium volunt *Clar. Paſqual. Rovit. & alii ſup. alleg.* tum quia loquitur *Farin.* in terminis juris communis, nos vero attenta diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ, qua ordinatur, ut omnes proximiores admittantur ad accuſandum, quibus hæreditas occiſi defertur, *Sanfel. deciſ. 27. n. 22. & ſeq.* Tum quia concluſio prædicta etiam à *Farinacio* remanet confirmata, voluit enim *Farin. eadem quæſt. 14. num. 5.* quod ſufficiat de jure pacem obtinere à majori parte, nec ab omnibus ſit neceſ-

6 ſaria, ut volunt *DD. per eum allegati num. 2.* Nec ab uno obtenta ſufficiet, ut voluit *Crot. & alii allegati per eundem*, & in hac ſua opinione fortiter poſtea inſiſtit in *addit. ad eandem nu. 5.* non obſtantibus oppoſitionibus *Guaz. in ſuo tractat. de pac. & treq. par. 1. quæſt. 17. num. 4.* dicens eſſe communem, ſubjungens ulterius *num. 17.* eadem *quæſt. 14.* quod iſta major pars conſiderabitur non reſpectu numeri, ſed reſpectu portionis hæreditatis. Dato igitur quod fœminæ cum maſculis concurrant, & quod à majori parte hæredum ſufficiet obtinere pacem, iſtaque major pars conſideretur non reſpectu numeri, ſed portionis hæreditariæ, neceſſario ſequitur, quod pax obtenta à maſculis univerſalibus hæredibus Teſtatoris, fœminis prævaleat, quæ hæredes non ſunt; vel reſpectu portionis hæreditariæ, ſemper pro minori parte conſiderantur; idque ſecurius ſi aliam concluſionem admittimus, de qua per *eundem Farinac. ſub num. 27.* ubi ex pluribus

oſten-

Digitized by Google

oſtendit, quod diſcrepantibus maſculis,& fœminis
7 in pace danda, conſilium maſculorum ſit præferendum; licet ipſe talem opinionem non ſequatur. Non obſtat *Franc.cit.deciſ.*100.*num.*8.*&* 9. nec *deciſ.* 216. quia pluribus modis reſpondet *Sanfel. dec.*17. *ex num.* 56. ex quibus apparet deciſiones præſcriptas noſtræ concluſioni non repugnare.

Difficultas ſolum remanet reſpectu fœminæ,quæ ſucceſſionem fratris renunciavit, nam ei de jure(ſecus
8 ex Conſuetudine Neapolitana, ut per *Marin.lib.*2. *cap.* 210. & per *Molfeſ. loco ſupracitato*) hæreditas defertur,& proximior in gradu cum ceteris fratribus reperitur, & ideo ex diſpoſitione Regiæ pragmaticæ à jure accuſandi, & remittendi non debet excludi ex *Rovit.cit pragm.*7. *num.*65.*& ſequ.* Nec videtur repugnare, quod ab hæreditate per renunciationem ſe excluſerit, quia à jure ſanguinis procedit jus remittendi, & accuſandi, non à jure ſucceſſionis, *d.l.quæſitum ff.de ſepulcro violato Bart.& alii ſup.alleg.*& ita deciſum refert *Rovit.* in illa cauſa longè, latèque diſcuſsa, & vintilata in M. C.& deinde in S. Conſilio inter Franciſcum de Noguerra, & Jo:Aloyſium, & alios de Caſola *pragmat.*7. *de compoſit.ex num.*58. *per tot. num.*80. ubi in puncto refert deciſionem Sac.Conſ. relat. per *Regent. Tapp. in ſua deciſ.* 28. in qua fuit concluſum non eſſe neceſſariam pacem ſororis, quæ renunciaverat, ſtante pace, & remiſſione fratrum, ex alio proceſſiſſe, non ex eo, quod eidem ſucceſſio ab inteſtato non deferretur, & ſucceſſivè ſub diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ non eſſet compræhenſa ibi *ex Concluſionibus per Reg.Tappiam reaſſumptis in illius cauſæ deciſione, in ſecunda concluſione nu.*50.*aſſerit, quod fuit habita pro vera concluſio, ut inſpecta pragmatica non requiratur neceſſario, ut ſit hæres, ſed ſufficit ut ſit ei delata hæreditas, ideſt ut ſit capax ſucceſſionis, quatenus tamen in illa cauſa fuerit deciſum non eſſe neceſſariam remiſſionem ſororis, ſtante remiſſione facta à fratribus, adverto quod illa non eſt fundata in eo aſſumpto diſputato à Regente de Ponte, & Anello Amato, quod ſcilicet ſucceſſio non deferatur fœminæ, quæ renunciavit, quia Regens Tappia non reaſſumit hanc concluſionem pro vera, ſed potius in ultima concluſione ab eodem Regente in fin. relata, ratione ſcilicet publicæ utilitatis. Nam omnes Judices erant optimè conſcii,quod dicta Marchioniſſa renuebat facere remiſſionem, non propria voluntate, ſed meta Marchionis ſui Viri.* Quod eſt notandum, quia deciſionem hanc ſequuntur *Amat.citat. conſ.*18. *Theodor.alleg.*9.*& Giurb.obſer.dec.*27.*n.*12. *verſ. niſi filia maritata renunciaſſet*, ubi inadvertenter pro hac eadem opinione allegat. *Rovit. hic ſub num.*6.

10 Idque ſecurius exiſtimarem, & haberem pro vero, ubi ſoror hæreditati fraternæ renunciaſſet poſtquam ei de jure fuiſſet delata, tunc enim renunciando ſucceſſioni, & hæreditati, renunciare non videretur juri accuſandi, & faciendi pacem, quod provenit ex ſanguine, non ex jure ſucceſſionis, & ſufficeret, ſemel ei hæreditatem fuiſſe delatam ad verificationem Regiæ pragm. ibi: *di tutti li Parenti più proſſimi, alli quali ſi deferiſce &c.* Non enim
11 contentatur diſpoſitio illius pragm. quod accuſare volens, vel pacem facere in proximiori gradu reperiatur conjunctus, ſed quod ei hæreditas deferatur,& ideo utrumque debet verificari, ut advertit *Rovit.cit.pragm.*7.*num.*66.*&* 80. ſeù verius relativum illud, *alli quali*, accipiendum eſt declarativè,
12 & reſtrictivè, prout eſt natura relativi, ut videre eſt in *l.ea tamen adjectio* 44. *ff.de legat.*3.*& DD. in l. omnes Populi, & Bart.* præſertim *num.*1. *ff. de inſt. & jur. Surd.conſ.*127.*num.*47. *&* *deciſ.*114.*nu.*13. *Rot.Rom.deciſ.*484. *num.*1.*par.*4.*tom.*2. *recent. deciſ.*498.*num.*152.*&* 163. *par.*5.*tom.*2.ut ſcilicet dubitationi propoſitæ per M.C. volens Regia pragm.
13 ſatisfacere, an pax ab omnibus conſanguineis occiſi eſſet obtinenda, vel à majori parte ipſorum, vel ab his, qui proximiores eſſent. Reſpondit pacem obtinendam eſſe *da tutti li Parenti più proſſimi, e più congionti, alli quali ſi deferiſce la ſucceſſione del morto,* & ſic non ab omnibus ſimpliciter,ſed ab omnibus, quibus defuncti ſucceſſio defertur,reſtringendo, & declarando illam univerſalem, omnibus, prout in propriis terminis Reg.pragm.intelligunt *Sanfel.deciſ.*26.*num.*1. *deciſ.*27. etiam *nu.*1. *verſ.& quod de ſucceſſione poſtmodum ſubjunxit, ad declarationem gradus poſuit, & Rovit.eadem prag.*7. *ſub n.*69.*verſ.ſed ſolum ad declarandum gradum,& numerum illorum.*

Quod eſt ſcitu neceſſarium, nam ſi utrumque requiritur ut annuit *Rovit.ſub d. num.*60. utique Nepos ex fratre prædefuncto, qui ſimul cum Patruo ad ſucceſſionem occiſi, ſeu mortui fratris, & Patrui reſpectivè admittitur de jure ex *autb. de hæred. ab injeſt.venient.* §. *ſi igitur il ſecondo verſ. ſi autem defuncto*, ad faciendam pacem, vel ad accuſandum concurrere non poterit, quia occiſo Patruo in tertio gradu reperitur conjunctus *d.*§. *ſi igitur verſ.unde conſequens eſt* ibi: *licet in tertio ſint gradu*, non enim utrumque conſequeretur, quemadmodum nec frater ex uno latere tantùm in concurſu Nepotum, qui ex utroque latere conjuncti reperirentur
15 perſonæ defunctæ, immo neuter, iſto caſu ad accuſandum, & pacem faciendam admittetur, ſi utrumque requiſitum neceſſario fatemur debere concurrere, ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ, quia unus excluderet alterum, tanquam proximior, & alter excluderet eum ex prælatione, quam haberet in ſucceſſione; Unde verius crederem unicum requiſitum eſſe neceſſarium, proximitas ſcilicet gradus, illudque relativum, *alli quali*, ſtare,& fuiſſe poſitum declarativè, & reſtrictivè, ut ſcilicet illi conſanguinei cenſeantur in gradu proximiores, & ab his omnibus obtinenda ſit remiſſio, qui ad hæ-
16 reditatem defuncti ab inteſtato vocantur, & ſic Nepos concurrat cum fratre, & frater utique conjunctus, excludat fratres ex uno latere tantum,juxta diſpoſitionem §.*ſi igitur il ſecundo ſupra allegati*, & eodem modo maſculus excludat fœminam, cum de nece occiſi Patris jus accuſandi, & remittendi controvertitur, ſtante Conſtitutione Regni *in aliquibus*, ut fuit plenè demonſtratum in principio, quia ubi adeſt ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, fœminæ in gradu remotiori conſiderantur, ut abundè habetur per *Peregrin.conſ.*56.*nu.*20. *&* 21.*lib.*5.

An autem Uxor occiſi præferri debeat conſanguineis, aut filiis, vel ſimul concurrat, vel potius filii præ-
17 ferantur, vide *Sanfel.deciſ.*26.*per tot.* ubi quod eſt neceſſaria uxoris remiſſio, licet alias contrarium judicaverit M.C. plenè *Giurb. conſ.*61. ubi referendo DD.diſſentientium opiniones, concludit uxorem omnibus præferendam,etiam Parentibus occiſi Viri, ſed non filiis,nec filios cum ea concurrere,ſed præferri, *Papon. l.*24.*tit.*1.*arect.*5. *Faber. in C.lib.*9. *tit.*1.*differ.*1. *Farin.qu.*13.*ſub n.*15. *Franch.dec.*382. *ad fin. Bajard.*§.*fin. quæſt.*14. *num.*27. *cum aliis per eum allegatis cit.conſ.*61.*num.*14.*&* *obſer.deciſ.*27.
18 *num.*15.*obſer.*111.*num.*2. *Scyal.prax.forjud.cap.*24. *num.*34. *Merlin.Piguat.cent.*1.*cap.*16.*num.*4. ſed ſi-
19 liis negligentibus ipſa admittitur, *Gratian.c.*518. *num.*5.6.*&* 7. debent tamen requiri, ut negligentes

Digitized by Google

tes dici possint, & fiat locus uxori, si tempus tranlierit intra quod accusare debebant *Merlin. d.c.16. ex num.11. ad fin.* ubi reprobat *Gratian.* aliter sentientem *cit.cap.518.num.6.* Immo nedum filii uxori præferuntur, sed mater si credimus *Capiblanc.de Baron.lib.2.cap.28.per tot. & Scyal. d.cap.24.n.40.*

10 Verum si uxor occisorem mariti accuset, qui suus sit filius ex alio marito, tunc præferri non poterit fratribus occisi, nec remissio filio occisori proderit, si frater, & soror eum accusent, *Jo: Faber. in suo C.lib.9.tit.1.rubr. qui accusare non possunt diff.2.* quia suspecta est mater, & propter suspicionem collusionis, remotior admittitur, immo, & fiscus sub-

21 intrat. *Papon.lib.24.tit.2.§.4.diff.24. Minad.dec.39. Franc.decis.552. Giurb. obser.111. num.6. & seqq.* Ideo si maritus occidat uxorem, pax filiorum Patri occisori non prodest, *Caball.cas.58.num.11. 12. 13. & num.8.* habes, an è contra profit matri, quæ virum suum occidit, pax, & remissio obtenta à communibus filiis.

Et si offensus recusat pacem facere, cogi non potest, verum si velit remittere, sed summam petit excessivam, poterit per Judicem taxari, & moderari,

22 *Scyal. prax.forjud.cap.25. num.42.* idem si apponat in remissione conditionem perpetui exilii, *Rovitus pragm.7.de compos.n.17. Thor.compend.decis.Neap. tom.2.par.1.litt.R. fol.366.col.2.*

Et si offensus haberi non poterit, quia absens, vel incognitus, interim poterit Judex reo aliter consule-

23 re, *Sanfel.decis.53.n.10. & 18. Guazz.def.24.cap.3. n.5. Mastrill.de Indult.cap.24.n.18.*

Si vero fiat pax cum pacto, & conditione, quod Delinquens non possit accedere ad locum, ubi degunt

24 partes offensæ, vel in eadem pace se obligaverit Reus ita observare, & stante tali pace fuerit delinquens à Principe aggratiatus, an contraveniendo pacto, seu conditioni appositæ in pace amittat gratiam, vel ad eam observandam compelli possit, vel potius, pactum illud possit contemni, vide *Rovit. pragm.7.de compos.num.17.* ubi quod si est perpetua talis conditio spernitur, nec annullatur remissio, & gratia, si apponatur per partem, secus si apponatur in eadem gratia per Principem, vel non sit perpetua, sed temporalis ex *Gramunat.decis.63. Gizzarell.decis.11. Vulpel.de pace quæst.55. & Mastrill.dec.28. Villalpand. Farin. Guaz. Cancer. & alios per eum allegat. sub eodem num.17. vers. Pro qua decisione*, ubi ita etiam refert judicatum, *& iterum post addit. Laganar. ad eandem pragm.7. post nu.80. sub litt. A.* ubi de pace, & remissione sub tali conditione acceptata, quibus adde *Sanfel. dec.175.n.9.* & in *sua prax.Judic sect.27.n.30. & 31.*

Impugnat tamen hanc opinionem *Baldassar. de Amescua in suo tractatu de potestate in se ipsum cap.18. lib. 2.* sed in Regno approbata est opinio *Rovit.* ut videre est *Mastrill.d.decis.38.* & eundem *Rovit.citat. pragm.7 sub num.17. vers. suo tamen in fin. & Sanfelic.loco supracitato*, quod in statu Ecclesiastico non sic facile admitteretur, ubi Summus Pontifex, non nili pace habita permittit Bannitis remissis per præsentationem alterius Banniti accedere ad locum ubi degunt partes offensæ, ut videre est *Bullam Pii IV. in* 80. *Bulla vet. confirmat per Pium V. de qua per Farin. quæst.6. num.20. & quæst.103. nu.716. in fin. & Bannimenta Sac. Consultæ super dictis remissionibus, & taleis emanata sub §.10.* si enim in tali remissione, quæ ex causa publicæ utilitatis conceditur id expressè prohibetur, quanto magis in aliis gratiis, & remissionibus, ubi partes offensæ ita se declararunt expressè, & protestarunt non alio modo remittere; Utcumque sit existimo necessarium Principi, qui gratiam facit talem conditionem in pace appositam esse referendam, ad hoc, ut in concedendo gratiam plenam, vel limitatam valeat deliberare, & adverte ad responsionem datam per *Rov.* oppositioni *Amescuæ sub d.n.17.§.scio tamen*, cum judicio meo, non evitet objectionem, siquidem bannitus, & delinquens privavit se libertate, & domicilio originis per bannum, & condemnationem perpetuo, immo, & toto statu, & jurisdictione illius Principis, & Principatus in quo deliquit, ideo non videtur repugnare, quin ex pace habita ab offenso repatriare possit in toto statu, excepto loco, ubi eædem partes offensæ commorantur, cogita ubi de gratia Principis non contingit disputatio, quia in ea ejus forma esset servanda, ubi pax taliter obtenta Principi fuisset relata.

De aliis contingentibus materiam juris accusandi, & faciendi pacem, ultra *Farinac. quæst.12. 13. & 14.*

25 *Guaz. in suo tractat. de pac. & treg. per tot.* vide *Foller. in sua prax. verb. audiantur excusationes proponendæ per Reos ex num.15.* & ibi *Adden. ex num.7. Rovit. cit. pragm.7. de compos. Scyal. prax. forjudic. cap.29. ex n.15. Giurb. cons.61. per tot. observ. dec.27. num.111. de Marin. lib.1. cap.2. & 3. per tot.*

SUMMARIUM.

1 *INcedentes per Campaneam, & cum incessu delicta committentes ipso jure, & absque ulla Judicis declaratione efficiuntur forjudicati.*

Et an taliter forjudicati si incidant in manus Curiæ, debeant statim facta recognitione ad supplicium mitti, prout fit in aliis forjudicatis?

Defensiones licet non possint tolli, possunt tamen ratione contumaciæ tolli, & audientia reo denegari.

2 *Qualitates requisitæ per Reg. pragmaticam 11. de exulibus, debent omnes concurrere, ut sit locus ejus dispositioni, aliter exequi non potest.*

Defensiones nunquam censentur sublatæ, nec per Principem tolli possunt.

3 *Forjudicatio fundata super citatione speciali alicui facta super aliquo crimine, tollit omnem viam forjudicato amplius se defendendi, secus si non fuit citatus.*

Roviti doctrina in pragmatica 10. de exulib. nu.5. declaratur.

Forjudicati vigore Regiæ pragmaticæ ob incessum per Campaneam absque Judicis sententia, si vivi capiantur, audiuntur in suis defensionibus.

4 *Forjudicati vigore Reg. prag. 11. de exulibus absque Judicis sententia possunt impune occidi, etiam non in flagranti reperti, & tamen si vivi capiuntur debent audiri in suis defensionibus, & quomodo hoc procedat?*

Informationes contra mortuos, nisi sint notoriè banniti, rejiciendæ sunt.

5 *Remittere reum jam forjudicatum Regia Tribunalia non tenentur, quia post sententiam remissio est deneganda, præsertim à superiore ad inferiorem.*

Fallit si aliud speciali Principis privilegio sit concessum.

Fallit etiam quando est forjudicatus ipso jure absque Judicis sententia, vigore Reg. prag. 11. de exulib. quia tunc si capiatur debet remitti.

Sententia forjudicationis declarata nulla competit Baroni remissio, quod declara ut ibi.

6 *Forjudicatus declaratus per Reg. prag. 11. de exul. non dicitur forjudicatus à Reg. Cur. sed potius ab ea*

Curia

Curia ubi tenetur comparere, & ideo Baroni remittendus.

Contumacia intelligitur contracta in eo Tribunali, ubi quis comparere debet.

Quid Judici agendum sit, si vivus capiatur is qui forjudicatus sit ministerio pragm. 11. de exulibus absque Judicis declaratione? Et an eiusmodi forjudicati remissio sit Baroni eam petenti facienda?

RESOLUTIO XXVII.

1 PRæter supra proximè relatum casum, in quo probationes innocentiæ post forjudicationem supervenientes prodesse ostensum est, offert se alterius casus investigatio non absimilis; is est in terminis *Regiæ pragmaticæ 11. de exulibus*, juxta quos supra in *Resolut.* 8. dictum est, incedentes per campaneam, & cum incessu delicta committentes ipso jure absque ulla Judicis declaratione declarari forjudicatos: quæri potest an si aliquis hoc modo legis ministerio absque Judicis declaratione forjudicatus vivens in manus Curiæ incidat debeat statim facta recognitione (prout fieri solet in aliis forjudicatis) ad supplicium mitti, vel potius adhuc sit super delictis, super quibus prædicta forjudicatio nititur, ante illius exequutionem audiendus? Quod non sit audiendus opinari videtur *Carav. prag. 1. de exulib. num. 25. & seq.* ubi quod ratione contumaciæ, ut ille supra explicat in non comparendo, etiam si nulla alia præcessit citatio, quam banni, quæ in vim citationis obtinet, promulgatio efficitur ut reputetur forjudicatus, & non comparenti sit præclusa via se defendendi, quia licet defensiones tolli non possint, possunt tamen ratione contumaciæ tolli, & audientia denegari.

Contrarium, & rectius ni fallor, tradidit *Foller. in d. prag. 1. de exulib. num. 36.* ubi quod defensio competit in hoc casu, & debet capto dari terminus ad docendum, quare condemnari non debeat velut forjudicatus, & quare forjudicatus dici non debet; in quo termino potest se defendere, & ostendere non concurrere in ipso requisita banni, & quod si nihil probet poterit condemnari: rationes quibus movetur, sunt quia *pragmatica prædicta de exulib.* re-
2 quirit nonnullas qualitates, quæ in ea enumerantur, sine quarum concursu pragmaticæ executioni locus esse non potest, & cum super illis non fuerit auditus, nec declaratio Judicis sequuta, necessario audiendus est, alioquin enim auferrentur defensiones, quæ nunquam censentur sublatæ (ut per eum) immo, nec per Principem tolli possunt, *Rov. prag. 1. de bonis proditorum nu. 10.* nec obstant adducta per *Caravit. loco supracitato*, quia illa procedunt, ubi quis specialim super aliquo crimine vocatur, & ci-
3 tatur, tunc enim fundata forjudicatione super hac citatione, & contumacia omnis via præcluditur forjudicato amplius se defendendi, ut sæpius in antecedente *Resolutione* 6. dictum est: secus est in ista ubi nunquam reum supponimus citatum ad dicendum causam quare non debeat declarari forjudicatus; neque banni promulgatio hoc potest supplere, quia semper reus respondere poterit bannum sibi non debere officere, ex quo in illo non concurrunt requisita banni, & quod ad hoc ostendendum paratus est, & quod ideo banno non paruerit, quia ipse tanquam non delinquens juxta requisita banni juste censuit se in banno non comprehendi, & cum antea processus fabricati super incessu per campaneam, & delictis cum ipso incessu commissis notitiam non habuerit, nec super eo citatus fuerit nihil sibi poterit imputari. Neque huic sententiæ obstat doctrina *Rovit. in pragmatica* 10. *de exulib. n. 5.* ubi non requiritur alia declaratoria, quia respondeo quod illa locum habebit, ubi in defensionibus nihil per reum adducitur, in hoc enim casu ille supplicio tradetur tanquam verè forjudicatus, & uti talis à lege declaratus, licet nulla hominis præcesserit declaratio: nec alioquin prædicta *Roviti* assertio poterit ex supradictis sustineri, & ita semper in Regiis Tribunalibus servari vidi, ut quando ejusmodi forjudicati absque tamen Judicis sententia vivi capiuntur, audiantur in suis defensionibus juxta relatam *Follerii* opinionem.

4 Aliud est si quæratur an ejusmodi forjudicatus in flagranti repertus possit occidi; posse enim illum occidi sentit *idem Foller. ibidem*, nec de occisione privati ad condemnationem Judicis illatio facienda est, ut ostendit exemplo adulterorum in flagranti repertorum *idem Foller.* cujus hic non repeto; quamvis censeam posse etiamsi non in flagranti reperiatur illum occidi, dummodo probet occisor occisum deliquisse, juxta requisita *pragmaticæ 11. de exulib.* cum enim verè forjudicatus sit, nec à pragmatica requiratur flagrantia, sequitur illius occisionem impunitam esse debere, juxta *dict. resolut.* 23. quod intelligo ubi eo vivente erat jam capta informatio, at ubi eo vivente capta non erat informatio, optimum esset non discedere ab eo, quod scriptum reliquit *Gizzarell. decis. 15. num. 14. & seq.* ut informationes contra mortuos (nisi sint notoriè banniti, & facinorosi) rejiciantur.

5 Ex prædictis infero quod, etsi Regia Tribunalia non teneantur remittere reum jam forjudicatum, cum remissio post sententiam, præsertim superioris ad Judicem inferiorem deneganda sit ea potissimum ratione, quod æquum non est, ut inferior id quod à superiore judicatum est recognoscat, nisi speciali privilegio aliud sit concessum, *Anna singul. 56. Capib.* latè *de Baron. pag. 8. par. 2. n. 91. & seq. & tom. 2. c. 49. n. 15.* tamen in hac forjudicationis specie, si declaratio Judicis Regii non sit sequuta, aliud dicendum existimo, cum enim reus adhuc se super crimine defendere valeat, probando se non deliquisse, juxta requisita banni, nec robur habeat tam firmum illa forjudicationis sententia, quin nequeat absque ulla superioris irreverentia novis defensionibus impugnari à reo, cessat in hoc casu omnis remissionis denegandæ ratio, eritque illa causæ cognitio coram competente Judice examinanda: quemadmodum quando forjudicatio declarata est nulla à Tribunali Regio, reoque defensio super crimine competit, Baro à remissionis petitione non excluditur, idem *Capibl. alleg. 49. n. 16.* dico Baronem non excludi, quia adhuc declarata nulla sententia forjudicationis, si contumaciæ essent rite incusatæ, reus tanquam contumax à remissionis petitione etiam purgata contumacia ex-
6 cluderetur, si persona contumax potuit expresse renuntiare privilegio fori, *Afflict. decis. 133.* qui licet loquatur in civilibus, est extendendus ad criminalia, quia valet argumentum de civilibus ad criminalia, ut alibi dixi *resol. 5. vers. in contrarium.* Ponderari etiam potest ad intellectum prædictæ pragmaticæ pro non deneganda remissione, quod prædicta Regia pragmatica, etsi forjudicatos hujusmodi delinquentes declaret, non tamen statuit cen-

seri

seri eos forjudicatos à Regiis Tribunalibus, sed potius ex ea infertur censeri eos forjudicatos à Curiis, in quibus tenentur comparere; hoc patet, quia cum in iis teneantur comparere, contumaciam quoad illas contrahunt, *l. contumacia §. fin. ff. de re jud.* & consequenter forjudicationem ab illis Curiis incurrunt, cum contumacia forjudicationem operetur, ut sæpius dixi ex *Constitutione Regni panàm eorum, Caravita prag. 1. de exulib. n. 18. & seq.* ex cujus dictis ibidem colligitur, quod ejusmodi delinquentes incurrunt in illam forjudicationis sententiam, quam lex ipsa profert, & declarat, sive sit formatus processus sive non formatus adhuc, ita ut si formatus sit processus teneantur comparere in illis Curiis ubi sunt citati: addo vel inquisiti, ita enim expresse habetur in verbis pragmaticæ; si verò processus non est formatus comparere teneantur in Curiis proprii domicilii.

Et hæc quæ dicta sunt possunt proculdubio adaptari non solum huic finis *pragm. 11. de exulibus*, sed etiam multarum aliarum pragmaticarum similiter inducentium ipso jure forjudicationes absque ulla sententiæ declaratoriæ necessitate, militant enim omnino eædem rationes, ut evidentissime patet.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *Incedens per Campaneam armatus in Regno, & in incessu delinquens pro forjudicato habetur.*

2 *Taliter forjudicatus, si in fortiis Curiæ pervenerit, an audiatur in suis defensionibus, vel facta ejus recognitione morti tradatur, prout observatur in aliis forjudicatis.*

3 *Forjudicatio si fuerit inducta non in odium contumaciæ, sed in panam delicti, plenè de delicto constare debet.*

4 *Forjudicatus, absque declaratione, an possit impunè occidi? quid si in fragranti reperiatur, & quomodo hoc verificetur? n. 7. & 8.*

5 *Captura, & non occisio malefici permittitur de jure.*

6 *Raptores Virginum à consanguineis ruptæ, & Parentibus impunè interficiuntur.*

8 *Defensio morte non extinguitur, sed potest post mortem justificari.*

9 *Remissio Reo pro forjudicato habito ad Curiam Baronalem, quando per Regia Tribunalia concedatur?*

10 *Plura ad intellectum harum Pragmaticarum Regni remissive.*

RESOLUTIO XXVII.

Author tractat in hac *resol. 27.* eandem materiam, de qua tractavit *resol. 8.* & concludit, quod stante *Pragm. 11. de exul.* qua ordinatur, ut incedentes per Campaneam armati, & cum incessu delinquentes, ipso jure censeantur forjudicati, absque alia Judicis declaratione: si taliter Delinquentes vivi in fortiis Curiæ devenient, non debent statim facta eorum recognitione morti tradi, prout observatur in veris forjudicatis, & existimat *Rovit. pragm. 10. sub n. 5. de exulibus cum Carav. pragm. 7. ejusd. rubr. n. 25. & seq.* sed debet fieri processus declarativus super hoc, & successive audire eos in suis defensionibus, cum *Foller. super Pragm. 1. n. 36.* ut eum videre est *n. 1. & 2.* Et videtur magis æqua, & magis

1 secura opinio *Authoris*, ubi reus super tali crimine sibi imputato nullo modo fuit citatus, prout supponit ipse *Author sub n. 3.* ad intellectum *prag. 11. de exulibus* secus ubi fuisset citatus specificè super eodem crimine, & non comparuerit, & ideo fuerit contumax declaratus, quia tunc, ità ordinante Regia Pragmatica, habebitur pro vero forjudicato, & omnibus pœnis contra forjudicatos impositis per leges Regni remanebit subjectus, ut advertit *Rovit. cit. num. 5. & Novar. decis. 39. num. 4. & 5.*

Unde ad evitandam hanc difficultatem, & contrarie-
2 tatem opinionum, non ad solam cautelam, ut voluit *Author cit. resol. 8. n. 1. in fin.* introduxit praxis, ut citentur rei imputati de hoc crimine ad se expurgandum intra tempus statutum in dictis Regis Pragm. & ipsis non comparentibus, declarentur pro veris forjudicatis, juxta formam relatam per *Scyal. prax. forjud. cap. 10. n. 18.* quo observato, si rei contumaces post tempus eis ad comparendum præfixum in fortiis Curiæ devenerit, facta recognitione eorum personæ, veluti alii forjudicati morti tradentur *Rovit. prag. 11. n. 5. Novar. decis. 39. n. 8. & dictat expresse pragm. 12. de exulib.* ibi: *& havendosi vivi in mano dalla Regia Corte, si debbiano esseguire le pene contro di loro di morte naturale, come veri forjudicati.* Non est igitur necessaria alia declaratio post capturam reorum, nec audiendi sunt in suis defensionibus, ut existimat *Author hic cum Foller. num. 2.* Immo isto casu dici potest declaratoriam illam relatam per *Scyal. cit. n. 18. cap. 10.* observari ad cautelam, cum verè ex Regiæ Pragmaticæ verbis, nulla alia sit declaratio necessaria, sed sufficiat sola citatio, & contumacia Rei non comparendo, ut advertunt *Rovit. & Novar. locis jam allegatis*, secùs verò in term. *Reg. Pragm. 11.* in quibus nulla supponitur citatio præcedere, nec contumacia cum terminus decem dierum ad comparendum concessus, incipiat, vel à die banni emanati, respectu delictorum ante commissorum, vel à die delicti commissi, ut advertit *Jo: Grand. special. 65. n. 3.* ibi: *& quoad futuros currit à die quo cæperunt ire per Campaneam delinquendo*: quod clarè habetur in dicta Regia Pragm. Isto inquam casu declaratio videtur necessariè procedere debere, alias ipsis reis captis, recognitio personæ esset illegitima, & inutilis, cum reus non citatus, non posset dici contumax, nec successive haberi pro convicto, condemnato, & forjudicato, ut in istis terminis benè videtur loqui *Author hic n. 2. 3. & 4.* cum nec aliter dispositio dictæ Regiæ Pragm. exequi posset sine maximo scrupulo, & periculo morti tradendi, vel innocentem, vel reum non auditum, & indefensum, cum illa monitio generalis, non specificata persona delinquentium, qui comparere debeant non videatur sufficiens.

Advertè tamen, quod ubi forjudicatio inducitur non in odium contumaciæ, sed in pœnam delicti, prout
3 in crimine recaptus, incessus per Campaneam, & similibus non sufficiunt indicia ad torturam pro verificatione delicti, sed sunt necessariæ probationes plenè convincentes, ut declaratum fuisse per Regium Collaterale Consilium ab eodem *Authore* dicitur *resol. 8. n. 3. per Capiblanc. pragm. 8. de Baron. tom. 2. cap. 52. n. 15.* & per *Novar. dec. 80. n. 2. & 3.*

Et ad *num. 4.* ubi de tali forjudicato in fraganti re-
4 perto impunè occidendo tractat, adverte quod illa fragantia non verificatur respectu delicti, sed respectu Delinquentis habiti pro forjudicato, nam si velimus intelligere *Authorem* de occidendo delinquente impunè, ex eo quod in ipso delinquendi

Digitized by Google

5 actu, occideretur, concluſio non poſſit ſubſtineri, nec attenta juris communis diſpoſitione, qua maleficum apprehendere, non occidere eſt permiſſum, *l.fin.C.de malef.Guazz.def.5.cap.9.n.4.Giurb.conſ.3.*
6 *num.12.* niſi in crimine raptus ubi Parentibus, & Conſanguineis raptæ, Raptores occidere permittitur *l.unic.C.de rapt.Virgin.*ibi:*committi interficientur*, nec attenta diſpoſitione *dictarum Pragmat.*
7 cùm ex illarum diſpoſitione tunc occidi permittuntur impunè taliter delinquentes, quando non comparentes infrà terminum ſtatutum, pro forjudicatis declarantur ibi, *e s'habbino illo tunc, per veri contumaci, e forjudicati, e volemo, che poſſino impunè eſſer uccisi*, ut in *pragm.12. de exulib.* cujus verba refert *Novar.dec.39.n.5. in fin. & pragm.11.* de qua per *Authorem hic num.1.* & per *Jo:Grand.de bell.exul.ſpecial.65.* alias poſſet dari caſus quod in actu delinquendi occideretur, ſed antequam haberetur pro forjudicato, & contumace, quod non videretur convenire iſtis legibus, nec juri communi, præſertim, ubi delictum non eſſet capitale, & ubi incedentes per Campanam cum quibus delinqueretur, alias non eſſent forjudicati. Oportet igitur ſupponere Delinquentem in fraganti pro forjudicato habitum, ut impunis ſit ejus occiſio, & ſic poſt lapſum termini ad comparendum præfixi, alias pro forjudicato non haberetur, nec ſucceſſive impunitas occiſionis ſubſiſteret.

Si verò terminus ad comparendum præfixus eſset
8 elapſus, licet declaratio aliqua non præceſſiſſet, utique poſſet talis Delinquens impunè occidi, & poſt occiſionem impunitas occiſionis verificari probando occiſum ex diſpoſitione *dict. Reg.Pragmat.* declaratum, & habitum fuiſſe pro forjudicato, ut dicit *Author hic ſub n.4.* cum *Gizzarel. deciſ. 15. n.14.& ſeq.* & ante eum *Franc.Marc.deciſ.777.n.4.* ubi quod licet morte rei delicta extinguantur *l.defuncto, ff.de public.Judic, l.ex Judiciorum, ff.de accuſat.& l.pœna, ff.de pen.Maſtril.dec.137.n.1.& ſeq.* ubi quod ideo omnes lites contra mortuum finiuntur, attamen favore defenſionis poteſt de delicto cognoſci poſt mortem Rei ad finem, ut occiſor evadat impunis *Eugen. conſ.21. fere per tot.*, & *præcipuè ſub n.5.in fin. Guaz.def.29.cap.4.n.29.*

Et ad illationem, quam facit *Author hic n.5.* de De-
9 linquentibus ſic habitis pro forjudicatis remittendis, vel non remittendis per Regia Tribunalia ad Curias Baronales, dicas neceſſariò, quod ſi iidem delinquentes per eadem Regia Tribunalia declarati fuerint pro veris forjudicatis ad formam traditam per *Scyal. cit.cap.10.n.18.* remiſſioni petitæ per eundem reum non erit locus, ſi verò talis declaratio non fuerit ſecuta, nec citatio ad comparendum infra terminum ſtatutum per eaſdem Regias Pragmaticas cum comminatione, niſi comparuerit infra terminum præſcriptum, habebitur pro verò forjudicato, juxtà *deciſ. Novar.39.* tunc remittendus videtur Curiæ Baronali, cum ſine citatione non poterit dici contumax, nec ſucceſſivè pro forjudicato haberi, ac reputari, ut remiſſio poſſit denegari, prout dicitur, & obſervatur in vero forjudicato.

Ad intellectum poſtmodum, & interpetrationem dictarum pragmaticarum, vide *Novar. deciſ.32.n.4.*
10 *& 6.deciſ.39.per tot.deciſ.80. & ſuper pragm.10.de exulib.ex nu.1.Rovit.eadem rubr.pragm.12.nu.2.& ſeq.Capiblanc.de Baron.tom.1.pragm.8.par.2.n.128. & 129.& tom.2.cap.52.n.13.& ſeqq.Danz.de pugn. Doctor. tit.de armat. per Campaneam tom.2. cap.1.* ubi multa practicabilia, & à Regio Collaterali Conſilio à DD. Proregibus demandata congerit, nonnullas etiam tractat quæſtiones ad hanc materiam apprimè pertinentes, & neceſſarias, vide etiam *Scyal.prax.forjud.cap.10.n.15.16.17.& 18.* ubi refert in concordantiam alias pragmaticas ſanctiones editas per Excellentiſs. Ducem Medinæ, ſub *die 25 Junii 1643.§.5.* & Magni Admirati Caſtiliæ ſub *die 29. Maii 1644. §.6.* Vide etiam *Andr. Lagan.poſt Rovit.ſuper rubr.de ſent.forjudicat.§.tertius eſt caſus, & §.quartus eſt caſus Thor.vot.25.per tot. lib.2. Jo:Grand.de bello exul.ſpecial.65. per totum, & tradita per Authorem reſol.8.*

SUMMARIUM.

1 *METum incutiens per nuncios, ſeu per epiſtolam alicui, ut pecuniam mittat, ſi citatus infra quatuor dies non compareat habetur pro forjudicato.*

Et quid ſi non per nuncium, vel epiſtolam, ſed de perſona metum incutiat, ibid.& per totum.

Verba prag. ubi non verificantur ceſſat ejus diſpoſitio ibid.& num.5.

Statutum pœnale odioſum ſtrictè eſt interpretandum.

2 *Diſpoſitio Regiæ Prag.10. de exul.procedit, etiam ſi perſonaliter metus incutiatur. Sed vid.n.7.*

Et quomodo in hujusmodi caſu procedatur in praxi?

3 *Pragmatica 10. de exul. non procedit, quando metus infertur habenti paratam pecuniam præ manibus, & oculis ſubjectam ipſius metum incutientis.*

4 *Procedi ad modum belli, an poſſit contra ſic delinquentem, etiam ſi perſona non ſit ſequeſtrata, refertur diſtinctio, cum obſervantia.*

Attentata, & non perfecta mitius punitur.

Clauſula poſita in fine refertur ad omnia præcedentia.

Interpretatio mitior in dubio eſt ſumenda.

An ſi quis de perſona accedat ad metum incutiendum, ut pecuniam tradat poſſit forjudicari ſervata forma pragmaticæ 10. de exulib. num.2. Et an poſſit procedi ad modum belli?

RESOLUTIO XXVIII.

1 ET *pragmatica 10. de exulibus n.2.* ſtatuitur, quod ſi quis per Nuncios, aut Minaces epiſtolas alicui metum incutiat, ut pecuniam mittat, infra quatuor dies ſi citatus non compareat, habeatur pro forjudicato, ac ſi per ſententiam fuiſſet declaratus talis: quæro quid ſi quis non per nuncium, aut epiſtolam metum incutiat, ſed de perſona accedat, & metu, miniſque aliquem compellat ad pecuniam tradendam, an habeat locum diſpoſitio dictæ pragmaticæ? pro negativa opinione urgere videtur, quod in hoc caſu non verificantur verba pragmaticæ, & conſequenter deficit ejus diſpoſitio, maxime cum agatur de ſtatuto pœnali, quod, tanquam odioſum, eſt ſtricte interpretandum, ex vulgatis ſæpiſſime allegatis præſertim *reſol.16.n.14.*

2 Sed in contrarium facit, quod hujus delicti atrocitas in eo conſiſtit, quod quis pecunia à malis in perſonam, vel bona comminatis redimere ſe ſe cogatur,

Digitized by Google

gatur, ut ex *prædicta pragmatica* 10.*num.*2. *juncta pragmat.*2. *eodem tit.colligitur*, nihil igitur refert, quoad ſubſtantiam delicti per perſonam ipſius delinquentis, an per alium metus incutiatur, dum in utroque caſu reſultat idem effectus: comprehendetur igitur hic caſus in d.pragmatica non per viam extenſionis, ſed per viam comprehenſionis, juxta ea, quæ conſideravi *reſol.*16.*num.*17.& ita in praxi quandoque ſervatum vidi; & quod ſervatur in terminis pragmaticæ eſt,ut citentur ad comparendum infra quatuor dies, eiſque non comparentibus incuſentur contumaciæ, quibus incuſatis, ipſo jure cenſeantur forjudicati, nec requiritur alia ſententia declaratoria, *Capibl.in pragm.*9.*par.*2.*num.*128. *Rovit.pragm.*10. *de exulib. num fin.* & dixi incuſari contumacias, ut expreſſe meminit *Capibl.* quia pragmatica tantum ſuſtulit neceſſitatem ſententiæ, & alia requiſita, non autem accuſationem contumaciarum, quæ neceſſaria eſt ad hoc, ut non comparentis pœnam quis incurrat, *Foll. in verb. accuſentur contumaciæ*, nec ſunt ſpecialia præſertim odioſa gratis multiplicanda *vulg.juribus.*

3 Limitarem prædictam concluſionem, ſi placet eam admittere, quando pecuniam quis præ manibus, & paratam oculis delinquentis haberet, quia tunc non recaptus, ſed furti cum violentia crimen committeretur, licet furtum paſſus metu, & minis coactus pecuniam traderet, quia hoc nihil differt, quod delinquens ipſe pecuniam rapiat, vel quod illi à metu compulſo tradatur, cum utroque caſu per vim rapta diceretur, *arg.text. in l.*3. *in princ. verſ.qui armati, ff.de vi,& vi armata.* Et cum quis per vim aliquid aufert rapinæ crimen committit *l.*3.§.*labeo verſ.aliud autem, ff.de incend.ruin.naufrag.*

Sed adhuc cum caſus acciderit, valde in judicando ſubſiſtendum puto, ut quod ſentiam fatear; nam conſiderari poteſt legislatorem voluiſſe caſum in dicta pragmatica expreſſum, tam exemplari punitione actam rigido forjudicandi modo coercere, ex eo quia frequentiſſimè accidebat, ut facinoroſi homines perſæpe in nemoribus, ac ſylvis graſſantes abſque ullo propriarum perſonarum interventu, & periculo minis,& metu cogerent miſeros homines etiam in Civitatibus, & locis habitatis quiete degentes ad ſe pecunia redimendos, atque ita tam ſecuro graſſandi modo ſuis ſceleſtis cupiditatibus ſatisfacerent: at caſus,de quo agitur, licet maximum etiam ſcelus contineat, diverſam tamen rationem, diverſoſque habet terminos,non enim ita frequenter contingit, ut ejuſmodi delinquentes, qui ſolent hoc modo lucra extorquere, & ut plurimum innumeris aliis ſceleribus ſolent eſſe obruti, audeant ſe locis habitatis, & Civitatibus credere; non igitur mirum,ſi delictum in pragmatica prædicta expreſſum ut potè magis frequentatum, ſeveriore,& magis exemplari punitione pragmaticæ conditor dignum cenſuerit, ad *text. in l.*1. §.*puniuntur, ff.de abigeis l.aut facta*, §.*fin. ff.de pœnis*, & delinquendi modum ſecuriorem magis lex abominetur, *arg.eorum, quæ dicunt Doct.* cum de mandato ad committendum homicidium abſque mandantis interventu agunt, ut memini *reſol.*16.*n.*35.*& ſeq.*

Non igitur pragmaticæ rigor ad caſum uti minus frequentem, minuſque deteſtandum, ita minus exemplari coercione indigentem trahendus, & ampliandus eſt, cum non liceat in pœnalibus recedere à verbis ſtatuti, & ultra verba illud extendere, maximè ubi, prout in hoc caſu, rationis diverſitas aſſignari poteſt, juxta jura vulgaria alias allegata cum concordantibus adductis per *Caball. reſol.*89.*n.*1.*& ſeq.et reſol.*296.*n.*9.*& reſol.*276.*n.*2. ex quibus cogitandum relinquo.

4 Sed an poſſit etiam procedi ad modum belli in ſupradicto caſu etiam ſi perſona non ſit ſequeſtrata. juxta *pragm.*10. *de offic.Judic. n.*48. *verſ.Li recatti?* dic quod aut recaptus non eſt exactus, & res extra controverſiam eſt, quod non poſſit; aut eſt exactus, & tunc videtur dicendum poſſe, quia illa clauſula, *purche ſi ſia venuto de atto di ſequeſtrar la perſona in parte remota*, videtur referenda ad caſum, in quo recaptus non ſit exactus, nam antequam prædicta pragmatica reſtringeret poteſtatem procedendi ad modum belli, tam in recaptu exacto quam tentato, ad modum belli procedebatur ut conſtat ex proviſionibus Collat.Conſil.expeditis *die* 21.*menſis Auguſti* 1603.*& die* 19.*Febr.*1609. *relatis per Danza in tit.de poteſt. ad modum belli c.*2. ergo clauſula prædictæ pragmaticæ appoſita, ita interpretanda eſt, ut jus diu obſervatum non in totum corrigat, *Rip.in l.ſi conſtante num.*58.*ff.ſolut. matrim.* nec mirum, quod non ſequuta exactione mitius agatur, quia novum non eſt, ut attentata mitius puniantur, ut dixi *reſol.*16. in contrarium facit,quia illa clauſula referri debet ad omnia præcedentia cum ſit poſita in fine *Jaſ. in l. beneficium n.*32.*ff.de conſtit.Principum*, præſertim cum agatur de mitiori interpretatione, quæ ſemper eſt ſumenda in dubio, *vulg. l.interpretatione, ff.de pœnis*, & ita ipſe ſervavi,& ſervatum plerumque vidi in Regiis Audientiis,ut ad modum belli non procedatur niſi ſit deventum ad ſequeſtrationem perſonæ in partem remotam, ſive exactus ſit recaptus,ſive non exactus.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *PRagmatica* 10. *&* 11. *de exulib. non comprehendit eum, qui de perſona metum incutit ad ſibi pecuniam tradendam, & num.fin.*

2 *Extenſio ceſſat in penalibus, etiam ex majoritate rationis.*

3 *Ex frequentia, & ſecuritate delinquendi pœna augetur.*

4 *Remedium ibi pinguius adhibetur, ubi periculum maius experitur.*

5 *Banno, quod expreſſum non eſt, diſpoſitioni juris communi ſubjectum remanet.*

6 *Referuntur plures caſus ſimiles, vel graviores, qui in ſtatuto pœnali, non comprehenduntur.*

7 *Extenſio in delictis puniendis, quando admittatur.*

RESOLUTIO XXVIII.

AUthor diſputat in hac *reſol.*28. an diſpoſitio *Reg. Pragm.*10. *vel* 11. *de exulib.* præcipiens, quod ſi quis per Nuncios, vel Epiſtolas minaces alicui, metum incutiat, ut pecunias minanti tranſmittat, & pro eodem delicto citatus infra quatuor dies non comparuerit, habeatur pro forjudicato,an comprehendat eum, qui non per Nuncium, vel Epiſtolam, ſed de perſona accedat,& metu, miniſque aliquem compellet ad pecuniam ſibi tradendam, & (ſub dubio tamen) videtur concludere pro negativa, ut videre eſt *ſub num.*3. ubi in fine relinquit cogitandum.

Digitized by Google

Cogitavi quæstionem, & dubietatem propositam, & sine dubio me confirmo cum opinione Auth. Nam licèt uterque casus videatur identitatem, seu paritatem criminis includere, & successive uniformi dispositione terminandus ex *l. illud, ff. ad l. Aquil.* *l. à Titio, ff. de verb. obligat.* attamen quia Regia Pragm. de utroque non disposuit, neque ex identitate rationis, neque ex paritate criminis, de uno ad alterum arguere licet in statutis pœnalibus *c. statutum de elect. in 6. c. odia de reg. Jur. ibidem, Batr. in c. ad nostram de empt. & vendit. Mastril. dec. 22. n. 6. Honded. cons. 95. n. 98. & 112. lib. 1. Tiraq. de retract. in præfat. n. 62. Novar. dec. 232. n. 9. 10. & 11.* Immo neque ex majoritate rationis *Honded. dict. cons. 95. n. 96. & seq. lib. 1. Nicol. Everard. in loco à ratione legis larga n. 63. vers. primo enim fallit. Bosch. Codech. in Reg. rubr. extra de Judic. nu. 43. Villagut. tract. de extens. legum rubr. de extensione legis pœnalis respectu mort. pœn. n. 1. & seq. Bal. de qu. lib. 4. qu. 2. n. 65. Farin. in fragm. par. 1. verb. extensio n. 73. & seq.* plenissime *Giurb. cons. 6. num. 17. & cons. 41. n. 2. Rovit. dec. 15. n. 1. & 2.*

Præsertim, quia adest diversitas rationis in utroque casu, ut advertit *Author hic n. 3.* frequentia scilicet, & securitas delinquendi, quam sæpè videmus gravissimis pœnis coerceri *l. sacculatii, §. sunt quædam, ff. de extraordin. crim. Gram. dec. 36. num. 2. Franc. dec. 333. n. 1. & 5. Cabal. cas. 99. n. 60. & cas. 197. n. 7.* ubi ex *Gravet. de antiq. tempor. par. 4. §. videamus n. 25. & 26.* notat in puncto, *quod si per statutum imponatur aliqua magna pœna, pro aliquo delicto, ratione aliqua, puta propter frequentiam, vel aliter, cum secundum locorum diversitatem, delictorum eorundem pœnæ varientur, non putat legem, aut consuetudinem pœnalem extendi ad delicta essentialiter, & re ipsa graviora, arguendo à fortiori, quia cessat absurdum, &c.* Voluit igitur Regia Pragm. talem recaptus speciem severè punire, uti magis frequentatam, & magis impunitati expositam, & sic remedium pinguius adhibere, ubi periculum majus fuit experta *c. ubi periculum in princ. de elect. lib. 6. l. 1. §. sed & si quis, ff. de Carb. edict. & l. 4. in fin. ff. ad Vellejan. Aret. in l. 1. n. 7. ad fin. vers. non obstat. tex. ff. sol. matrim. Farin. cons. 65. n. 115.* Non ideo debemus ad casum similem, vel graviorem extendere *Eugen. cons. 68. n. 15. Ursil. dec. 337. ad fin. Farin. cit. verb. extensio nu. 72. & seq.* quia censetur apposite omissus *l. 3. §. hæc verba, ff. de negoc. gest. Farin. lit. B. verb. bannum n. 4. Osasch. decis. 71. n. 21. Bursat. cons. 423. n. 2. Giurb. cons. 12. n. 27. cons. 41. n. 31. Cabal. cas. 289. n. 3. Mascard. de gen. statut. interpetr. concl. 4. n. 4.* nec casus ille omissus sive similis, sive gravior remanet impunitus, sed pœnæ à jure determinatæ subjectus *Honded. cons. 95. nu. 13. lib. 1. Osasc. dec. 67. n. 6. & 11. Farin. ubi supra n. 48. & 49. Giurb. cons. 6. n. 18 vers. si extensione non facta Novar. d. dec. 232. n. 10. & seq. Bajard. §. fin. qu. 94. n. 66. propè finem, Marin. alleg. 23. n. 2. Rovit. dec. 15. n. 30. in fin.*

Hinc probatione requisita in statuto pœnali per publicas scripturas non sufficere per quinque testes, decisum refert *Novar. cit. dec. 232. per tot.* & statuto puniente assassinium attentatum, non comprehendere mediatorem, decisum refert *Rovit. cit. dec. 15. nu. 28. & per tot.* & statuto ordinante, quod hospes teneatur ex delicto famuli commisso in rebus receptis, non tamen tenebitur ex delicto ejusdem commisso in personam, licet delictum in personam sit gravius, ut consuluit *Anan. cons. 2.* & sequitur *Farin. in suo cons. 65. n. 122.* & stante Ducali decreto, quo unusquisque prohibetur tam inter vivos, quam per ultimas voluntates disponere, & ita facere, ne sua, vel suorum bona in Fiscum pertranseant, casu quo ob aliquod delictum alias de jure venirent confiscanda, quod non censeatur prohibita dispositio fideicommissaria, tacitam alienandi prohibitionem continens, ex qua confiscatio impeditur, voluit *Farin. cons. 135. n. 59. & 60.* & ex eadem ratione *Bullarem Constitutionem Sixti V. æditam de anno 1587. 2. Kal. Martii* prohibentem fieri coadunationes armatorum, & cavalcatas, non comprehendere nisi coadunationes factas pro recuperanda, adipiscenda, vel retinenda possessione voluit idem *Farin. cons. 65. num. 68. & seq. & cons. 195. n. 6.* licet dubiam reddat talem conclusionem *Spada in sua allegat. posita inter cons. Farin. tom. 3. cons. 229.* & similiter *Bullam Pii V. si de protegendis*, emanatam contra offendentes, accursatores, Denunciatores, testes, & Ministros S. Officii, non comprehendere illam mulierem, quæ percusserat Clericum, ex quo indicaverat Cursori S. Officii, ubi nam esset ejus mater de hæreticalibus imputationibus inquisita, decisum refert per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam, *Ricc. in sua dec. 74. par. 1.* Nec plumbatas contineri in edicto prohibitorio asportari arma inibi expressa, & similia, refert idem *Ricc. dec. 172. par. 2.* Nec in dispositione *Reg. Pragm. emanatæ die 31. Martii 1612.* contra inquisitos de delictis commissis cum archibusio, comprehendi assistentes, mandantes, & auxiliatores solemniter decisum refert *Merlin. Pignat. cent. 1. cap. 47. ex n. 5. vers. veruntamen.* Nec Bullares Constitutiones contra minores homicidas editas comprehendere similiter delinquentes, mandantes scilicet, & auxiliatores voluit *Guazz. def. 33. cap. 17. n. 3. Farin. cons. 66. n. 10.* Nec statutum pœnale durius prosequens furtum, comprehendere peculatum, vel rapinam licet delicta graviora sint, decisum refert *Vinc. de Frant. dec. 315. ex n. 8.* & sequitur *Guazz. def. 33. cap. 4. n. 15. in fine*, licet *Caball. cas. 99. n. 44.* huic conclusioni non videatur acquiescere; Nec ideo exclusa filia censebitur etiam exclusa Neptis *Giovagn. con. 82. nu. 133. lib. 1.* nec prohibitio facta hæredi, censebitur facta hæredi hæredis idem *Giovagn. cons. 97. n. 14.* Nec pœnalis Constitutio obligans ad denunciandum eos, qui habent, vel sciant alios habere Galassum, comprehendet eos, qui tunc ignari essent, sed postea, sciant, licet eadem sit ratio dispositionis in utroque casu, ut voluit *Bertaz. cons. 247. ex n. 11.* Nec Bullarum Constitutionem Pii V. contra sodomitas procedere contra committentes bestialitatem voluit *Garzia de benef. par. 11. cap. 10. n. 206. Marin. lib. 2. c. 216. n. 7.* Nec indulgentia delinquentibus concessa occidentibus se invicem exceptis sacrilegis intus Ecclesiam, excludet sacrilegum, qui occideret Clericum, sed non intus Ecclesiam, ut voluit *Franc. dec. 499.* & sequitur *Cabal. cas. 60. num. 6.* cum mille aliis, quæ adduci possent.

Quicquid secus dicendum esset, quando statutum, seu Constitutio redderetur elusoria, ut in *c. si Civitas de sent. excomm.* vel legis ratio esset expressa, quæ casum non expressum, similem, vel majorem comprehenderet, vel ubi casus omissus, similis, vel major remaneret penitus impunitus, ut latius videre est *Giurb. cit. cons. 6. n. 16. Merlin. Pignat. cent. 1. cap. 47. n. 17. Rovit. dec. 15. Cabal. Ricc. Bertaz. Farin.* & alios DD. supra allegatos.

Unde cum in præsenti Reg. Pragm. durius prosequatur certam speciem recaptus, eam scilicet, quæ fit metum incutiendo per Nuncios, vel per Epistolas, extendi non debet ad metum incussum immediate per eundemmet concutientem, & recaptantem, de quo Reg. Pragm. non loquitur, prout videmus de certa

Digitized by Google

certa ſpecie ſacrilegii excluſa ab indulgentia, & de certa ſpecie furti, peculatus ſcilicet, vel rapinæ, non comprehenſa in ſtatuto pœnali furtum puniente, cum *Franc.Caball.& Guaz. locis ſupra allegatis*, qui ſanè ſunt caſus duriores, cum reſpectu caſus noſtri nec ſimilis, nec major caſus poſſit dici recaptus, qui committitur immediatè, ſed immo difficilior ad committendum, & ſucceſſivè non ità frequentatus, ut durius per ſtatutum coerceri deberet.

SUMMARIUM.

1 *Falſum teſtimonium dicens coram Judice omnino ipſi incompetente illius adhuc foro ſubjicitur puniendus, nec poteſt incompetentiam allegare.*

Intellectus l.nullum, C.de teſtibus, ut procedat in omni actu criminoſo coram Judice facto, & etiam ſi non ſit coram ipſo geſtus.

2 *Falſitatem committens coram Judice non habente auctoritatem crimina puniendi, remittitur ad majorem Judicem ſecundum veriorem opinionem.*

Et ſic ſervatur in Regno.

3 *Diſpoſitio l.nullum, C. de teſtibus, an procedat in Judice delegato?*

4 *Judex alioquin incompetens, an ratione offenſionis aurium poſſit pœnam mortis pro delicto capitali imponere?*

Judex delegatus pœnam ordinariam in crimine falſi coram eo commiſſi imponere non poteſt.

Judex delegatus præter caſus delegatos pro privato habetur.

5 *Contrabannorum commiſſarius habet juriſdictionem delegatam contra committentes contrabanna.*

Et ideo non habet procedere ad impoſitionem pœnæ ordinariæ, ſeu forjudicationem contra non ſubditos ejus aures offendentes.

6 *Judex ordinarius offenſus, qui non habet juriſdictionem criminalem non poteſt pœnam ordinariam imponere, ſed extraordinariam, & leviorem.*

Idem in Judice habente juriſdictionem criminalem, ſed reſtrictam.

7 *Judex, qui habet merum, & mixtum imperium, & cujus aures ſunt offenſæ, etiam ſi offendentis ſit omnino incompetens, & poteſt illum punire pœna ordinaria, & ad forjudicationem procedere.*

8 *Judex ordinarius, qui non habet merum, & mixtum imperium, ſed tantum ſimplicem juriſdictionem civilem, poteſt imbonere tantum pœnam extraordinariam ratione offenſionis aurium.*

9 *Fidati Regiæ Dohanæ menepecudum capitale delictum committentes, ſi Magnæ Curiæ Vicariæ, vel Regiæ Audientiæ aures offendant, poterunt dicta Regia Tribunalia contra eos procedere etiam ad forjudicationem.*

10 *Vaſſallus Baronis ſi Regiorum Tribunalium offendat aures poterunt Regia Tribunalia contra illum procedere ad forjudicationem ſi delicti qualitas patiatur, & inhibere judicibus Baronis etiam ſi prævenerint in citando.*

An, & quando Judex alioquin omnino incompetens ratione offenſionis aurium poſſit ad forjudicationem procedere ſuppoſito, quod delictum, quo ejus aures offenſæ ſunt, ſit capitale; ad intellectum text. in l.nullum, C.de teſtibus.

RESOLUTIO XXIX.

1 PRoſequendo materiam *reſol.* 13. in qua egi de competentia juriſdictionis requiſita ad validitatem forjudicationis, addere hic libet, quoniam non eſt ad materiam impertinens, quod ſi quis coram Judice (licet omnino incompetente, & non ſuo) falſum dixerit teſtimonium, eum abſque facultate ullam opponendi fori incompetentiam, ejuſdem Judicis, cujus aures offendit foro ſubjecit *Zeno Imperator in l.nullum, C.de teſtibus*, quæ lex licet caſum falſi, & criminoſi teſtis ibi expreſſerit, tamen propter identitatem rationis in illa lege ſcriptæ fundatæ in offenſione aurium Judicis licet incompetentis, per Doctores ampliata eſt, ut locum habeat in omni actu criminoſo, quem quis coram Judice fecerit, ſive ſit pars litigans, ſive Advocatus, ſive teſtis, ſive actorum Notarius, *Bartol.in d.l.nullum n.8. Roland.conſ.12.tom.2.n.7. Franch.dec.679.n.2. Guaz.def.1.cap.27.n.3.* & alii per eos relati; immo in quolibet actu etiam ſi is non ſit coram Judice geſtus, per quem alicujus Judicis licet incompetentis juriſdictio offenditur, vel contemnitur, *Franch. deciſ.147. Caball.reſol.117.* ubi agitur de reſiſtente familiæ alicujus Curiæ decretum exequenti, & idem *Franch. dec.470. & dec.722. num.26.* ubi de receptantibus bannitos, vel forjudicatos Mag.Cur. vel Regiarum Audientiarum, eiſve auxilium, aut victum præſtantibus contra dictorum Tribunalium edicta.

2 Habet etiam prædictæ legis diſpoſitio locum non ſolum in Judice criminalem habente juriſdictionem, ſed etiam in habente civilem tantum, *Bart. in d.l.nullum n.1. in prima Lectura, & in ſecunda Lectura n.8.* propter generalitatem *d. l. cunctis judicibus* licentiam impertientis puniendi falſos teſtes coram illis teſtificantes, *Rolan.cod.conſ.12.n.2. Farinac.* & alii per eum copioſe relati *qu.67. n.27. & 28.* licet alii contrarium ſentiant per *text. in l. Divus la 2.ff.de falſis*, ubi *Galliſtratus* docet, quod ſi quis inſtrumenta de falſo ſuſpecta coram aliquo Judice protulerit, & plus pœnæ mereatur, quam ex forma juriſdictionis pati poſſit, eſt Imperatori reſcribendum pro juſta illius punitione, unde *Bart. in d.l.Divus num.4.* putat non obſtante *text.in d.l. nullum verius eſſe*, ut ſi quis falſitatem committat coram Judice non habente auctoritatem crimina puniendi, remittatur ad majorem Judicem, licet *Boſſ.in tit.de falſis* conciliet hæc duo loca, ut in *l. Divus* ſentiat de pœna ordinaria, quæ imponi non poteſt à Judice habente juriſdictionem Civilem tantum, in *l.nullum* loquatur de pœna leviori, & extraordinaria, quæ imponi poteſt etiam ab habente ſolam civilem, concordat *Menoch. de arbit. q.91.* ubi de communi teſtatur, *Farin.* cum aliis per eum relatis *q.67. num.28.* certe in Regno ſervatur, quod tradit *Bart.in d.l.Divus*, & paſſim videmus, quod ſi quis falſitatem committat in Mag.Cur. civili remittitur ad Mag. Cur. criminalem ab illa

punien-

Digitized by Google

puniendus; nec improbabile est, quod huic observantiæ non refragetur *text. in l. nullum, C. de testib.* cujus dispositio non erit frustatoria, si intelligamus per illam legem tolli incompetentiam fori, non autem concedi, ut qui crimina puniendi potestatem non habeat, criminalem exerceat jurisdictionem, ut (licet ad aliud propositum) ponderat *Purpurat. in l. quacumque, §. qui mandatam, ff. de offic. ejus, in verb. puniendi, & Fachin. lib. 9. controver. cap. 26.* scriplit ex *text. in l. nullum, C. de testib.* deduci, quod quilibet Judex, qui de crimine cognoscendi potestatem habet, animadvertere possit in testem, coram ipso falsum committentem, licet ille testis alium habeat Judicem, illique coram, quo falsum commisit minime subditus sit.

3 Visum etiam est plerisque ejusdem legis sanctionem habere locum etiam in Judice delegato, si quis in causa delegata falsitatem commiserit, modo sit à Principe delegatus *Rolan. d. cons. 12. tom. 2. num. 9. Clar. q. 38. n. 12. Farinac. qu. 67. n. 52. Guazz. d. def. 1. cap. 27. nu. 1.* alii vero hanc sententiam admittunt etiam in delegato ab inferiori, dummodo delegatam habeat jurisdictionem criminalem, *Covarr. pract. q. c. 18. n. 8. Peg. dec. 79. n. 3.* & alii per eum relati, quod requisitum, ut scilicet jurisdictio delegata sit criminalis etiam in delegato à Principe necessarium esse docet *Farinac. ibid.* & deducitur etiam ex traditis per *Menoch. d. q. 91. n. 17.*

4 His præmissis, quantum ad præsentem quæstionem attinet, respondeo illius resolutionem pendere ex eo, an Judex, ratione prædictæ offensionis aurium, possit pœnam mortis pro delicto capitali, quod supponitur, imponere; non posse enim ad forjudicationem procedi, nisi in casu in quo cadit pœna mortis, est extra controversiam, & sæpissime supra repetitum est. Eam igitur adhibeo distinctionem, quod, aut Judex, cujus aures delicto capitali offensæ sunt, est delegatus, aut ordinarius; si delegatus, quamcumque sequamur opinionem, communiter apud scribentes receptum est, quod pœnam falsi ordinariam imponere minime possit, *Peguer. dec. 60.* ubi de Capitaneo belli habente jurisdictionem delegatam decisum affirmat, & *decis. 79. n. 3. Clar. d. qu. 38. num. 12. Farinac.* & alii per eum relati *qu. 67. n. 46. & seq.* ad summum enim hæc extraordinaria, & levior pœna admittenda est in delegato, qui præter casus delegatos loco privati reputatur, *Menoch. d. q. 91. n. 17.* idemque est, de iis, qui aliter delinquunt coram delegato, vel in illius injuriam, & offensionem, juxta superius explicata: hinc inferebam commissarium contrabannorum, qui jurisdictionem habet delegatam contra committentes contrabanna, non posse procedere ad impositionem pœnæ ordinariæ, seu forjudicationem (quæ nasci non potest nisi ex pœna ordinaria) contra aliquos, qui alioquin dicto commissario subditi non erant, & aliquos enormes excessus perpetraverant, asserendo se habere commissionem à prædicto commissario cum re vera nullam haberent ab eo commissionem, licet enim ab eodem possent puniri, quia illius jurisdictionem contempserant, & offenderant, non tamen in illo aderat ordinaria jurisdi-
6 ctio, sed tantum delegata. Aut Judex offensus est Judex ordinarius, & tunc aut alioquin jurisdictionem criminalem non habet, & tunc etiam indubitatum est non nisi extraordinariam, & leviorem pœnam posse ab eo imponi; in hunc sensum verissimum est dictum *glos. fin. in d. l. nullum, Bart. in d. l. nullum n. 8. Boss. in tit. de falsis n. 105. Menoch. d. q. 91. n. 17. Farinac.* & alii per eum relati *d. qu. 67. num. 38.* & faciunt quæ supra ponderavi; idemque dicendum est si Judex haberet jurisdictionem criminalem, sed restrictam, & infra facultatem capitaliter puniendi, quia ex identitate rationis consideratæ cum agitur de jurisdictione tantum civili, cum non habeat sufficientem jurisdictionis gradum ad capitaliter puniendum, non poterit ad capitalem punitionem devenire, & consequenter nec ad forjudicationem.

7 Aut denique Judex, cujus aures sunt offensæ, habet alioquin merum imperium, & facultatem pœnam mortis imponendi subditis suis, & hoc casu licet respectu personæ delinquentis ejus aures offendentis sit Judex omnino incompetens, tamen efficitur competens ex dispositione prædictæ *l. nullum*, & poterit sua uti jurisdictione adversus eum delinquentem, illumque punire pœna ordinaria mortis, si delictum capitale scilicet sit, & consequenter ad forjudicationem procedere: ita expresse, nisi fallor, probat *alleg. text. in l. nullum*, ubi conceditur licentia huic Judici offenso puniendi pro qualitate delicti, & si alius daretur prædictæ legi intellectus, punitionis licentia non esset pro qualitate delicti, & sic adversaretur expressis prædictæ legis verbis, nec verbum ullum in ea lege habetur ex quo possit inferri non posse per dictum Judicem pœnam ordinariam inferri: huic intellectui plaudunt tradita per *Abbatem in cap. primo de crimine falsi, n. 9.* ubi quod si Judex habet merum, & mixtum imperium potest punire testem pœna ordinaria, nisi velit eum punire incidenter absque alio processu pœna extraordinaria (quod non suppono in terminis quæstionis, ubi suppono formari processum defensivum, aut contumacialem). Si vero
8 Judex non habet merum, & mixtum imperium, sed tantum jurisdictionem civilem, pœna tantum extraordinaria, concordat *Boss. in tit. de falsis nu. 103. per tot. num. 5.* ubi declarat hoc locum habere, sive finita sit instantia primæ causæ, in qua commissa est falsitas, sive non finita, nisi vellet accessorie, & incidenter absque alio processu punire extra ordinem, quia tunc non posset nisi durante instantia ex mente *Abb.* eadem fuit mens *Bart. in l. Divus, l. 2. de falsis*, dum loquendo de pœna ordinaria falsi (ut intelligit *Bossius loco supra citato*) eam non posse imponi docet, nisi habeat auctoritatem puniendi crimina, *Covar. eadem q. 18. n. 8. Farinac. d. q. 67. §. 2.* ubi formata conclusione, quod quilibet Judex punire potest testem coram se falsum deponentem, eam limitat in Civilem jurisdictionem habente, ut non possit nisi extraordinariam pœnam imponere: & in eundem sensum vera sunt, quæ tradit *Peguer. dec. 79. n. 1. & 2.* loquitur enim de competentia, vel incompetentia respectu pœnæ, ut ex argumento decisionis colligi potest, & Doctoribus ad quos se refert: non obstat dictum *glos. fin. in d. l. nullum*, ubi quod alia pœna minor poterit imponi, quia dictum *glos.* potest esse verum, ut supra dictum est, ubi Judex offensus haberet solam jurisdictionem civilem, ut ex *Bart. in d. l. nullum nu. 8.* vel ubi ageretur de puniendo testem incidenter absque alio processu, quemadmodum supra dictum est, & omnes Doctores, qui contrariari videntur, ita intelligendi sunt, etsi prædictum *glos.* dictum nullo modo utcunque verum sit, inferatur ex *prædicto tex. in l. nullum*, ut supra ponderavi; unde *Bart. in d. n. 8.* non dicit *glos.* dictum probari *præd. lege*, sed quod potest esse verum: & hæc ni fallor notanda sunt ad dilucidam explicationem *præd. legis nullum, C. de testibus.*

9 Ex prædictis infero, quod si fidati Reg. Dohanæ menæ pecudum delicto aliquo capitali, id quod sæpe accidit, Mag. Cur. vel Reg. Audient. aures offen-

dant

dant poterit contra eos per Mag. Cur. vel Reg. Audient. procedi etiam ad forjudicationem, nec audiendi sunt officiales prædictæ Reg. Dohanæ si processum impedire velint sub prætextu, quod eorum remissionem petere possint etiam fidatis delinquentibus absentibus, quia propter *prad. l. nullum, C. de testibus*, dispositionem delictum cognosci debet per illud Tribunal cujus aures offensæ sunt: cui illationi, etsi videatur obstare *dec. 722. de Franch.* ubi est decisum *text. in l. nullum* non operari adversus M. Admiratum habentem jurisdictionem in certum genus hominum ratione exercitii, tamen advertendum est illam decisionem processisse contra id quod consuetum erat judicari, ut testatur idem *Franch. ibid. n. 11.* nec prædictum *text.* excludi ullo Judicis privilegio, quia nullus Judex potest de ejus dispositione conqueri, cum illa sit communis, & sicut quandoque obest, ita sæpissime potest prodesse; etsi enim Reg. Dogana habeat jurisdictionem in certum tantum genus hominum, tamen quotiescunque non subditus offenderit ejus aures, ab ipsa punietur, & forum judicum habentium jurisdictionem ordinariam in toto Regno, vel Provincia effugiet, ut considerat idem *Franc. eadem dec. 722. n. 14.* hinc ex prædicta ratione memini *die* 18. *Decembris* 1640. referente D. Judice Januario in causa Anelli Cavallerii carcerati M. Admirati inquisiti de excarceratione cujusdam carcerati M. Curiæ absque ordine M. Cur. decisum per Mag. Curiam, ut causa remaneret in Mag. Curia non obstante remissione petita per Mag. Admiratum, cui erat subditus: & audivi decisum in supremo Italiæ Senatu residente in Hispania, quod quidam Capitaneus Birruariorum inquisitus de dimissione carcerati Regiæ Cam. ab ipsa Reg. Cam. non obstante, quod alioquin certum habeat forum, cognosceretur.

Adnotare etiam hic libet, quod si aliquis Baronis subditus aures Regiorum Tribunalium offendat, poterunt Regia Tribunalia jure optimo contra illum procedere ad forjudicationem, si delicti qualitas patiatur, etiam inhibendo Judicibus Baronalibus ne inchoatum forsan contumacialem processum prosequantur, nam d. legis dispositio in satisfactionem Judicis offensi lata est, *Abb. in cap. 1. de crimin. falsi n. 1.* neque justum, aut decorum est, ut Regium Tribunal à Judice inferiore, utcumque prævenerit, suæ offensæ satisfactionem expectet, ad tradita per *Rolan. cons. 78. tit. 2. n. 27. Boss. in tit. de pœnis n. 28. per Franc. dec. 470. n. 2. & dec. 722. n. 25. & Rovit. prag. 2. nu. 13.* ubi de delicto, & scripta per *Franc. dec. 147. & dec. 722. num. 24.* quod *text. in d. l. nullum* procedat cumulative cum Judice ordinario poterunt procedere, quando Judex offensus non est superior Judici ordinario; & in his terminis loquitur, ut ex ejus dictis colligitur: quæ dicta sunt de foro inducto per allegatum *text. in l. nullam. C. de testibus*, non habere locum in Clerico offendente aures Judicis laici est extra controversiam passim receptum, ut in præcitatis locis ad saturitatem habetur.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 TRactatur per Autorem materia l. nullum C. de testib.

2 Falsi pœna de jure communi homini libero non est ultimi supplicii, declara ut n. seq.

3 Magnitudo commissi de qua in l. ubi falsi C. de falsis intelligitur juxta declarationem aliarum legum.

4 Falsi crimen dicitur capitale, quando est commissum in tabulis publicis, vel in judicio criminali, & capitali, & num. 5.

6 Falsificanti litteras Papæ utrum de jure sit imposita pœna mortis.

7 Pœna major, & gravior, de qua in l. majorem C. de falsi non est mortis, sed deportationis, & condemnationis in metallum.

8 Utens falso Principis rescripto, deportationis pœna tenetur.

9 Utens falso instrumento, vel alia scriptura, relegationis, vel exilii pœna punitur.

10 Falsificans literas Apostolicas, sublata spe corrigibilitatis, traditur Curiæ sæculari.

11 Referuntur plures casus, in quibus tam in Urbe, quam in Regno pœna falsi est mortis naturalis.

13 Judex, cujus aures fuerunt offensæ, etiam quod offendentis non sit Judex competens si tamen habeat jurisdictionem criminalem, pœnam ordinariam imponere potest.

14 Clericus falsum deponens coram Judice sæculari, ab ipso puniendus non venit, & n. 21.

15 Sed benè Laicus à Judice Ecclesiastico, causa tamen principali non terminata.

16 Delegatus ad universitatem causarum æquiparatur ordinario.

17 Delegatus ad certam causam, delinquentem coram se extraordinariè punit, sive sit delegatus à Principe, sive ab Inferiore.

18 Delegatus, cujus aures sunt offensæ cum Ordinario cumulativam habet jurisdictionem.

19 Punitus pœna extraordinaria à Judice delegato, potest etiam ab Ordinario suo ordinaria pœna puniri.

20 L. nullum C. de testibus dispositio cessat cum Ordinarius privativam exercet jurisdictionem, contrarium n. 23. usque ad 27.

21 Vassallus neque tacitè, neque expressè in præjudicium sui Domini jurisdictionem prærogare potest.

22 Clausula privativa, & abdicativa facit causam similem Clericali.

24 Privilegio electionis fori Viduis, & Pupillis concessum per clausulam privativam, & abdicativam in investitura Baroni concessa, minimè derogatum censetur.

25 Generalis prohibitio non trahitur adea, quorum favore militat specialis ratio permissiva.

26 Subditus, si delinquat in alieno territorio, remissioni non est locus, licet Baro habeat in investitura clausulam privativam, & abdicativam.

28 Vassalli alicujus Baronis delinquentes in Civitate Neapolitana, vel in ejus Casalibus per Magnam Curiam puniuntur.

29 Baro in Regno de subditis receptantibus Bannitos M. C. vel Regiarum Audientiarum non cognoscit, sed eadem M. C. vel Regia Audientia.

30 Birruarii, Apparitores, & quilibet Officiales alicujus Tribunalis delinquendi in Terra Baronis, quando per ipsum Baronem possint puniri? & n. 32.

31 Episcopus cognoscit de suis familiaribus privativè non dum quoad Judices laicos, verum etiam quoad omnes alios Ecclesiasticos.

RE-

RESOLUTIO XXIX.

1 *Uthor* in præsenti Resolutione 29. tractat materiam *l. nullum C. de testib.* disputans, & resolvens quæstionem, an jurisdictio ab eadem lege tributa Judici, Reum coram se delinquentem puniendi, sufficiens sit ad sententiam forjudicationis substinendam, supposito, quod delictum tale sit, quod per ordinarium Judicem pœna mortis esset puniendum, & concludit in substantia, quod si Judex, cujus aures sunt offensæ talem habeat jurisdictionem de jure, proculdubio ad pœnam forjudicationis, procedere posset, non obstante quacumque militari, vel alia quavis fori præscriptione reo competente ex *d.l.nullum*. Si vero ratione offensionis jurisdictio exerceretur, quam alias ille Judex offensus exercere non posset, puta quia, vel esset delegatus à Principe, vel ab inferiori, sed cum jurisdictione criminali, limitata tamen, & restricta ad certam personam, vel ad certas causas, tunc nonnisi extraordinariè puniri poterit, & successivè ad pœnam forjudicationis pervenire non poterit, & est verissima resolutio, ut per *Covar. pract. cap.* 18. *n.* 9. *& seq. Bess. tit. de falsi. nu.* 104. *& seq. Cabal. cas.* 117. *num.* 9. *&* 10. *& cas.* 261. *n.* 7. *&* 8. *Giurb. consil.* 59. *num.* 117. *Borel. cons.* 78. *n.* 8. *Merlin. Pignat. cent.* 2. *cap.* 71. *num.* 27.

Ista est ultima resolutio *Authoris*, & præbet materiam indagandi, & indicandi multa, quæ in practica occurrere possunt circa istam materiam, quæ non sunt omittenda.

Ideo primò animadvertendum est, ad suppositam pœnam mortis, & delictum capitale, quod forjudicatione sit dignum, dum *Author* in secundo membro distinctionis, supponit crimen falsi committentem, per Judicem cujus aures sunt offensæ, forjudicari posse, si talem habeat jurisdictionem, quando delictum capitale committatur, ut eum videre est *num.* 7. ibi: *illumque puniri pœna ordinaria eorum, si delictum sit capitale*. Scitum est namque de jure pro crimine falsi mortis pœnam homini libero non esse impositam, sed servo, ut in *l.* 1. *§. fin. ff. ad l. Cornel. de falsi.* & habetur plenè per *Farin. qu.* 150. *n.* 19. *Crivel. decis. Dolan.* 101. *n.* 1. *&* 2. *Cabal. cas.* 165. *n.* 19. *&* 20. *Thes. q.* 15. *n.* 3. *lib.* 1.

Et licet magnitudo commissi, & sic ubi falsitas est magna in homine libero, etiam pœna mortis reperiatur ordinata ex *l. ubi falsi, C. de falsi.* ibi: *supplicio capitali, si id exigat magnitudo commissi*, per quem *text.* hanc conclusionem firmarunt *DD. relati per Farin. cit. quæst.* 150. *num.* 24. Attamen illa magnitudo est de jure considerata, & declarata, vel ubi commissa reperitur in tabulis publicis, ut in *l.* 2. *ff. ad l. Juliam Majest. ibi qui tu sciens falsum conscripsit, vel recitavit in tabulis publicis &c.* vel ubi committitur in causa criminali, & capitali ex *text. ex. ff. in l.* 1. *§. præterea ff. ad l. Cornel. de Sicar.* ubi testis falsum deponens contra accusatum in causa capitali, ultimo supplicio punitur, de quo plenè habes per *Marsil. in l. pœna num.* 1. *ff. ad l. Cornel. de falsi. & in l.* 1. *§. præterea ff. ad l. Cornel. de Sicar.* per *Cabal. cit. cas.* 165. *per tot.* & per *Capyc. latr. decis.* 172. *n.* 1. *& seq.* & in eo casu loquitur clarè *text.* in *d. l. ubi falsi*, ibi *capitali supplicio, si id exigat magnitudo commissi, vel deportatione ei, qui falsum dixerit imminente*. Loquitur enim *tex.* ille de judicio criminali ibi *acerrima fiat indagatio, nec accusatori tantum quæstio incumbat &c. & in fine, ex quo falsum dixit imminere*, ut in puncto advertit *Salycet. ibidem sub nu.* 1. *vers. item adducebat Joannes*, quia si in judicio capitali falsum dixerit ultimo supplicio punietur, si vero in judicio non capitali, seu (ut alii volunt) in judicio non publico, nec capitali pœna deportationis, non mortis remanebit

4 punitus; Non enim Imperator ibi aliquam pœnam determinat pro crimine falsi, sed judicium criminale declarat, qualiter sit instruendum ibi *acerrima fiat indagatio, nec soli accusatori incumbat quæstio, sed Judex medius &c.* qualiter sit terminandum ibi *ultimum autem finem strepitus criminalis compendioso spatio limitamus*, & qualiter secundum pœnas jam determinatas sit puniendum ibi: *si post probationem supplicio capitali &c.* ut hæc omnia habes per *Salycet. in d. l. ubi falsi in summ.* Si ergo magnitudo commissi consideratur de jure, ubi falsitas in tabulis publicis, vel contra personam committitur in judicio capitali, utique magnam falsitatem appellare eam, quæ in judicio non capitali, vel in præjudicium bonorum, & non personæ reperitur commissa, non possumus, nec successivè pœnæ capitali subjectam supponere.

Et hinc *Archidiacon. in c. in memoriam* 19. *dist.* non putat veram lecturam *glosæ in c. ad falsariorum*,

5 *verb. legitimas extra de crim. falsi.* explicans illam pœnam legitimam, pro pœna mortis, quia eadem *glos. in c. in memoriam verb. falsum, vers. qui autem*, dicit esse deportationem cum publicatione bonorum, & idem etiam dicit *glos.* 1. *in Constitut. Regni qui litteras*, & in specie advertit *Capyc. dec.* 30. *n.* 6. ibi, sed vide benè, quoniam *Archidiaconus*, & cæteri, qui eum referunt, videntur tenere, quod in

6 falsificante litteras Papæ, non sit pœna mortis, sed solum ea, quæ de jure communi statuitur in quolibet falsum committente, & rursus, licet quandoque pœna falsi sit mortis naturalis, ut notat *Cyn. & cæteri*, tamen illud delictum in falsificante litteras Papæ non ponitur inter illa, in quibus est pœna mortis naturalis; fundat enim *glosa* dictum suum in *d. l. ubi falsi*, super illo verbo *magnitudo commissi, & verb. supplicii capitalis*, quæ, ut diximus, loquitur, apertè de eo, qui falsum dicit in judicio criminali, ut post criminis probationem, vel deportationis, vel ultimi supplicii pœna plectatur juxtà distinctionem *l.* 1. *§. præterea ff. ad l. Cornel. de Sicar. Marsil. in d. l. pœna num.* 1. *ff. de falsi. Cabal. cas.* 265.

7 *per tot. & Capyc. Latr. decis.* 172. Nec minus fundari potest in dispositione *tex. in l. majorem C. de falsi.* intelligendo comparativum illud majorem, de pœna ideest de majori pœna, ex duabus impositis de jure contra falsarios, deportationis scilicet, & mortis naturalis in libero homine, & servo respectivè, ut *in d. l.* 1. *§. fin. ff. de falsi.* ad intellectum *Salycet. ibid. sub num.* 3. *in fine*, sequendo dictum *glosæ in d. l. ubi falsi verb. commissi*, non inquam fundari posset super *dd.* Tum quia in *d. §. fin.* tres pœnæ explicantur deportatio scilicet, condemnatio in metallum, & ultimi supplicii, ut inibi videre est, & notant omnes relati per *Farin. quæst.* 150. *num.* 19. ut propterea comparativum illud major applicatum ad pœnam, ut facit *Salycet.* intelligi non possit de pœna mortis, quæ esset maxima, & ultima, sed de condemnatione in metallum, quæ est major, & gravior, ut in *l. capitalium ff. de pœn.* ubi ad litteram hoc dicitur, tum quia comparativum illud majorem, non ad pœnam applicatur, sed ad modum procedendi, ut scilicet severius procedatur contra eum, qui falsis utitur scriptis, & inquiratur si particeps sit, vel ne falsitatis, ut veritate com-

comperta, digna coerceatur pœna. Si enim *text.* dicit, digna pœna esse coercendum, ergo à jure debita, & determinata, ut in *d. l.1. §.fin.* juxta statum personarum imposita, & ita intelligunt verbum illud *majorem*, *Angel.de Perus.ibid. Aflict.*
8 *decis.*404.*num.*16. & *Grammat. decis.*37. *num.*10. Præterea dato, quod ad pœnam referri debeat, & in consequentiam quod majori, & graviori pœna puniri debeat utens falso Principis rescripto, quam alio instrumento falso, ut voluit etiam *Bald. in l. majorem*, & *alii relati per Farin. qu.*151.*par.*2. *num.*65.& 66. non ex hoc poterit intelligi de ultima, & maxima, tum ex dictis superiùs, tum ex eo quod utens falso Instrumento mitius punitur, quam fabricans, ut post *Jacob.Bud.* & alios advertit *Marsil.in l.qui falsam num.*109. *ff.de fals. Hond. cons.*109.*num.*12.*lib.*1. *Franc.Marc.decis.*798.*nu.*5. *par.*2. Ideo severiùs puniendo utentem falso rescripto Principis, non importabit pœnam ultimi supplicii, quæ dicitur amarissima, & severissima, ut per *Guaz.def.*33.*cap.*1.*num.*6.*vers. sed Doctores*, sed pœnam graviorem, & majorem, quam pateretur utens aliis falsis scripturis, ut omnes volunt, ex *Far.cit.quæst.*151. *num.*65. & 66. Utens vero falso
9 Instrumento, vel aliis scripturis, nonnisi relegationis, vel exilii pœna teneretur, idem *Salyc. in l.2.C.de fid.Instrum.*, ubi etiam *Angel.Gandin.tit.de falsar.num.*5. *vers. item nota, quod ille*, & *num.*16. *Clar.§.falsum num.*19. *vers. utens falso instrumento in fin. Menoch. lib.2.cas.*315.*num.*2.& 3. *Hond.cons.* 1[illegible].*num.*12.*lib.*1. *Farin.quæst.*159.*nu.*2.& 3. quod non observatur in utente falso rescripto, quia digna coarcetur pœna *d.l.majorem*, & successivè deportatione, quæ dicitur digna, & à jure determinata, prout de utente falsis litteris Apostolicis voluit *Jo: Faber.in l.majorem num.*4. *vers.& hæc vera Cod.de fals. Aflict.decis.*404.*num.*16.*in fin. Capyc. decis.*30.
10 *num.*6. dicens contra *Salycet.* tenere *glos. in d. Constitut.qui litteras*,& ità etiam expressè tenere *Diaz. pract.crim.can.cap.*119. *num.*1. dicens pœnam prædictam ideò mortis impositam esse per leges speciales illorum Regnorum, cum de jure id non habeatur expressum, & ita confirmat *Lopez.in addit.sub*
11 *litt.A.* immo *Innoc.in c.novimus in fin. de verb. signif.* asseruit, quod non semper falsarius litterarum Apostolicarum traditur Curiæ sæculari, sed quando non adest spes correctionis, quod videtur confirmare *Jo:Anania in Rubr. de fals.circa fin.* relat. per *Clar.§.fin.quæst.*36.*vers. videmus*, & alii relati per *Farin.quæst.*151.*n.*2.& 3.

Hæc volui adnotare non ad finem corrigendi contrariam opinionem, de qua per eundem *Farinac. cit.*
11 *quæst.*150.*num.*24. & *quæst.*151.*num.*1.4. & *sequ.* cum satis expertus sim eam in praxi servatam, ut videre est *Far.cons.*60.*per tot.* & præcipuè *num.*24. ubi quod etiam ille reus fuit tortus tormento vigiliæ, velutì de atrocissimo delicto imputatus, & *Hieron.Feder.resol.*23.*num.*47.ubi quod ista contraria opinio, semper fuit Romæ observata, & in specie in casu illius resolutionis, & ita passim observari eam vidi nostris temporibus, & etiam non ignorem eandem opinionem fuisse per Constitutiones Pontificias approbatam, & ampliatam, sed ad finem ut videatur fundamentum talis opinionis, & observantiæ niti in *d.l.ubi falsi*,quæ expressè loquitur de falsitate commissa in causa criminali, & capitali, de qua est *tex.*particularis, & expressus in *d.l.1.§.præterea ff.de Sicar.*& ut ex dictis saltem aliquod sublevamen recipiat miser aliquis, qui de unica, & levis præjudicii falsitate reperiretur imputatus, quod in puncto observandum vult *Peguer. decis.*80. *num.* 14. & ut ad materiam nostram sciatur qualis esse possit casus de jure, qui pro crimine falsi pœnam forjudicationis mereretur, cum non de magna fallitate ad arbitrium intelligi debeat dispositio *d. l.ubi falsi*, sed de ea, quæ talis à jure est reputata, ut si in judicio criminali, & capitali committitur juxta dispositionem *tex.in d.l.1.§.præterea ff.de sicar.* vel in tabulis publicis *juxta tex.in l.2. ff.ad l.Jul.Majest.*

Verum ex bannimentis generalibus Urbis adsunt plures casus in quibus pœna falsi, mortis natura-
12 lis esse potest, ut videre est §.27. & 28. & in Regno adsunt leges speciales collocatæ per *Rovit. subtit.de fals.* & *in specie pragm.* 3. ubi de pœna mortis imposita contra testes, & notarium, qui iterato falsitatem committunt, & *pragm.* 4. ubi de teste falsum deponente in causa criminali capitaliter puniendo,etiamsi reus contra quem deposuerit non veniret capitaliter condemnandus, & *pragm.*8.ubi de pœna mortis imposita contra præsentantes apocas falsas in publicis Banchis.

Secundo est advertendum circa jurisdictionem Judicis offensi, quod Judex cujus aures sunt offensæ,
13 & coram quo delinquitur, aut habet jurisdictionem criminalem puniendi factum illud, vel falsitatem testis coram eo commissam, & pœnam ordinariam delinquenti imponere potest, non obstante quocumque privilegio exemptionis, quod delinquens ille prætendere posset ex *d.l.nullum,C. de test.* ibi: *& si armatam militiam, vel quamlibet aliam fori præscriptionem alleget.*Statuit enim Imperator, & necessarium existimavit ad tutandam jusdicentis Majestatem, & observantiam, ut ipsamet quæ offenditur, suam vindicare possit offensam, & ita à cunctis sit formidandus ibi: *non dubitent sibimet formidandum, Peguer.decis.*79.*num.*4.*Marsil.in l.1. §.præterea sub num.*27. *ff. de Sicar. Merlin. Pignatcent.*2.*cap.*71. *num.*3.4. & 8. *Giurb. cons.*59.*nu.*92
14 Adeout plures voluerint, quod si testis Clericus deponat coram Judice laico, ab eodem puniri possit, ut eos videre est penes *Giurb. cit.cons.*59.*n.*92. & *Merlin.cit.cap.*72.*num.*9.*vers.* & *si contrarium*, uterque tamen concludens hanc opinionem esse reprobatam respectu Clerici delinquentis coram Judice Ecclesiastico, ut videre est *Giurb. eodem cons.* 59.*num.*117. & *Merlin. cit. cap.*71. *num.*9. Voluit
15 tamen *Guazzin.def.*1.*cap.*11.*num.*34. Judicem Ecclesiasticum punire posse laicum coram se delinquentem, causa principali coram se vertente non terminata, sed ea expirata, facultatem deficere; *Ursil.ad Aflict.decis.*219.*Bajard.§.fin.quæst.*38.*n.*31. *Giurb.cons.*59.*num.*120.

Si vero Judex offensus Delegatus sit non ordinarium alias habens jurisdictionem criminalem, nec sit delegatus ad universitatem causarum, qui etiam or-
16 dinario æquiparatur, ex doctrina *glos.*communiter recepta, in *c.cum causa verb. delegatus in fin.de appellat. Bald.Bart.& alii relat.per Scacc.de Judic. lib.*1.*cap.*66.*num.*7. *Merlin.cit.cap.*71.*n.*21.*Carlev. de Judic.disput.*4.*num.*22.*tom.*1. sed ad certam causam, poterit tamen testem, vel alium coram se
17 delinquentem punire, sive à Principe delegatus sit, sive ab inferiore à Principe modo sit ei permissa criminalis cognitio, & taliter Delinquentem extraordinariè punit, non ordinariè *Covarr. pract. resol.cap.*18.*num.*8.*vers.*8. *ex eo. Minsinger.obser.*72. *cent.*6. *Cabal. cas.*261.*nu.*7. *Merlin.cit.cap.*71.*n.*23. *Borel.cons.*78.*n.*8. *Giurb.cons.*59.*n.*118.

Tertio est advertendum, quod dispositio *d.l.nullum*, procedit cumulativè, non privativè, & ideo si
18 prævenerit Judex offensus, poterit offendentem

Digitized by Google

punire, secus si fuerit præventus per ordinarium, *Giurb.citat.cons.59.num.118. vers.respondeo tertio, Cabal.cas.117.num.11. Franc. decis.147. per tot. Aff. decis.219. num.2.* Verum si delegatus sit Judex offensus, & præveniat illius punitio extra ordinem,
19 non impediet ordinarium, quin pœna ordinaria eundem delinquentem punire valeat, *Boss. de fals.n. 104. vers.sic ergo*, ubi dicit communem *Cabal.dict. cas.261.num.10.* licet *cas.107. in fin.* casum hunc reliquerit indecisum, *Bald. in l.ubi fals.in fin. Cod. de fals.* ubi reddit rationem, quia Judex offensus puniens extraordinem, non prosequitur nisi injuriam suam, *Clar.quæst.38. vers.sed quæro, Peguer.decis.60. num.1. & decis.79. num.2. Farin. quæst.67. nu.40. Cancer. quæst.crim.cap.8. de fals.num.49.* Intellige, ut diximus in Delinquente punito per Judicem offensum extraordinarie, nam si uterque ordinariam haberet jurisdictionem, & Judex offensus præveniret, & ad mensuram delicti, delinquentem puniret, tunc præventus Judex, denuo eum punire non posset, *Bart. in d.l. nullum 1. lect. num.3. Bald. ibidem nu.9. vers.quæro Judex Caball. cas.117.n.11. & cas.261.num.10. Boss. de fals.num.104.* Idque procedet etiamsi isti Judices diversi essent Territorii, *Boss. de fals.num.106. vers. & si tamen*, ubi quod reus non potest pro uno delicto pluribus pœnis esse subjectus, & ideo ope exceptionis coram alio se defendet semel punitus. *Bald. in d. l.nullum n.11. Cabal. d.cas.261.n.10. & 12.*

Quartò animadvertendum est dispositionem *d. l. nullum*, non procedere, ubi ordinarius Judex delin-
20 quentis, privativam haberet in illum jurisdictionem *Appenna in Rubr. C. de apparit. lib.12. Capyc. decis.22. num.6. Tapp. de jur. Regn. lib.2. rubr.21. nu.5. & decis.135. S. Reg. Consil. Franc. decis.137. 679. n.3. & 722. per tot. Anna cons.107. num.4. & 6. Ricc. collect.243. lim.6. Giurb. cons.59. num.116. & 120. vers. si Dominus Jurisdictionis*, ubi quod domino jurisdi-
21 ctionis petente, negari non potest, quia per Vassallum in ejus præjudicium, nec tacitè, nec expressè potuit jurisdictio in alium Judicem prorogari, *Rebuff. de Judic. secul.num.90. Anna d.cons.107. num.8.* & ita decisum refert, & observatum pluries per *Senat. Pedemont. Thes. decis.266. num.7. vers. minus obstat*. Jurisdictio enim concessa cum clausula
22 privativa, & abdicativa constituit Vassallum subditum, & subjectum Baroni ad instar Clerici, cujus redditur incapax Judex sæcularis, *Capyc. d.dec. 122. num.6. Franc. decis.417. num.8. Gram. dec.30. num.8. Tapp. decis.13. num.4. Merlin. Pignat. cent.1. cap.99. num.22. & cap.71. cent.2. num.14. Carleval. de Judic. lib.1. tit.1. disput.2. quæst.7. sect.1. nu.794.* Ideo quemadmodum Clericus delinquens coram Judice laico, ab eo puniri non potest, sed Judici Ecclesiastico est remittendus, reprobata *glos.* in *d.l. nullum*, ut volunt omnes ex *Giurb. cit. consil. 59. num.92. & 117. & Merlin. cap.71. num.9.* Eodem modo Vassallus Baronis, qui talem habet in eum jurisdictionem.

Contrariam tamen sententiam substinet *Merlinus Pignat. cit. cap.71. ex num. 16.* & ita decisum refert
23 *Sanfel. decis.63. num.7. Mastril. decis.147. num.18. & 19.* Clausula enim privativa non operatur quin subditus in alieno Territorio delinquendo, Domino illius jurisdictionis non subjiciatur, *l. in sacris, §. modum. juncta glos. verb.eos, C. de proxim. Sacror. Scrinior. lib.12. Ifern. super Regni Constit. statuimus in fin.* & ibi etiam *Afflict. num.43. de officio Magistr. Justitiarii Carleval. de Judic. disput.2. qu 8.n.1100.* & videre est in Clerico, qui privativè cognoscitur per suum ordinarium *c. nullus primas c. Episcopus 9. quæst.2. cap.1. & 2. de for. comp.* adeout non possit Clericus jurisdictionem sui ordinarii sine ejus licentia prorogare, idem *Carleval. disput. 2. quæst.8. num.1081.* & tamen alibi delinquendo, alterius Jurisdictioni subjicitur, ut in *cap. dilecti, & cap. ultimo de for. compet. c. Romana §. contrahentes eod. tit. in 6. Carleval. disp.2. quæst.4. ex num.160. & qu.8. num.1083.* nec jurisdictio concessa in dominium, & per investituram diversum effectum operatur, & si jurisdictionem tribuat cum clausula privativa, *Carleval. cit. quæst.8. num.1100.* nisi aliter appareat de certa, & enixa voluntate Principis investientis, quæ valet desumi ex privilegio, & investitura cum eisdem clausulis privativis, & abdicativis, & decreto irritanti, *Foller. pract. crim. par.1. 2. par. verb. audiantur excusatores num.63. Capyc. decis.9. nu.11. & seq.* & ibi adnotavit *Petr. in addit. ult. verb. clausula annullativa, Capiblanc. de Baron. prag.8. par.1. ex num.73. in fin. Carleval. de Judic. disput.2. quæst.8. num.1100. in fin.* Adeout si de enixa, & certa voluntate investientis apparere debeat, ut evitetur alterius jurisdictio, quæ fundatur in delicto commisso in proprio territorio. Nec per tales clausulas electio fori, competens Viduis, & Pupillis de jure *ex*
24 *l. unica, C. quando Imperator*, censetur derogata, nisi specialiter, & per derogationem specialem, & specificam ex adductis abundè per *eundem Carlev. disput.2. num. 577. & 578.* Securius dicendum est per clausulas prædictas, nec quasvis alias genera-
25 lissimam voluisse Principem derogare, *d.l. nullum*, & tollere Judici offenso facultatem vindicandi propriam injuriam, quæ specialissima ratione fuit introducta ad tuendam Judicantium authoritatem, ne eorum jurisdictio à litigantibus coram eis contendatur, ut advertunt omnes in *d.l. nullum, Bald. & Salycet. in l. ubi falsi in fin. C. de fals. Merlin. cit. c.71. num.2.* Ubi enim militat ratio specialis permissiva respectu certarum personarum generalis prohibitio illas non comprehendit *l. quid ergo §. hæres ff. de leg. 1. l. qui servum mihi ff. de verb. obligat. Bald. cons.401. lib.1. in fin. Bonacos. quæst. crim. verb. pœna col.3. vers. statutum quod prohibet*, & facit *tex. in l. eleganter §. fin. ff. de pignorat. action.* & è contra ubi militat specialis ratio prohibitionis, generalis concessio nec illam comprehendit, *Rub. de testam. cap.29. n.464.* nec in lege generali comprehenditur casus specialiter in illa materia privilegiatus, *Sperel. dec.135. num.37. Cabal. cas.107. nu.7.* aliis comprobat *Merlinus cit. cap.71. num.18.* ex quibus firma remanet conclusio, quod dispositio *d.l. nullum* Judici offenso tribuat jurisdictionem, non obstante quocumque privilegio, & quacumque fori præscriptione, quæ ad illum evadendum posset adduci, & eas personas solum non comprehenderet, quæ sub Imperiali illa Constitutione comprehendi non possent, ut de Clericis notant DD. magis communiter allegati per *Merlin. & Giurb. locis supra allegatis*, cum adeo generalis sit illius legis dispositio, ut omnem casum excludat, & nullum excludat ibi *data cunctis Judicibus*, & ideo neminem excludens, ut advertit *Salycet. in d.l. ubi falsi in fin. C. de fals.* contra quemcumque coram eo delinquentem, vel ejus aures offendentem, ibi: *ut quicumque aures ejus offenderint, non dubitent sibimet formidandum, nulla militari, vel alia quacumque fori præscriptione*, & rursus, *absque nullo præscriptionis obstaculo*, sæpius id repetendo, ut de enixa, & certa ejus ordinatione appareat, ibi, *sicut sæpè dictum est*, quod evenire non posset, si clausula privativa, & abdicativa operaretur contrarium; Etsi privilegium *l. unicæ*, uti clausum in corpore juris, speciali dero-

gatione

gatione indiget, nec sufficiet aliqua quælibet æquipollens, ex plenè cumulatis per *eundem Carleval. cit.disput.1. num.758. quæst.6.* Quanto securius id dicendum est de dispositione, & prærogativa *d.l. nullum* specialissima ratione introducta ad tutandam judicialem authoritatem, ne à litigantibus posset contendi ad quod tota legalis philosophia est intenta, ut videre est *l.Prætor.§.fin. ff.de injur.§.atrox instit. eod.tit. l.omne delictum ff. de re milit. l.quisquis C.ad l.Jul. Majestatis l.1. vers.cujusque opere ff. eod.tit.l.prima, & t.tit. ff.si quis Jusdicent.non obtemper. l.Magistratibus, & l. si familia ff.de Jurisd. omn.Jud.* ibi: *& contempta majestas Prætoris vindicetur, l.nullum C. de test.l.de ætate §. qui tacuit in fin. ff.de interrog.action. Sanfel.decis.63.nu.7.per tot.* & præcipuè sub *vers.* & si in casu nostro proceditur virtute contumaciæ, *Merlin.Pignat. cent.2.cap.71. num.1.& 2.*

Non obstat igitur jurisdictio concessa per investituram, quia illa non est tantæ virtutis, ut subjectio-
26 nem alienæ jurisdictioni evitare possit subdit; in alieno territorio delinquentis, ut diximus cum eodem *Carleval. loco supracitat.* & consequenter litigantis delinquentis coram Judice, neque obstat clausula privativa, sed abdicativa, quia specialis ratio *d.l.nullum* speciali derogatione indiget necessariò, nec alias sub quavis clausula generali, & generali derogatione erit comprehensa, veluti annexa inseparabiliter Prætoriæ, & judiciali authoritati ex *Salycet.& Bald.in d.l.ubi falsi, C.de falsf.Bellet.disquisit.Cleric. part.1.de favor. Cleric. real.§.5. num.16.& 22. Merlin.dict.cap.71.nu.17.18. & seq. Sanfel.decis.63.num.6.& 7. Mastril.dec.147.per tot.*

27 & si in Clerico aliter receptum videtur, id evenit quia Clerici, Judex sæcularis penitus est incompetens, & tamen nec desierunt plures, qui voluerunt contrarium, ut videre est *Giurb. d.consil. 59. num.92. 116.& 117. & Merlin. cap.7.n.9.* fit ergo, ut isto defectu totalis incompetentiæ, seu incapacitatis sublato, omnis anima, quæ Imperiali lege vivit, seu subdita est, Judici offenso subjiciatur ex *d. l. nullum* ibi *cunctis Judicibus, quicumque aures ejus offenderit; absque ullo præscriptionis obstaculo, & non obstante quacumque fori præscriptione.*

Eodem modo videmus puniri per Magnam Curiam Delinquentes, in eadem Civitate Neapolitana, &
28 in ejus Suburbiis, aut Casalibus, non obstante, quod Vassalli sint Baronis, qui talem habet investituram, ut observant *Merlin. Pignat. cit. cap.71. num.25.& 26. & cent.1.cap.100.nu.19. post Franc. decis.129. Mastrill.de Magistrat.lib.4.cap.16.n.254. Capiblanc.de Baron.pragm.8.par.2. num.135.* Id ità fallit in Vassallis Principis Hostiliani Turris Octavæ, Resinæ, & Portici. *D.R.Sanfel.dec.73. Novar. de elect.for.p.2.cap.21.num.42.*

Et ex eisdem fundamentis non remitti ad Baronem,
29 receptantem Bannitum per eadem Regia Tribunalia, ut decisum refert *Vinc. de Franch. decis.470. Mastril.decis.147.num.16.vers.denegando, Cassan.in suo Catalog. gloriæ Mundi consid.24.par.5.num.195. Surd.cons.152.lib.2. Menoc.cons.604.lib.7.Natt.consil.580.num.14.& seq.Rovit pragm.1.de recept.n.14. Carleval.de Judic.disput.2.quæst.7.num.861.Sanfel. decis.63.n.7.* ubi sic pluries testatur decisum, etiam in Regio Collegiali Consilio, ut propterea curandum non sit de adversantibus decisionibus relatis per *Andr.Lagan.in addit.ad Rovit. cit.pragm.1.sub litt.A.& Carleval.sub eodem num.861.vers.quamvis contrarium,* & per *Scyal.prax.forjud.cap.19.n.28.* quia saltem dari prævention em voluerunt idem *Scyal.de for.compet.cap.60. & prax.forjudic.cap.19. num.28.in fin. & Dansa de pugna Doctor. tom.2.tit. armat.per Campan.cap.1. post num.19.* quod sufficeret ad confirmationem nostræ conclusionis, vel eas non esse attendendas demonstravit *Sanf. cit.dec.63. n.7. Carleval.& Mastril.loc.supra allegat.*

An autem Birruarii, Apparitores, & cæteri Ministri alicujus Tribunalis, delinquentes in Curia Baro-
30 num extra eorum Ministerium per eundem Baronem puniri possint, an vero sint remittendi Tribunali cui famulantur, & inserviunt, scripli alias pro Amico, nec in præsenti aliud addere occurrit, ideo quæ tunc recollegi modo inseruntur, non à materia aliena, sed annexa, & ex iis videri poterit an privativa, an cumulativa sit Tribunalis jurisdictio, quam in eosdem Apperitores, & alios suo Ministerio addictos exercet.

Nituntur Apparitores Illustrissimi Urbis Gubernatoris in terris Baronum, vel alibi, ut inibi exequantur eorum mandata. Apparitores delinquunt ibidem, & ideo, vel cessant, vel retardant, vel aliter ordinationem non adimplent. Delictum vero non concernit eandem exequutionem demandatam, nec circa illam consistit, sed aliter. Dubitatur an Baro, vel illius loci Ordinarius eos de delicto commisso punire possit.

Si credimus *Guazz. in sua defens.1.cap.34. n.35.* cum distinctione dubietas proposita veniret resolvenda. Aut enim inquit *Guaz.cit.num.15.* delictum est circa eorum officium, seu demandatam exequutionem, & Dominus eos mittens, eos punire debet, aut est circa alia ab exequutione, & officio diversa, & eos puniet Judex loci, dummodo tamen hoc notum faciat eorum Superiori, allegat *Rebuff. in l.2. Cod.de raptor. Caravit. super Rit. Magnæ Curiæ 49.nu.14. Cassan. super consuet.Burgund.rubr.17.n.1.§.1.n.22. Foller.prax.crim.verb.audiantur excusatores n.145. Bajard.ad Clar.§.fin.quæst.35. num.10. & sequ.* qui loquitur remissivè, allegatur pro fundamento *text.* in *l.2.C.de lucr.Advocat.lib.12.* ibi: *Provinciales itaque cuncti Judices tueantur, nec injurias inultas transire permittant,* loquens Imperator de excessibus Officialium, & Scholasticorum, & *Boer. dec.9.* qui loquitur propriè in subdelegato, ut eum videre est, licet generaliter ex eisdem moveatur fundamentis.

Si credimus *Merlino Pignat. cent.2.cap.64. & Sanfel. decis.250.* affirmare oportet Apparitores prædictos, qui scilicet apparere faciunt reos in conspectu Judicis, esse immediatè subjectos eorum Superiori, cujus servitio sunt abdicti, sive criminaliter, sive civiliter privativè quoad alios, idque de jure communi, nedum ex specialibus illius Regni Constitutionibus, & adducitur *tex.in l.2.Cod.de offic.Magistr. Milit.* cujus verba uti clara, & in individuo hoc probantia refert *Merlin.cit.cap.64.num.7.* Idem statuitur in *l.penult.C.de silent.l.12. & in l.2. Cod.de Decan.eod.& in l.offic.§.fin. de re militari,* notat *Jo: de Platea in l.2.Cod.de officio Præfecti Urbis,* quem sequitur idem *Boer. decis.19. & Lucas de Penna in rubr.C.de Apparitoribus nu.2.lib.2. Mastril.dec.30. num.28.& 29. Regens Tapp.decis.13. S.Cons. num.7. Merlin.cit.cap.74.num.17. Sanfel.decis.250.num.1. 2. & seq.* ubi allegat etiam *Pont. decis.36. & dicta per Vinc. de Franc. 722. & 723. Anna cons.107. & Petr.Greg.sintagm.Jur.lib.47.cap.40.num.4.vers.At jure communi.*

Et si attendimus id quod in propriis terminis Baronum dicit *Capiblanc.de Baron.prag.8.par.2.ex num. 184.* & propriè sub *num.188.* ibi, *& vera est resolutio, quod quando delinquunt ratione officii deputati in*

si in eis à suo Superiori, ad eum sunt remittendi, Farin. quæst. 101. num. 85. Franc. &c. adde *Marin. cap. 117. lib. 1. num. 2. & per tot. Grat. decis. March. 273. sed si non ex causa officii, sed commiserunt delictum commune, Farin. loco citato dicit, de urbanitate debere remitti ad suum Præpositum Boer. decis. 8. & Caravit. rit. 49. cum aliis multis, tenent quod Judices locorum ubi delinquunt, poterunt punire istos Ministros etiam majores, & in Porteriis S. Consilii, dixit Scipio Rovitus pragm. 28. de offic. S. Cons. quod à Præside sunt cognoscendi per tex. in l. 1. C. de Curial. Urb. Romæ lib. 10.* qui sanè *text.* inquit *Rovit.* quod ab omnibus fuit reputatus formalissimus, vide ad *num. 7.* subsequitur *Capiblanc. sed non indagavit Rovit. si delictum sit ex causa officii, vel extra, sed Depont. decis. 37. dicit, quod ex omni delicto tales Ministri ad suum Præpositum sunt remittendi, & sic observatur, quando Superiores isti sunt maximæ authoritatis, nam familia sua gaudet foro ipsius Domini, Farin. quæst. 8. num. 85. ad instar familiæ Episcopi.*

31 Addo quod Episcopi nedum habent hanc prærogativam, ut ejus familiares, & servientes per eos recognosci debeant privativè ad Judices laicales, quod importaret privilegium fori, sed privativè ad omnes alios Judices Ecclesiasticos, ut fundat *Sperel. decis. 128. n. 37.*

32 Si postmodum nolumus attendere, quæ moderniores firmant ex juribus antiquis, & observari referunt, sed attendere volumus opinionem contrariam, quam *Guaz.* refert ex *Caravit. & Cassan.* advertendum est, quod *Caravit. cit. rit. 49. num. 14.* dicit posse Baronem punire Officialem Superioris delinquentem in sua jurisdictione extra commissa, sed dummodo certum faciat eundem Superiorem, *Cassan. vero cit. rubr. 2. §. 7.* sed corruptè allegatur per *Guaz.* & propriè sub *tit. des Justices, & droicis super tex. verb. d' icelles Amende de simple re scousse §. 7. concluf. 5.* hanc requisitionem Superioris dicit esse necessariam, ad hoc ut si Judex Superiorum illum requirat, debeat ei remitti, aut etiam si ipse Delinquens hoc petit, argumento *text. ex glos. in l. in officiales C. de offic. rector. Provinc.* ibi, *dum tamen hoc notum faciat majori Judici, qui tunc si non petat, censetur negligens, & ideo potest cognoscere minor,* hæc sunt verba *Cassan.* & ita dicit tenere *Bart. in d. l. Officiales.*

Casus iste successit disputandus de tempore Eminentissimi Cardinalis Bonelli tunc Urbis Gubernatoris in quodam Birruario Tribunalis, qui deliquerat extra officium in Civitate Leonina, & in Curia Burgi prætendebatur contra eum procedi, fuit solemniter scriptum, & disputatum, resolutio tamen non habetur, potest perquiri; Hæc sunt quæ pro hujus articuli decisione deducuntur.

SUMMARIUM.

1 *Sola scientia in crimine læsæ Majestatis, si quis illud non revelet punitur pœna ordinaria criminis læsæ Majestatis, ad intellectum textus in l. quisquis §. id quod C. ad legem Juliam Majestatis, sed vide num. sequent.*

2 *Vox conscius quid significet, sed vide num. 18. & sequent.*

3 *In quibus delictis puniatur sola scientia non revelantis, ad intellectum jurium in l. utrum ff. de parricidiis §. item alia institut. de public. judic. l. unicæ §. pœnas vers. cæteros C. de raptu virg. l. 1. §. occisorum ff. ad Syllan. sed vide num. 24. & 25.*

4 *Crimen læsæ Majestatis excellit inter omnia crimina.*

5 *Recensentur Doctores sentientes solam scientiam puniri ut supra pœna ordinaria læsæ Majestatis.*

6 *Ampliatur prædicta opinio etiamsi non sit secutus effectus criminis læsæ Majestatis vide num. 32. & sequent.*

7 *An jura punientia solam scientiam locum habeant non secuto effectu criminis non revelati: & quid in crimine læsæ Majestatis servatum sit Mediolani tempore dominationis Gallorum, vide num. 39. & sequent.*

8 *Quæ pœna sit imposita non revelantibus rebellem de jure Regni, ad intellectum text. in cap. Regni nuper apud Tranum, vide n. 26. & seq.*

9 *Pœna gravissima an importet pœnam mortis, vide num. 27.*

10 *Ob solam scientiam in crimine læsæ Majestatis non est pœna ordinaria criminis læsæ Majestatis.*

11 *Delictum non revelantis consistit in omittendo.*

12 *Delictum in omittendo est levius, ac mitius puniendum, quam delictum in committendo, ad intellectum text. in l. 2. ff. de parricidiis.*

13 *Delictum non revelantis in casibus in quibus quis tenetur revelare, est mitius puniendum quam delictum principalis delinquentis.*

14 *Non indicans rebellem punitur pœna relegationis, ad intellectum text. in l. metrodorum de pœnis.*

15 *Recensentur Doctores sentientes non esse pœnam ordinariam ut supra, eaque communis asseritur.*

16 *Allegatus text. in l. quisquis §. id quod secundum unum intellectum non habet locum nisi cum tractatus est contra personam Principis.*

17 *Pœna scientiæ crimen læsæ Majestatis non est eadem quæ principalium delinquentium etiam retento intellectu, quod allegatus text. loquatur de scientibus non revelantibus: quia etiam cum lex aliqua dicit eandem pœnam imponendam, potest intelligi de eadem pœna in genere non in specie, & sic mitiori pœna; quod magis procedit si lex dicat simili severitate utendum, prout in d. §. id quod, quia simile non est idem.*

18 *Vox conscius quid importet, & an differentia sit constituenda inter scientem solum, & conscium, & quod jura punientia conscios sint intelligenda de conscii cum consensu: ad rem locus Taciti adducitur.*

19 *Et quod ita Bart. intellexerit text. in d. §. id quod, in ejusdem §. interpretatione, quicquid alibi aliud dixerit.*

20 *Ubi vox legis est ambigua, & potest habere plures significatus, desumitur significatus mitior ad excludendam pœnam graviorem contra fiscum fundantem se in verbo ambiguo.*

21 *Textus in l. quisquis C. ad legem Juliam Majestatis, est factus ad similitudinem text. in cap. felicis de pœnis in 6.*

22 *An durum sit asserere, quod in crimine læsæ Majestatis scientia cum simplici consensu puniatur pœna ordinaria.*

23 *Datur intellectus ad text. in l. quisquis §. id quod, ut illa verba, conscii, & Ministris procedant copulativè.*

24 *Explicantur jura cum vero intellectu text. in leg. utrum ff. de parricidiis §. item alia instit. de publ. judic. & in l. unica §. pœnas C. de raptu virg. & demonstratur in dictis juribus verum non esse, quod sola scientia in illis puniatur, vide etiam n. 36.*

25 *Affertur ratio text. in l. 1. §. occisorum cum §. hoc autem Senatus Consul. ff. ad Syllanianum, & demonstratur non posse ex illo text. ad crimen læsæ Majestatis scientes, & non revelantes inferri.*

26 Tra-

Digitized by Google

26 *Traditur intellectus ad text. in cap. Regni nuper apud Tranum, & an ad rem de qua quæritur faciat.*

27 *An gravissima pœna pro pœna mortis ibi accipiatur, & an semper gravissima pœna mortis pœnam denotet?*

28 *An opinio asserentium solam scientiam esse punibilem pœna ordinaria læsæ Majestatis, esto vera sit limitanda sit, ubi non revelavit sciens ex eo quod non poterat probare? an necessitas revelandi à lege imposita obliget ubi quis probare non possit id quod est revelandum?*

29 *Traditur intellectus ad text. in l. 3. C. ad l. Jul. Majestatis, & num. sequent. & num. 31.*

30 *An jus controversum excuset à pœna?*

31 *An opinio pœna ordinaria in sola scientia, posito quod vera sit, limitanda sit ubi effectus non est sequutus?*

32 *An æquitas generalis non puniendi pœna ordinaria solum conatum, sit abrogata à jure inscionte, & non revelante læsa Majestatis crimen?*

33 *An liceat arguere à dispositis in delicto in committendo ad delictum in omittendo?*

34 *An leges punientes delictum in omittendo locum habeant, ubi ex omissione non est sequutum detrimentum?*

35 *An supradicta jura nempe text. in l. utrum ff. de parricidiis §. item alia inssit. de public. judic. l. unic. §. pœnas vers. cæteros C. de raptu virgin. l. 1. §. occisorum ff. ad Syllan. intelligenda sint sequuto effectu criminum, de quibus ibi agitur?*

36 *An ex qualibet justa, & probabili causa liceat recedere à pœna ordinaria læsæ Majestatis in puniendo sola scientia non revelantis?*

37 *An justa, & probabilis causa sit illa, quod scilicet non sit sequutus effectus criminis?*

38 *Quomodo intelligenda sint jura punientia solam scientiam an locum habeant non sequuto effectu; & quid in crimine læsæ Majestatis, ad intellectum doctrina tradita per Abb. in cap. primo de restitut. spoliat. num. 9.*

39 *Respondetur ad auctoritatem Bossii tradentis solam scientiam fuisse pœna ordinaria mortis punitam etiam non sequuto effectu.*

40 *An evitanda sit multiplicatio specialium etiam in crimine læsæ Majestatis?*

41 *Quot specialia concurrent, si sola scientia in hoc crimine puniretur etiam non sequuto effectu?*

42 *Posita pro vera opinione præfata pœna ordinaria, an sit limitanda ubi quis licet sero post aliorum revelationem tamen revelaret re integra antequam inquireretur de omissa revelatione?*

43 *An licitum sit purgare moram nullo adhuc sequuto detrimento, & quid si banno præfigeretur terminus cum declaratione, quod elapso termino intelligatur pœna incursa ipso jure absque declaratione?*

44 *An in §. fin. d. l. quisquis, sit præfixus terminus revelandi principalibus tantum an etiam scientibus?*

45 *An liceat arguere à mora delinquentis in committendo ad moram delinquentis in omittendo?*

46 *Consilium auctoris.*

ARGUMENTUM.

Qua pœna puniendus sit is qui sciens alterum moliri contra statum sui communis Principis tractatum non detexerit; ad intellectum tex. in l. quisquis §. id quod, cum sequent. C. ad l. Juliam Majest. cap. Regni nuper apud Tranum, & aliorum jurium de consciis puniendis loquentium?

QUÆSTIO UNICA.

INterrogatus semel fui a quodam Regio Ministro magnæ auctoritatis mihi admodum familiari, qua pœna puniendum censerem eum, qui sciens alterum contra statum sui communis Principis nostri, tractatum non detexerit: & quia aliquid laboris suscepi super indagatione articuli, in mentem venit scribere ea, quæ tunc elaboravi, non ut meam sententiam in re tam
1 gravi ostendam, sed ut si casus contingeret (quod absit à nostri Clementissimi Regis subditis) ansa præbeatur rem maturius investigandi. Et quidem quod pœna mortis, & læsæ Majestatis ordinaria sciens non secus ac crimen committens puniendus sit ponderebam infrascripta. Adducebam primo *textum in l. quisquis §. id quod* cum *§. seq. C. ad leg. Jul. Majestatis*, ubi omnes pœnæ contra hoc tam immane facinus patrantes ab Imperatore inflictæ, & supra enumeratæ ad scientes etiam illud, & non revelantes extenduntur per illa verba, *id quod de prædictis eorumque filiis cavimus, etiam de satellitibus, consciis, ac Ministris, eorumque filiis simili severitate censemus*: vox enim *conscius* idem est,
2 ac rei insimul cum alio scientiam habens, ut ex *Nizolio* colligitur multa ad hoc *Ciceronis* loca adducente. Imperatoriam constitutionem juvat efficax ratio desumpta ex similibus legibus, quibus
3 sola scientia in aliis non æquè gravibus delictis punitur eadem pœna, qua ipsa sceleris perpetratio; nempe in crimine parricidii, juxta *text. in l. utrum* ubi *Bart. ff. ad l. Pompejam de parricidiis, & in §. alia inssit. de public. judic.* in crimine raptus, *text. in l. unica §. pœnas vers. cæteros C. de rap. Virg.* in occisione alicujus domini qui servos habeat, ut servi occisionis scientes perinde ac factores sceleris puniantur, *tex. in l. prima §. occisorum ff. ad Syllan.* sunt
4 autem enumerata delicta proculdubio inferiora crimine læsæ Majestatis, quod inter omnia crimina excellit, *Gregor. Lopez glos. 2. in proœmio titul. 2.*
5 *par. 7.* hujus opinionis antesignanus est *Bart. in dicta l. utrum, num. 3.* & in *Constit. extravagant. ad reprimendum, in verbo fidelitatis num. 4.* eum sequuntur *Abb. cap. primo num. 9. de restitut. spoliat. Salyc. in d. l. quisquis, §. id quod, Angelus de Malef. in verb. & hoc tradito, num. 10. & seq.* & ibi *Augustin. Arimin. Bertacch. in suo repertorio in verb. sciens, Gomez. tom. 3. variarum resolutionum in tit. de crimine læsæ Majestatis num. 47. & 48.* ubi tamen non constanter probat opinionem, *Bart. Petrus à Plaz. in epitom. delictorum cap. 22. num. 17. Hieronym. de Laur. decis. 92. num. 4. Riccius collectan. decis. 1208.* ubi citat *doc. Monter. 259. Add. ad Angel. in l. 2. ff. de Partic. Clar. q. 87. num. 2.* relati ultra prædictos per *Osas. dec. 80. nu. 1.* nempe *Jas. Cirtius Junior, Marc. Land. Franc. Luc.*

Digitized by Google

Luc.Carrer.Capyc.Decius,Gigas,& alii,quibus addo *Reg.de Pont.conſil.*90.*tom.*1. *Decian.lib.*7.*c.*54.*n.*15. *Facchin.controverſ.*86.*lib.*9.& quod hæc opinio ſervetur in praxi teſtatur *Felin. cap.*1.*num.* 3. *& ſeq. de offic.& poteſtat.Judic.delegat.* Quæ quidem pœna
6 ordinaria infligenda videtur, etiamſi effectus non ſit ſequutus, quicquid in contrarium dixerit *Farquæſt.*51. *num.*74. ubi in ſolo ſciente temperandam docet pœnam, ſi effectus criminis (quod intendebat quis perpetrare) non ſit ſequutus, nam indiſtinctè ſive ſit ſequutus ſive non ſequutus effectus, pœnas principalis delinquentis in hoc crimine extendendas ad ſcientes tantum, & non revelantes expreſsè videtur probare *text. in d. l.quiſquis*, §.*id quod cum ſequent.* ibi enim Imperatores poſt enumeratas omnes pœnas, quas pro ſolo conatu principalibus ſceleris auctoribus irrogarunt, eas extendunt ad ſolos ſcientes nec revelantes, æquiparantes omnimodo conſcios, ſive ſcientes ipſis principalibus delinquentibus: hinc eſt, quod licet jura
7 punientia ſolam criminis ab alio perpetrandi ſcientiam, locum tantum habeant ſequuto effectu criminis, quemadmodum ex *Abb.* tradit *Farin.q.*51. *num.*66.*& quæſt.* 120.*num.*154. ibi, ſed hæc diſtinctio non eſt bona, limitatur tamen in crimine læſæ Majeſtatis hoc dictum *Abbatis ab eod. Abb. c.*1. *de reſtitut. ſpoliat. num.*9. ubi quoad pœnam ſcientis crimen læſæ Majeſtatis ab alio perpetrandi, nec revelantis remittit ſe ad *text.in dicta l. quiſquis §. id quod*, ubi indiſtinctè ſcilicet tam in principali delinquente, quam in ſolo ſciente etiam ubi de ſolo conatu agitur eadem pœna ſtatuitur: hinc *Boſſ.* etiam non ſequuto effectu tempore Gallorum mortis pœnam inflictam ſcienti ob revelationem omiſſam in hoc crimine in praxi teſtatur in *tit.de crimine læſæ Majeſt. num.* 48.

8 Denique hanc Cæſarum Conſtitutionem in Regno indubitabilem reddere videtur *cap.Regni nuper apud Tranum in §.ſi quis vero, de pœna, & vindicta proditorum*, ubi proditorum ſive rebellium diſſimulatores graviſſimè puniendos Rex Carolus mandat, graviſſima autem punitio pœnam mortis im-
9 portat, quia nulla gravior eſt, *gloſ. in l.*1. *C.nemini licere, in verbo graviſſima, Farinac. q.*19.*n.*10.

10 Pro contraria opinione, quod ſcilicet ſola ſcientia in hoc crimine non ſit punibilis pœna mortis ob omiſſam revelationem, ponderabam, hoc de-
11 lictum omiſſæ revelationis, non in faciendo, ſed in omittendo conſiſtere, *Alciat.in l.*4. §.*Cato n.*29. *ff.de verborum obligat.*ad rem *Capyc.deciſ.*130.*n.*69. & eſſe paſſim, & abſque controverſia receptum delictum in omittendo levius ac mitius puniendum,
12 quam delictum in committendo, cum omnis ratio ſuadeat plus delinquere eum, quia ipſe facinus committit, quam qui nihil committit, ſed tantum negligit delicto ab altero committendo obviare, ex vulgata juris regula, quam probat *text.in l.*2.*ff.ad l.Pompejam de Parricid.*ubi mitius punitur frater non indicans futuram necem patris, quam ipſe parricida, tradunt *Bald.in l.Divus Marcus n.*1. *ff.ad Syllan.Cravetta conſ.*300.*num.*3. *Bertaz.conſil. crimin.*347.*num.*18. *& conſ.crim.*107.*nu.*5. *Caball. reſolut.*244.*num.*20. *Alciat. in l.facere num.*3. *ff.de verb.oblig.Farinac.quæſt.*51.*num.*68.*& q.*130.*n.*71.
13 ubi ad rem quod pœna non revelantis in caſibus, in quibus tenetur revelare, eſt mitior quam principalis delinquentis regulariter, niſi lege expreſſim contrarium cautum ſit, nec lege expreſſim contrarium caveri infra dicenda videntur ſuadere, cum juribus in contrarium adductis reſpondebitur.

Hanc æquiorem opinionem in terminis probare videtur *text.* (quem ponderant *Roman. ſing.* 794. *& Gig.in tract.de crim.læſæ Majeſt.lib.fin.rub.de pluribus, & variis q.q.*2. *nu.*5.) *in l. Metrodorum de pœ-*
14 *nis*, ubi non judicans rebellem pœna relegationis punitur: ſequitur *Bald. in quodam ſuo conſ.* quod
15 non reperitur impreſſum omnes tamen, & antiquiores, & moderniores referunt, ut teſtantur *Alex.ad Bart.in l.utrum ff.de parricidiis, Marſ.ſing.* 164. *Farinac.qu.*51.*num.*70. qui *Bald.* ex pluribus rationibus ſententiam ſupradicti *Bartoli*, ut jure deſtitutam acriter improbavit, ut colligitur ex *Roland.conſ.*88.*lib.*2.*num.*21. *ex Marſil. in l.utrum num.*2. *ff.ad leg.pomp.de parricidiis*: eandem *Bald.* ſententiam amplectuntur *Felin. in cap. quantæ de ſententia excom.num.*4. & in *cap.*2.*de hæret.num.*2. ubi *Bart.* opinionem non ſervari teſtatus eſt, *Ananias in cap.ſicut emergenti de homicid.Afflict.in c.*1. §.*præterea nu.*7. *in uſib.feudor. in tit.quæ ſit prima cauſa beneficii amittend.* ubi nulla lege municipali, vel communi ſolam ſcientiam mortis pœna in hoc crimine puniri ſcriptum reliquit, *Ang. Ubald. in l.*2. *ff.de parricid. Roman. d.ſingul.*794. *Alex. ad Bart.in d.l.utrum de parricidiis, Cuchalon. ad Ang. de maleficiis in verbo, & hai tradito poſt num.*11. *in verſ. ſi talis ſcientia, Alciat.in l.facere n.*3. *de verb. ſignif. & l.*4.§.*Cato num.*29.*de verb.obligat. & in l. bona fides num.*19. *ff.depoſit. Gig. allegat. qu.*2.*nu.*5. *Oſaſc.deciſ.*80. *num.*5. *& ſeq.* ubi opinionem *Baldi* uti communem probat *Joan.Harpect.in §.publica inſtit.de publ.judic.num.*45. *& ſeq. & cæteri relat. per Farin. quæſt.*51.*num.*70. *&* 73.

16 Ponderabam ad *text.in all.l.quiſquis §.id quod, cum ſeq. ff.ad leg.Jul.Majeſt.* reſponderi multis modis poſſe, & primo illum *text.* non habere locum, quoad pœnas ibi enumeratas, niſi cum conſpirator contra Supremi Principis, aut ejus lateri aſſiſtentium perſonas, *gloſ. in d. l. quiſquis in verbo factionem Gram. deciſ.* 6. ubi ita deciſum teſtatur in Sac.Conſil. *Boſſ.eod.tit. n.*58.

17 Secundo ex illo textu non inferri eandem omnino pœnam, quæ principalibus delinquentibus infertur, inferendam eis eſſe, qui tantum conſcii ſunt, ſed aliam gravem pœnam citra mortem, quemadmodum illum textum intellexerunt *Felin.relat. ab Oſaſc.deciſ.*80.*num.*7. *& Afflict.in d.*§.*præterea, num.*8. quod confirmatur, nam & *text.in l.utrum ff.de parricid.* etiam retento intellectu quod eadem pœna ſit imponenda conſciis, quæ ipſis parricidis imponitur, tamen commodè patitur ſenſum, ut intelligatur de eadem pœna in genere non in ſpecie & conſequenter mitiore, quam mortis, *Berous c.*1. *de offic.deleg.* quem refert, & ſequitur *Farin.q.*120. *num.*154. *&* 155. quod ſi ita eſt, certe verba *d.* §. *id quod*, poterunt proculdubio hunc ſenſum recipere, ut quoad conſcios mitior pœna cenſeatur impoſita, cum Imperatores in dicto §. non dixerint eadem pœna conſcios puniendos, qua principales, ſed tantum ſimili ſeveritate dignos cenſuerint conſcios; ſimile ſane non idem *vulg.text.in l.ad ſimilitudinem C.de Epiſcop.& Cler.*

18 Tertio reſponderi poteſt Imperatores in *dicto §.id quod*, loqui de conſciis, qui non ſolum ſcientes, ſed ſunt etiam ſcelerati adverſus Principem conſilii particeps, ita enim in jure accipiuntur conſcii, cum conſciorum punitionem lex aliqua inducit, *text.expreſſus in cap.non oportet* 30.*q.*3. ubi conſcii accipiuntur, & explicantur conſentientes, & in *l.*3. *C.ad l.Juliam Majeſt.*ibi, *ab omnibus delicti conſciis*, quo verbo denotantur illi quorum inſtinctu, atque conſilio res geſta eſt, *text. in l.utrum ff. de parricidiis, & ibi gloſ.in verbo conſcii*, quam Doctores com-

munis-

muniter approbarunt, ut infra etiam tangam, & colligitur ex numero Doctorum adductorum à *Farinac. conſ. 104. poſt num. 21.* ſupra triginta, probat *text. in l. 1. C. de Nili agger. non rump. & ibi Bald. Alciatus* latinæ elegantiæ peritiſſimus *in l. bona fides num. 19. ff. depoſit.* ubi ad interpretationem *prædicti §. id quod alleg. l. quiſquis*, tradit differre has voces conſcium eſſe, & ſcire, nec poſſe dari conſcium niſi eum qui ſcit, & ſit conſilii particeps, *Cal. in lexico juris in verbo conſcius, Connan. lib. 4. comment. cap. 16. num. 6. Afflict. in alleg. §. præterea eod. nu. 7.* ubi quod in *dicto text. §. id quod*, conſcius intelligitur pro culpabili non ſolum ſciente, & hanc eſſe hujus latinæ vocis, conſcius, vim ſcripſit *Oenotim. in §. alia num. 4. inſtit. de publ. judic. Farin. qu. 129. num. 45 & q. 120. nu. 154.* Colligitur ex *Tacit. lib. 15. annal. num. 8.* ubi ad rem de conjuratione in Neronem ita tradit, fruſtra ſilentium & fidem in tot conſciorum animis, & corporibus ſperari, & infra *num. 10.* accenſis indicibus ad prodendum fœnium Rufum, quem eundem conſcium, & inquiſitorem non tolerabant; quibus in locis, ut ex contextu liquet, conſcii conjurationis accipiuntur pro ſociis, & particibus conjurationiſſimo *ipſemet Bart.* etiam
19 ſi alibi dixerit aliud, tamen cum ex profeſſo agit de interpretatione allegat. *text. §. id quod*, illum textum, mutans forte ſententiam, de ſociis intelligit illam vocem conſciis, & nomine ſociorum comprehendi participes, non ſolum ſcientes eſt extra controverſiam *Farin. qu. 131. n. 24.*

20 Addi denique poteſt, quod utcumque hæc vox, *conſcius*, ambigua ſit, & vel ſolam ſcientiam, vel ſceleris communionem, & conſenſum importare poſſit, in dubio tantam pœnarum acerbitatem, quæ in illa lege traduntur non adverſus conſcios nudam ſcientiam ſceleris habentes, ſed adverſus conſcios conſentientes inductam interpretari juſtius videtur cum legum interpretatione pœnæ ſint potius molliendæ, quam exaſperandæ, *l. interpretatione ff. de pœnis, l. ſemper in obſcuris*, ubi *Decius n. 6. l. capienda ff. de reg. jur. Oſaſc. d. dec. 80. num. 8.* & cum fiſcus ſe fundet in verbo ambiguo contra illum eſt capiendus intellectus, *Peregr. de jure fiſc tit. 6. lib. 6. num. 2. per vulg. text. in l. veteribus*, & retento hoc intellectu juxta *Farin. qu. 129. nu. 34.* adhuc nimii rigoris plenus videtur ille ſenſus; nam in *text. in*
21 *cap. felicis de pœnis in 6.* (qui procedit ad ſimilitudinem *text. in d. l. quiſquis*, contra inſequentes hoſtiliter Papam, & Cardinales teſte *Peregrino de jure fiſci lib. 5. tit. 1. nu. 171. verſ. ſalvari*, & ante eum *Boſſ. eod. tit. num. 5.* ubi quod *dictus text. in cap. felicis* eſt factus ex *dicta l. quiſquis*) nudus, & ſimplex
22 conſenſus non ordinaria pœna punitur: unde tutior intellectus eſt, vel ut ſupra dixi, ut non eandem omnino pœnam in *dict. §. id quod*, imponi con-
23 ſciis intelligamus, vel ut illa verba, de ſatellitibus conſciis ac miniſtris, procedant ex vi dictionis, ac copulativè, ut advertunt *Cuchalon. in add. ad Angel. de maleficiis in verbo*, & *hai tradito poſt. num. 11. in verſic. ſi talis ſcientia Menoch. de arbitr. caſ. 355. n. 14. Afflict. in dicto §. præterea n. 8.* quaſi ſenſus ſit eadem pœna puniendos eſſe ſatellites, qui ſcienter miniſtrant, ut *idem Afflict.* explicat, cum regulariter ſatis non ſit quem eſſe ſatellitem ac miniſtrum delicti, niſi ſcienter quis hoc faciat ad delicti pœnam ordinariam incurrendam, *Bart. in l. omnes la ſeconda C. de agric. & cenſ. lib. 11. n. 2. Marſil. in §. conſtante n 64. in ſua prax. crimin.*

Hanc ad textus explicationem (licet non ita clarè expreſſerint) dici non temere poteſt fuiſſe ad mentem omnium Doctorum, qui contra *Bartolum* ſenſerunt aſſerentium opinionem *Bartol.* nulla lege fulciri; plerique autem hac ratione, ut videre eſt, ſunt adducti ad contrariam *Bart.* ſententiam ſubſtinendam. Reſoluto fundamento deſumpto ex *dicta l. quiſquis §. id quod*, parum negotii re vera faciunt alia jura in contrarium allegata; nam ad *text. in dicta l. utrum ff. de parricidiis junctо §. alia inſtit. de public. judic. & text. in d. l. unica §. pœnas verſ. cæteros C. de rapt. virg.* verus, & communis intellectus eſt, quod ibi conſcii accipiuntur pro participibus, conſentientibus delicto, omnia enim jura mundi imponentia eandem pœnam conſciis, quam principalibus non ſunt interpretanda de ſimpliciter ſcientiam delicti ab alio patrandi habentibus, ſed de conſciis cum conſenſu, ita *Farinac.* ad intellect. *text. in d. l. utrum* ſup. triginta d. d. *d. conſ. 104.* adducit pro hoc intellectu, qui etiam neceſſarius videtur ad evitandam alioquin expreſſam contrarietatem, *tex. in l. 2. ff. de parricid.* ubi frater qui cognoverat ab alio fratre parari communi patri inſidias, nec patri indicaverat, fuit tantum relegatus, & tamen non revelando plus deliquerat filius de quo loquitur *dicta l. 2.* quam extraneus, filius enim majori obligatione patri tenetur, quam alius extraneus, ut dictat ratio naturalis *l. 2. ff. de juſt. & jure, Bart. in dicta l. utrum n. 3.* & idem omnino intellectus cadit in *d. §. pœnas*, ut ex ſupradicta ratione infertur; idque eo magis quia in *dict. §. pœnas*, non fit ſimpliciter mentio de conſciis, ſed de conſciis, & miniſtris, hoc eſt de illis, qui ſcienter miniſtrant, *Bart. in l. omnes la ſeconda C. de agricol. & cenſit. lib. 11. n. 2. Salycet. & Marſ. in dicta l. unica C. de rapt. virg. in princ. Farin. q. 145. n. 34.*

25 Ad *text. in l. unica §. occiſorum ff. ad Syllanianum* facilis eſt reſponſio, quod ſcilicet ſpecialia Senatus Conſulti Syllaniani non ſunt ad exemplum trahenda, habuerunt illa aliquid ex iniquo, ut *inſuit annalibus* ait in terminis *Tacitus*, & ex ſpeciali quadam ratione proceſſerunt: ad continendas enim in officio erga proprios dominos catervas ſervorum conflatas ex diverſis nationibus, moribus, & ritibus, quibus veteres illi Romani in propriis domibus utebantur, neceſſe fuit novi, & fere iniqui rigoris leges excogitare pro ſalute dominorum, ut ſcilicet ſervi etiam omnino neſcii Dominicæ Necis, modo manerent in eodem tecto, in quo dominus occiſus erat, ob domini occiſionem ultimum ſubirent ſupplicium, ut expreſsè habetur in *dicta l. prima, §. hoc autem Senatus conſultum ff. ad Syllan.* nihil igitur unus caſus cum alio commune habet, nec argumentum ex uno ad aliud deſumi poteſt, *l. quod vero ff. de leg.*

26 Ad *text. in cap. Regni nuper apud Tranum in tit. de pœna, & vindicta prodit.* videtur non inepta reſponſio, quod ſcilicet illa ſanctio edita fuit à Carolo ad extinguendas rebellionis, & belli jam moti reliquias, non ergo ex illa ſanctione arguendum eſt ad propoſitum caſum, ubi non ſupponimus bellum jam motum, & rebelles armata acie contra Principem ſtare, quia militat diverſa ratio, & ex diverſis non fit illatio, *vulgat. l. Papinianus exuli ff. de minoribus*, præſertim cum agatur de conſtitutione pœnali contra jus commune, nempe contra *text. in l. metrodorum ff. de pœnis*, quæ neque ex identitate rationis extendi poteſt juxta tradita per *Rovit. pragm. 1. de aſſaſſinio n. 47. & 54.* Poteſt etiam
27 reſponderi ad illum textum ibi graviſſimam punitionem, non poſſe pro neceſſario ad mortis pœnam referri ex modo loquendi quo utitur Rex, mortis enim pœnam cum expreſſiſſet in duobus caſibus præcedentibus in hoc caſu non indicati rebellis,

Digitized by Google

bellis, de mortis pœna non meminit, sed tantum de gravissima punitione: si de mortis pœna sensisset Rex, utique illam expressisset, quemadmodum in casibus præcedentibus expressit, nec est absurdum, ut gravissimè quis puniri dicatur citra mortem, quæ respectu delicti gravissima sit appellanda, ut ex communi usu loquendi satis patet.

28 Hæc opinio mitior poterit facilius defendi pro eo, qui revelare omisit ex eo quod crimen cujus scientiam habet probare non possit, idque duabus potissimum nititur rationibus, una est, quia quando lex adstringit ad revelandum intelligitur si quis revelanda taliter sciat, ut etsi opus sit valeat probare *text. in Clement. 2. notarii vers. quod si taliter ea sciverit, de hæreticis*, quem textum ponderat *Marsil. singulari 164.* nec debet in eo quod non po-
29 test ostendi, animus Judicis commoveri, *l. nostris C. de calumniat.* altera est, quia hoc crimen læsæ Majestatis illud speciale habet, ut si revelans illud non probet manifestis indiciis, una cum accusato tormentis subjiciatur; hinc fit ut qui probationes paratas non habet non teneatur crimen revelare, & exponere se se torturæ periculo, quia nemo tenetur salutem Domini proprii corporis læsioni anteponere, *Afflict. in dicto §. præterea cap. 1. in tit. quæ sit prima causa beneficii amittendi num. 5. & 6.* & ante eum *Bald. in allegat. consil.* quod dixi impressum non reperiri, sed ab omnibus allegari, *Roland. consil. 88. lib. 2.* ubi de communi testatur *Cagn. in l. culpa caret num. 12.* ubi *Doctores* ita communiter sentire testantur, & ibidem *Decius num. 9. vers. & hoc sane intelligitur, ff. de regul. juris, Marsil. in l. utrum ff. de parricidiis num. 2.* ubi quod non deliquit qui non revelat id quod probare non potest, *Gomez in titul. de crim. læsæ Majestatis num. 8. vers. advertendum*, ubi alios allegat, licet contrarium dixerit in *tit. de homicidio n. 4. Petrus à Plaza cap. 22. num. 17. vers. quod ipse intelligo, Gigas lib. fin. rubric. fin. q. 2. num. 8. & seq. & num. 21. Thusc. in verbo scientia, conclus. 67. n. 28.* ubi de communi cum *aliis quamplurimis per eum relatis, Alciat. in l. bona fides n. 20. ff. depositi*, ubi testatur etiam de communi, etiam quoad omnimodo pœnam evadendam, licet ipse non sequatur hanc sententiam indistinctè, *Picus in l. ut vim ff. de justit. & jure*, ubi excusat non revelantem ex defectu facultatis probandi etiam à pœna extraordinaria, *Gregorius Lopez in proœmio part. glos. 16. Farinac. quæst. 51. nu. 75. & sequent.* etsi sentiat hoc casu pœnam extraordinariam injungendam, quod est contra *præcitatos Doctores*, illamque rationem, quæ desumi potest ex *vulgat. Gracchus C. de adulteriis*, quod is qui facit aliquid lege permittente, pœnam non meretur, & quod lex permittat non revelare id quod quis probare non potest, non revelans in hoc casu puniendus non videatur: & saltem quoad pœnam ordinariam evadendam in hoc casu hæc sententia vix impugnari posse videtur, nam magna pars Doctorum sentientium conscios non revelantes puniendos eadem pœna, qua principales in hoc crimine, expresse admittunt hanc limitationem, ubi quis probare crimen non potest: plerique ejusdem sententiæ de hac limitatione non meminere; unde eam non approbarunt, nec improbarunt, & consequenter eorum auctoritas non potest contra limitationem adduci, inter hos sunt *Bart. Abbas, August. Hyeron. de Laud. Addentes ad Angel. Jason. Lucan. Scocc.* & alii, quos studiosus lector advertere facile potest.

Dices *alleg. text. in l. 3. C. ad leg. Juliam Majestatis* locum habere, ubi quis accusatoris munus in hoc crimine detegendo suscipere velit, ita enim non obscurè probant verba textus quæ ita se habent; si quis alicui crimen Majestatis intenderit, & infra, sciat se quoque tormentis esse subdendum, si aliis manifestis indiciis accusationem suam comprobare non poterit; at si quis non suscepto accusationis munere Principem admoneat, ut sibi caveat ab eo quod ipse audivit alios contra ipsum moliri, tunc nullum subit torturæ periculum, cum locum in hac sola admonitione, & revelatione non habeat *allegat. text.* tenebitur igitur non per modum accusationis; sed per modum revelationis, & admonitionis Principi revelare, quæ contra ipsum, seu ejus statum tractari, quomodocumque comperierit, ut Princeps à periculo sibi caveat, *Caravit. rit. 4. num. 5. Cagnol. in l. culpa caret, num. 12. ff. de regul. Jur. Alciat. in l. 4. §. Cato n. 29. ff. de verborum obligationibus, Menoch. de arbitrariis cas. 355. n. 12.*

Sed responderi ad hoc potest fatendo esse satis æquam, & rationabilem distinctionem ad illum textum, tamen in contrarium urgere auctoritates tot Doctorum contrarium sentientium generaliter, & indistinctè, neminem teneri ad revelandum asserentium, si desit facultas manifestè revelata probandi, & consequenter non probato crimine revelato indistinctè revelanti periculum torturæ imminere, ut testatur *idem Cagnol. eodem nu. 12.* quomodo igitur affirmare possumus, carere periculo torturæ eum, qui tot Doctorum auctoritate periclitatur? Hinc merito *Gigas* relata supradicta distinctione *dicta qu. 2. num. 21.* indistinctè limitationem amplectitur; & saltim cum agatur de jure controverso,
30 ita ut non satis constet an teneatur quis hoc crimen ubi adsit difficultas probandi revelare, hoc satis erit ad excusandum inquisitum à delicto omissæ revelationis, *Tiraq. Plot. Osasc. & alii relati* fere in terminis à *Farin. consil. 104. num. 2. & 3.* immo
31 addi potest hanc probandi difficultatem præsumi in dubio alio per fiscum non probato, *Farin. q. 51. num. 65.* ampliaturque etiamsi à teste futurum crimen audiverit, cum adhuc incertum sit an ille testis sit testimonium dicturus, *Afflict. in dicto §. præterea nu. 5. & 6.* nec sufficit crimen semiplenè probare, quia adhuc probato crimine semiplene adhuc non revelans erit cum accusato tormentis subdendus *Salycet.* & ante eum *glos. in dicta l. 3. C. ad l. Juliam Majestatis.*

32 Eadem æquior ac benignior sententia magis substineri poterit ubi ex tractatu non revelato nullum sit Principi consecutum detrimentum: hoc suadetur ex illa æquitate totius orbis consensu recepta, ut delictis quantumcumque atrocibus pœna ordinaria soleat indulgeri effectu non sequuto, *Gram.* ad saturitatem *decis. 2. num. 14. & decis. 74. num. 21. cum sequent. Farinac. q. 124. num. 78.* neque obstabit huic considerationi, quod in crimine læsæ Majestatis, solus conatus, immo sola sceleris cogitatio, seu voluntas pœna ordinaria punienda est, ut ex *text. in dicta l. quisquis in princ.*, nec hunc rigorem
33 abrogavit supra allegata consuetudo æquitatis, quæ in hoc crimine cessat, *Farin. q. 116. n. 147.* quia responderi potest hanc severitatem adversus solum conatum in ipsis principalibus conspirantibus constitutam, nec debere ad conscios sive scientes tantum extendi, quia cum, ut supra dictum est, non revelantes delinquant in omittendo, conspirantes in committendo, non potest à delicto in commit-
34 tendo argui ad delictum in omittendo, *Decius consil. 151. num. 9. Osasc. dec. 71. num. 38.* accedat quod
35 leges punientes delictum in omittendo, locum non habent nisi ex omissione detrimentum jam sit sequutum, ut probat *text. in l. 2. §. final. cum glos. in l.*

pœne

Digitized by Google

omne delictum §. final. in verbo placuit ff. de re militari, Capyc. decis. 130. nu. 66. & hic intellectus præ-
36 ter supradictos potest accommodari ad allegata jura in *l. utrum ff. de parricidiis, §. item alia; instit. de publicis judiciis*, ad *text.* in *l. 1. §. occisorum ff. ad Syllanian. & l. unica, §. pœnas, vers. cæteros, C. de raptu virg.* ut ex contextu, & casuum positione appareret, ita ut hæc jura licet de scientibus tantum possent intelligi tamen locum non habeant nisi sequuto effectu delictorum, de quibus ibi agitur. Hanc opinionem, ut supra comprobatam pro limitatione allegati *text. §. id quod* amplexus est *Farin. q. 51. num. 74.* & pro ea adduci potest etiam auctoritas
37 *Clari q. 87. nu. 2.* ubi licet stet pro opinione, *Bart.* subdit tamen ex quacumque justa, & probabili causa fas esse ut à pœna mortis abstineant Principes ob solam scientiam criminis non detecti, sanè justa po-
38 test videri causa rei bonus eventus, rerumque Principis incolumitas, *leg. aut facta §. eventus ff. de pœnis*, & licet *Abbas* contra hanc æquitatem sentire videatur in dicto *cap. 1. de rest. spol. nu. 9.* ubi posita regula quod jura punientia solam scientiam lo-
39 cum non habeant non sequuto effectu, eam limitat in crimine læsæ Majestatis, tradens scientiam puniri in hoc crimine etiam non sequuto effectu, non tamen exprimit de pœna ordinaria, *Bossi.* etiam in *tit. de crimin. læsæ Majestatis*, tradidit quemdam Civem Mediolanensem tempore dominationis Gallorum ob solam scientiam non sequuto effectu in hoc crimine divisum in frusta: non tamen asserit
40 id de jure processisse, sed scribit id quod de facto servarunt Galli, nec aliquam Senatus, aut alterius Tribunalis decisionem adducit. Ad confirmationem addi potest justè facturum Judicem, si pœnam ordinariam non sequuto effectu ob solam scientiam indulgeat, ut effugiat multiplicitatem, specialium, quæ alioquin concurrerent, si impo-
41 neretur pœna ordinaria; & esse multiplicationem specialium evitandam etiam in crimine læsæ Majestatis, docet *Gigas de crim. læsæ Majestatis lib. 2. in rubr. quomodo, & per quos crimen læsæ Majestatis probetur, num. 10.* Specialia quæ concurrerent sunt hæc, primum quod quis alterius delictum detegere teneatur, ad quod nemo regulariter tenetur, *Jas. in l. ut vim num. 32. ff. de justit. & jur. Decius in l. culpa caret, n. 8. & seq. ff. de regul. jur.* secundum quod non detegens, & sic delinquens in omittendo puniatur pœna ordinaria, cum regulariter delictum in omittendo mitius puniatur, ut supra dixi: tertium ut id locum habeat etiam non sequuto effectu contrà juris regulas ut supra.

43 Denique supradicta mitior opinio temperandæ pœnæ ordinariæ potest benignè, & probabiliter defendi, ubicumque non solum effectus tentati criminis sequutus non esset, sed & illud ad rei excusationem acce deret, quod antequam de scientia, & omissa revelatione inquireretur, licet sero, & post aliorum revelationem sive accusationem alterius
44 tractatum re integra revelaret; id suadetur ex recepta juris regula, quod licitum est purgare moram re integra nullo adhuc subsequuto ex mora detrimento, *Scacc. de judiciis, lib. 2. cap. 1. n. 102. Osasc. decis. 71. num. 55.* ubi loquitur etiam cum terminus ad aliquid agendum præfixus est, *Giurb. cons. crim. 32. num. 10. Magon. dec. Florent. 88. num. 9. & sequ.* ubi agit de pœna non revelantium bona rebellium, etsi in casu illius decisionis aliud sit decisum ob
45 verba banni ipso jure pœnam imponentis elapso termino non revelantibus absque alia declaratione, immo attentari non temere potest, quod dum in *§. final. dicta l. quisquis*, sancitur ut sero tractatum revelans non alias impunitatem consequatur, quam si antequam res ab aliis detegatur id faciat, hoc non est intelligendum nisi respectu illius, qui non solum tractatum scivit, sed etiam particeps fuerit, ut clarè habetur in *vers. si vero qui usus fuerit factione, &c.* quæ verba nonnisi ad participem, & consentientem referri possunt, ut ex vi verbi usus fuerit, colligitur: huic consentienti terminus revelationis præfigitur ad consequendam impunitatem; quod si quis sciverit tantum, & non in initio revelaverit, sed sero post aliorum propa-
46 lationem, casus hic in illo textu omissus est, nec licet arguere à mora delinquentis in omittendo, *Osasc. dec. 71. num. 38.* Ex his patet ni fallor, & satis ancipitem esse quæsiti resolutionem, nec dubio carere conclusionem illam à plerisque simpliciter, & indistinctè firmatam, nempe scientiam in crimine læsæ Majestatis, si omittatur revelatio, pœna ordinaria criminis læsæ Majestatis esse puniendam.

47 Consulo tamen ut si casus, quod absit, contingerit, sint ad revelationem tam immanis criminis proniores, quo, & Principis incolumitati, & propriæ saluti consulant, periculum alioquin incursuri severioris sententiæ, quam negare non possumus multorum patrum auctoritate firmari.

OBSERVATIO ORILIÆ.

SUMMARIUM.

1 *REus confessus in terminis, si deinde ratificet confessionem extra tormenta, uti confessus in pœnam condignam condemnatur.*

2 *Si verò neget asserendo metu tormentorum se confessum, non ex veritate, tunc cogetur in confessione perseverare, & tormentis iterum subjicietur.*

3 *Et si iterum fateatur, & deinde iterum neget, non torquebitur in infinitum, nec ultra tertiam vicem.*

4 *Examinatur Baldi dictum in l. 1. C. de confess. n. 8. & in suo cons. 264. lib. 3. volentis stari debere confessioni factæ in tormentis absque alia ratificatione si indiciis comprobetur, & n. 5. 9. 10. & 11.*

7 *Referuntur DD. qui pro d. opinione Baldi adducuntur.*

8 *Referuntur DD. opinionis contrariæ, qui Baldum reprobarunt.*

12 *Examinantur DD. qui referuntur pro opinione Baldi per Farin. qu. 83. n. 78. & n. 13. & 14.*

15 *Ratio quare confessioni Rei in tormentis postmodum non ratificatæ, stari non debeat.*

16 *Concluditur Baldi dictum, subsistere non posse pro pœna ordinaria.*

17 *Baldi opinio volentis confessionem in tortura extortam sine Indiciis, adhuc validam esse si ratificetur extra tormenta, reprobatur.*

18 *Confessus in tortura, & extra torturam ratificans, vel confessus sponte se scivisse tractatum, & conspirationem ab aliis factam contra personam Principis, vel ejus statum, non tamen eisdem consensisse, nec cum eis cooperasse, sed solum scivisse, & non revelasse; an puniri debeat pœna mortis, & confiscationis bonorum, & filii ejusdem, uti filii committentium crimen læsæ Majestatis tractandi sint ad intellectum text. in l. quisquis, §. id quod, C. ad l. Jul. Majest. latè tractatur, & num. seqq.*

19 *DD. in hac quæstione in diversam iverunt sententiam, nam alii voluerunt eodem pœna esse puniendos, qua ipsemet tractantes, & conspirantes, alii extraordinaria, & mitiori.*

Digitized by Google

20 *Opinio Farin. pro pœna ordinaria nisi cessaverit revelare ex eo, quod revelationem probare non posset, sed confutatur n.21.*

21 *Lex injungit scienti necessitatem revelandi, non necessitatem probandi.*

22 *Expenditur text. in l.2.ff.ad l.Pompeiam de Parricid.*

23 *Lex puniri jubet scientem conspirationem, & tractatum contra Principem, vel ejus statum, & non revelantem, quæ autem pœna, dubitatur.*

24 *DD. recensentur, qui volunt eum puniri pœna ordinaria mortis, & confiscationis bonorum, ut iidem conspirantes, & tractantes.*

25 *Fundamenta istius opinionis recensentur.*

26 *Referuntur DD. pro opinione contraria, & pro pœna extraordinaria, & indicatur cons. Bald. incipit quamquam, quod DD. dicunt non reperiri impressum.*

27 *Notantur DD. qui referuntur pro ista opinione, sed erronè.*

28 *Fundamenta hujus secundæ opinionis.*

29 *Responsio ad fundamenta primæ opinionis contrariæ, & explicatur text. in l. quisquis, §. id quod, C. ad l. Jul. Majest. & §. alia instit. de pub. Judic.*

30 *Verbum conscii, de quo in d.l. quisquis, §. id quod pro sciente, & consentiente accipiendum esse demonstratur, & n.33.*

31 *Responsio ad text. in l.1. §. occisorum, ff. ad Senat. Consult. Syllan.*

32 *Varietas opinionum recensetur.*

33 *Scientia, ubi de jure punitur, non sola inveniri debet, sed unita cum voluntate, & expenditur text. in l.1. §. scientia, ff. si familia furtum fecisse dicatur.*

34 *Pœna si mutetur per statutum post delictum commissum, Judex quomodo puniet delinquentem, an secundum pœnam, & legem, quæ vigebat de tempore delicti commissi, an secundum legem & pœnam, quæ viget de tempore condemnationis, & sententia proferenda ad intellectum text. in l.1. ff. de pœn.*

QUÆSTIO UNICA, MISCELLANEA.

VIdi continuò observari in criminalibus subselliis in Urbe, & extra Urbem, quod Reus confessus delictum in tormentis, ex ea confessione non damnatur, sed ponitur in secretis Carceribus, solus, vel cum aliquo fido custode, qui eum non consulat ad negandum delictum, & deinde die sequenti vocatur iterum
2 coram Judice, & interrogatur; An intendat ratificare ea, quæ die antecedenti fassus fuit, qui si responderit affirmativè, recipitur ab eo ratificatio confessionis, ex qua postea, uti confessus, in pœnam delicto condignam condemnabitur, si verò
3 negaverit, asserens dolore tormentorum, non ex veritate se confessum, tunc cogetur in confessione perseverare, tormento reiterato, ut observari referunt *Paris. de sindicat. verb. viso de repetit. sub n.1. fol.171. Cason. de Indic. quæst. & torment. cap.21. n.9. Gram. decis.22. n.1. & 2. Burg. de mod. proced. ex abrup. cap.100. n.11. & seq. Brunat. tract. de indic. & tortur. 2. par. qu.5. n.6. & qu.6. n.6. Blanc. de Indic. d. fin. n.119. ff. de quæst. Boer. decis.163. n.19. Boss. de tortur. n.43. Cartar. de iatrrog. reis [illegible] cap.1. num.157. Farin. qu.78. n.91. Guaz. def.3[illegible]35. n.1. & 7.* ubi quod est conclusio ab omnibus recepta *Bajard. q.64. n.142.*

3 Verum si reus denuò tortus iterum fateatur, & deinde extrà tormenta, iterum affirmet metu tormentorum, non ex veritate se fuisse confessum, non torquebitur in infinitum, & ultra tres vices, ut refert observari *Paris. cit. verb. viso de repetit. n.1.* sed usque ad tertiam vicem *Flam. Cartar. d. cap.1. lib.4. n.159. Bertaz. cons.345. n.9. Magon. decis. Lucen. 89. n.9. Farin. q.38. n.96. Guaz. def.30. cap.24. n.3. Burg. d. cap.100. n.16. & seq.*

4 Verum, quia *Baldus in l.1. C. de confessis n.8.* voluit, quod si indicia concurrant cum confessione habita in tormentis, stari debet tali confessioni, absque alia ratificatione, & *Bald.* videntur sequi DD. relat. per *Farinac. qu.83. n.78.* & istis temporibus hanc *Baldi* opinionem vidi de facto observatam, ideo opere pretium existimavi hujus *Baldi* dictum examinare, & considerare, nec non DD. quos eum sequi refert *Farin. cit. qu.83. n.78.* ut deinceps fundamentis in promptu repertis, valeat unusquisque cognoscere, an sequi tale exemplum, vel pœnitus destitui, & reprobari debeat.

Verba *Baldi in d.l. unic. nu.8. C. de confessis* hæc sunt.
5 *Si verò tormenta fuerint inflicta Reo, aut præcedentibus legitimis indiciis, & argumentis, & statur confessioni, præsertim si perseveret in confessione, aut non præcedunt alia indicia, vel argumenta, vel sunt ita levia, quod non faciant præsumptionem, & tunc non statur confessioni, nisi in ea perseveret, ut notat hic glos. & in d. §. Divus, & dicitur perseverare eo ipso, quod confessionem non revocet, ut subsequitur,* idem videtur affirmare *in l. fin. n.3. C. de probat.* ubi quod confessio in tormentis, non per se, sed perseverantia, vel fama, vel verisimilitudine facti, vel aliis adminiculis indubitabiliter indicat veritatem secundum *Nicol. de Matt.* & ideo subjungit nihil prodesse confitenti revocare confessionem, si contra se sunt aliqua indicia, quæ conjuncta cum confessione extorta inducunt indubitabiliter veritatem.

7 Pro hac sententia *Baldi* adducit *Farin. cit. q.83. n.78. Alberic. in l. capite quinto post n.23. ff. de adult.* arguendo ab ejus dictis à contrario sensu, quod indiciis præcedentibus, ratificatio non est necessaria, dum dixerat, quod confessioni in tormentis non perseveratæ, non statur, nisi legitima præcederent indicia, ergo (inquit *Farin.*) legitimis præcedentibus indiciis ratificatio non est necessaria, *Paris. de Put. in suo tract. de sindic. verb. tortura cap.1. n.3. in fin. vers. & dixit. Bald. & n.4. & in verb. tortus cap.1. n.25. vers. non prodest confitenti, & cap.7. num.3.* ubi quod verba *Salycet.* reprehendentis *Bald.* sunt nullius sapporis *pract. Mill. fol.105. n.34. & seq. fol.18. num.11. Casson. de torm. cap.21. rubr. de confes. ratific. n.8. & seq. Gram. decis.72. n.3. & seq. Carrer. pract. crim. 2. tract. de Indic. §. in text. ibi, formidine tormentorum n.18. Peller. pract. crim. verb. & si confitebuntur par.2. n.29. Gram. decis.34. n.60. Marsil. in l. repeti n.21. & 22. junctis n.30. ff. de quæst. alios licit Farin. referre per Muscar. de probat. lib.1. concl.353. n.25. & concl.350. n.4.*

8 Contrarium voluerunt omnes, incipiendo à *glos. in l.2. C. quorum appellat. non recipiant, verb. aliquid* usque ad ultimos DD. qui se opinioni glosæ subscripserunt, ut videre est apud *Farin. cit. quæst.83. n.67. & 79. & q.38. n.96.* quibus addo *Guaz. def.30. cap.35. n.1.2. & 3. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæst.100. ex n.11. Cavalc. de brach. reg. par.3. n.182. Pascal. de pat. pot. par.3. cap.3. n.46. Ginr. cons.58. n.26.* ubi quod confessio inducta per statutum contra tertio negantem extra tormenta, & in tormentis confessum est ficta, & non vera *Cabal. cas.81. per tot. Scyal. de quæst. & torm. cap.11. n.2. & Baldi* dictum reprobant specificè *Salyc. in d.l. fin. C. de confess. n.2.*

vers.

verſ. item ponit aliud exemplum Boſſ. tit. de confeſſ. per tortur. n.3. junctо n.5. ubi quod numquam vidit in practica eum ſervari per *Brun. de Indic. & tortur. par.2.qu.6.n.3.* ubi valdè miratur de *Baldo*, quod adeo inſipide loquutus fuerit contra morem ſuum, *Farin. cit.qu.83.n.79. per Cabal. cit.caſ.81. n.4.* ubi quod falſa eſt opinio *Bal.* & quod peſſime loquutus fuit *Clar. §.fin.qu.64. verſ.cæterum ſi reus Bajard.q.64.n.137.& Guaz.def.30.cap.35.n.7.*

Mirandum eſt verè de *Baldo* adducto ex adverſo pro iſta opinione, quod confeſſio extorta in tormentis, non indigeat ratificatione, ubi legitimis præcedentibus indiciis emanaverit, quod firmius videtur tenere in ſuo *conſ.364.lib.3.n.4* dum & ipſe idem in *l.in bonæ fidei, C.de jur. jur.* docuerit, quod confeſſio talis facit ſemiplenam probationem, in qua co-
9 gitur reus perſiſtere cum novis tormentis, & pro iſta opinione, quod denuo torqueri poſſit, ſi nolit in ea perſeverare, eum refert *Pariſ.de ſindic. verb. viſo de repetit.n.1. fol.mihi* 170. *& verb. de repetit. n.2. fol.*162. allegans *Innoc.in cap.per Inquiſitionem de elect.* & pro eadem opinione eum refert *Gram. deciſ.72.nu.2.* ibi, *& ideo niſi revocans probet contrarium compellitur perſeverare in confeſſione per*
10 *repetitionem tormentorum, ut dicit Bald. in l. in bonæ fidei 2.col.C.de reb.cred.qui ſubdit benefacere, quod dixit Innoc.in c.per Inquiſitionem de electione,* idem videtur confirmare in *l. ſi quis in hoc genus, C.de Epiſc.& Cleric.relat.per Put.de ſindic.verb.ſequitur quæſtio fol.*170.*à ter.n.3.* ubi quod ſola confeſſio ſpontanea, valeat in criminalibus ad condemnationem, & in *l.2.C.de cuſt.reor.* ubi quod debet ratificatio recipi coram teſtibus, & docuit idem *Balb.in tract.de quæſt.& torment.cap.2.n.2.& ſeq. & n.8.* immò pro originali authore hujus opinionis video eum relatum per *Farin. qu.*38.*n.*91. Mirandum eſt, quod *Bald.* voluerit poſtmodum talem confeſſionem ſufficere, nec indigere ratificatione, præſertim quia *Gram.deciſ.72.*in utroque loco eum allegans, refert reum illum confeſſum in tormentis coactum fuiſſe perſeverare, ut eum videre eſt ſub *n.2. ibi, & ſic denuo tortus in confeſſione perſeveravit, & per conſequens Bald.*non uti repugnantia dicentem allegat, ſed potius convenientia. Certè ſi non vidiſſem *Bald.in alleg.conſ.*364.*lib.*3. ubi non loquitur per illa verba ſtatur tali confeſſioni, præſertim ſi perſeveret reus in ea, ut in *d.l.unica, C.de confeſſ.n.*8.vel quæ non per ſe, ſed cum perſeverantia, fama, & verisimilitudine facti indubitanter indicant veritatem, ut in *d.l.fin.C.de probat.* exiſtimaſſem ex *Gram.loc.allegat.*quod voluiſſet denotare, & demonſtrare tali confeſſioni eſſe ſtandum, nec prodeſſe revocationem, quia niſi perſeveret in ea, cogi poſſet ad illi ſtandum per nova tormenta, ſed in *d.conſ.*364. diſtinguit clarè ſub *n.*4. ità dicendo, *quod aut præcedunt Indicia, & talis confeſſio valet, aut non præcedunt indicia, & non valet.* Valet, inquit *Bald.* tu ſupple, aut ad cogendum Reum per nova tormenta, ut eidem confeſſioni perſiſtat, & in hoc conveniunt omnes, nec mirandum eſſet de *Bald.* nec dignum comperimus communi reprehenſione, immo ei gratias reddere deberemus ex *Farin. cit. qu.*38. *n.*91. aut ad condemnandum in pœnam extraordinariam, quando legitima, & gravia indicia torturam præcedunt, ut ſupponit in *d. conſ.*264.& ſunt alii, qui eum ſequuntur, ut videre eſt *Carrer.in ſua prax.crim.ſub §.& in eo tex.formidine tormentorum n.*18. *Caſon. de torment. c.*21. *n.*9. ubi declarat non per confeſſionem immediatè, ſed uti convictum per ſigna mediante confeſſione *Marſil. in l.repeti n.21.22. & 30. ff.de quæſt.* & ita videtur idem *Bald.* concludere, & ſe declarare *d. conſ.*364. *ſub n.6. verſ.ſolutio,* ubi pœnam, & condemnationem in illo caſu remittit arbitrio Regis, conſulens eſſe mitigandam pœnam, & ſententiam, ubi Judex procedit ex præſumptione, & videtur confirmari ex dictis per eum in *l.fin. C. de probat.* ubi quod illa indicia, quæ à lege non ſunt prolata, ſed Judici religionis remiſſa, tunc ſimul collecta inducunt indubitatam veritatem, ponens exemplum in confeſſionibus extortis per tormenta, ita eum refert *Pariſ.de ſindic.verb.tortura fol.*157.*n.*4. & taliter intellectus convenit cum dictis per eum in *d.l.in bonæ fidei, C.de jur. jur.* ubi talem confeſſionem facere ſemiplenam probationem concludit, & ita cum effectu eum intelligit *Salyc.in d.l.final. C.de confeſſ.* dicens tamen, quod illud indicium ex confeſſione reſultans, non eſt indubitatum, aut ad
12 finem condemnandi in pœnam ordinariam, & nec *Bald.* hoc affirmaſſe dici poteſt, nec aliquis Doctor ex ſequacibus allegatis per *Farin. cit.q.*87.*n.*78. id
13 auſus fuit confirmare, *Alberic.* enim dicit ſolum, quod confeſſioni in tormentis non perſeveratæ, non ſtatur, niſi legitima præcedant indicia, ex quo dicto non ſequitur illatio deducta per *Farin.* cum ſecurius dicatur, ergo legitimis non præcedentibus indiciis, nec confeſſioni perſeveratæ ſtatur, quod eſt veriſſimum ex *Guaz.def.*30.*cap.*39. vel ſtatur, ut arguit *Farin.*à contrario ſenſu ad finem, ut negans cogatur in ea per torturam perſiſtere non ut ex ea in pœnam ordinariam condemnetur *Pariſ. loco per eum allegato*, licet dicat verba *Salyc.* eſſe nullius ſaporis, non per hoc ſequitur *Bald.* immo refert
14 ſemper obſervaſſe contrarium, nempe à reo confeſſo per tormenta recipere ratificationem, ut eum videre eſt in omnibus locis citatis per *Farin. cit. num.*78. & in ſpecie citato verbo *ſequitur quæſtio num.*11. *ibi, Bald.autem in l.ſi quis hoc genus, C.de Epiſc.& Cleric.dixit, quod ſola confeſſio, &c.& verſ. & ideo dicit Bald.in l.2.ff.de cuſtod.reor.& verb.viſo de repetit. n.*1. ubi quod ita obſervavit, & *Mill. fol.*105.*num.*34. nec minus poſuit talem concluſionem, licet referat *Bald.loco ſupra alleg.Caſon.de torment.cap.*21.*rubr.de confeſſ.n.*9. loquitur in confeſſione verificata per ſigna ex qua dicit poſſe Judicem tertiò negantem condemnare, non uti confeſſum, ſed uti convictum per ſigna mediante confeſſione, nec dicit in quam pœnam *Gram deciſ.*72. refert caſum de confeſſo in tortura, qui negans, fuit coactus per novam torturam in confeſſione perſeverare ibi, *& ſic denuo tortus in confeſſione perſeveravit, ut num.*2. Unde miror quare *Gram.*pro confirmatione opinionis *Baldi* per *Farin. adducatur*, *Carer.pract.crim.2.tract.de indicio, §.in tex.*ibi, *formidine tormentorum,* dicit, quod confeſſio emanata in tortura præcedentibus indiciis indubitatis, prout fideliter eum refert *Farin.* non poteſt revocari, ut *n.*18. ibi, *limita eam quando præceſſiſſent indicia indubitata, &c.* dicit quod non poteſt revocari per confeſſum, non dicit ad quam pœnam pervenire poſſit condemnatio, cum tamen nota ſit concluſio, quod indicia indubitata, aut ad pœnam ordinariam valent, prout volunt plures relati per *Farin.q.*86.*n.*114. aut ad pœnam extraordinariam, prout volunt alii communiter, & in praxi eſt opinio magis ſervata ex eod. *Farin.cit.q.*85.*n.*110.111. *&* 113. *Gram. deciſ.*34.*n.*60. nec minus dicit confeſſionem in tortura habitam, non indigere ratificatione quinimo in caſu ſuo refert tortum, & ita confeſſum, extra torturam confeſſionem ratificaſſe, ut videre eſt *num.*54.55.*&* 59. licet etiam ad confirmationem adducat verba *Bald. in d. l. fin. C. de*

Digitized by Google

probat. ibi: *nec omittenda sunt formalia verba Baldi, &c. Foller. verb. & si confitebuntur par. 2. n. 29.* loquitur de confessione habita in tormentis, præcedente confessione extrajudiciali, quam sufficere pro ratificatione credunt iidem DD. & alii relati per *Farin. q. 83. n. 80.* Verum istorum opinio etiam est reprobata, ut videre est eundem *Farin. cit. q. 83. n. 81. & conf. 20. n. 6. vers. nihilominus, & Adden. ad eundem conf. 19. lit. B. Cabal. cas. 81. n. 6. & seq. Guaz. def. 30. cap. 35. n. 6. vers. quæ opinio, Marsil. in l. repeti num. 21. 22. & 30. ff. de quæst.* loquitur pariter de indiciis indubitatis præcedentibus torturam ad finem imponendi pœnam extraordinariam, & *Mascard. concl. 353. n. 25. adducit solum Bald. & Salyc. & conclus. 350. num. 4. alios allegat pro conclusione Foller.* ut non sit necessaria ratificatio, quando scilicet præcedit confessio extra Judicialis, & hic videmus clarè, quod *Bald.* non dicit valere talem confessionem ad finem condemnandi in pœnam ordinariam, & si in talem sensum ejus dictum esset accipiendum, cum eodem nullum alium convenire, satis ex supra deductis compertum esset.

Et ratio est expressa in *l. 1. §. quæstioni, ff. de quæst.* ubi
15 confessio rei facta in tormentis non habetur pro explorato facinore, & ideo debet ratificari extra tormenta, post aliquod temporis intervallum, alias quicquid sequitur non valet ipso jure secundum *Bart. in tract. de quæst. cap. 2. Angel. in l. 4. ff. de custod. reor. & in eadem l. 1. §. si quis ultro, ff. de quæst. Paris. de Put. tract. de sindic. verb. viso de repet. n. 2. fol. mihi* 170. cum experientia docet torturam fragilem, & periculosam rem esse, & magis periculosum ejus experimentum cum alii tanta sint impatientia, ut in quovis mentiri potius, quam pati tormenta velint, *ut in dict. §. quæstioni*, & dixit *Jodoc. in pract. crim. cap. 39. rubr. de confess. rei in torturam num. 4.* Sæpè numero compertos fuisse reos ex intolerabili cruciatu torturæ audacter confiteri ea, quæ nunquam cogitarunt committere, & *Clar. §. fin. qu. 64. vers. ult.* refert propter tormentorum sævitiam tempore suo aliquos vidisse confessos, & condemnatos, qui tamen post plures annos reperti fuerunt innocentes, idem dicit *Paris. verb. viso de repetit. n. 1.* & ex pluribus aliis comprobat *Farin. cit. qu. 83. n. 68. & Guaz. def. 30. cap. 2. n. 2. & cap. 35. n. 2. vers. & fuit inductum.*

Et ita concludi potest opinionem *Baldi* non esse se-
16 quendam, tum quia dubius est ejus opinionis intellectus, ut diximus, tum quia admissus pro pœna ordinaria, ab omnibus reprobatur, nullum habet sequacem, & in praxi talis opinio nullibi reperitur admissa.

17 Et securius, quia idem *Bald.* tam in *d. l. unic.* quam in suo *conf. 364. lib. 3.* supponit confessionem in tortura extortam legitimis indiciis non præcedentibus, adhuc validam esse; si ratificetur extra tormenta, quod est magis reprobatum, ut videre est *Marsil. conf. 8. n. 13. conf. 12. num. 29. conf. 15. n. 2. conf. 20. num. 2. conf. 29. n. 28. conf. 45. n. 1. conf. 18. n. 19. conf. 23. n. 8. conf. 64. n. 52. Angel. de malef. verb. fama publica n. 3. Gonz. Augustin.* latissimè referens etiam in facto sic obtentatum *Guid. de Suzzar. de indic. & tortur. n. 69. Jas. conf. 188. lib. 2. Jul. Clar. §. fin. qu. 55. n. 13. Bertaz. conf. 8. num. 48. & 52. lib. 3. Bursat. conf. 201. n. 21. lib. 2. Farin. conf. 19. n. 2. & ibi Addit. lit. E. pag. 110. & qu. 83. n. 21. Mascard. de probat. conclus. 353. n. 7. Anton. Gomez. de delict. cap. 13. nu. 25. Gratian. conf. 27. num. 7. vers. & quomodocumq.* etiamsi [illegible] validatur post plures dies *Bursat. d. cons. 261. Mascard. d. 55. n. 31. & 32. Farin. d. n. 15. n. 15. lib. 2. Carl. Tab. lit. 4. idem Marsil.* [illegible]

Monticel. reg. crim. 18. n. 22. Adeout remedium non sit legitimum, reum taliter confessum amplius puniendi, nisi dimisso prius in ejus pristinam libertatem, & deinde novo inchoato processu, quod est tutius, & verius, vel saltem mutato Judice, & iterum reo examinato coram eo, ac legitime interrogato, ut latè videre est *Farin. cit. qu. 83. n. 13. & seq. et Guaz. def. 30. cap. 39. n. 1. 2. & seq. & def. 32. cap. 31. n. 1. & per tot.* & præsertim *n. 7. &* 14. licèt id obtinere coram eodem Judice, qui confessionem extorsit esset valdè difficile, cum semper supponeret, & vellet persistere, quod indicia sufficientia pro tortura præcedebant, & evenit, quod dixit *Paris. in suo tract. de sindicat. verb. tortura fol. 161. n. 3. quod plerumq; Judex torquet accusatum, ne tum innocentem occidat, & deinde tortum, & innocentem morti tradit per ignorantiam, subjungens ideo periculosum esse inventibus Judicibus, aut inanis gloriæ cupidis, aut eorum crudelitatem pretio distrahentibus potestatis arbitria frena laxare.*

18 Sed pone, quod Reus imputatus de crimine læsæ Majestatis fateatur in tortura, & ratificet postea legitimis indiciis precedentibus, vel sponte sine tortura delictum, & crimen læsæ Majestatis verum, quod nullo modo eidem fuerit cooperatus, sed tantum quod sciverit tractatum, & conjurationem ab aliis factam, [illegible] non revelavit, adeout simus in quæstione unica proposita hic per Authorem post resolutiones [illegible] scilicet pœna ejusdem delicti puniri debeat taliter delinquens, & delictum confessus, an vero pœna extraordinaria, ad intellectum *text. in l. quisquis §. id quod C. ad l. Jul. Majest.*

Hanc quæstionem plenè tractat *Farin. qu. 51. n. 69.*
19 *& seq.* ubi recitata DD. opinione, qui satis in hac re dissentire, & repugnare comperiuntur cum alii voluerint eadem pœna scientes, & non revelantes esse plectendos, ut eos videre est *num. 69.* quorum videtur antesignanus *Bart. in l. utrum num. 3. ff. ad l. Pomp. de parricid.* alii per contrarium, quod eadem pœna teneri non debeant, sed relegationis, vel extraordinaria ex *text. in l. metrodorum, ff. de pœn. & l. 2. ff. ad l. Pomp. de parricid.* ubi idem statuitur de filio, qui cognoverat, necem Patris ordinatam, nec Patri indicaverat, & adeo contra *Bart.* insurgunt, ut ejus animam ex hoc dicto cruciari in inferno affirmaverint, & ita illius opinionis sequaces, ut eos videre est penes eundem *Farinac. loc. cit. n. 70.* inter quos ipse exurgens medius opinionem *Bartoli* adeo firmam cognoscit, ut nullam valeat circa eam invenire difficultatem, ut legitur *n. 71.* ibi, *& apud me nullam habet difficultatem*, quam tamen post ea temperat, & locum haberet ait in eo,
20 qui sciens tractatum contra Principem probare potest, tunc enim inquit *Farin.* non revelando, eadem pœna tenetur secus si tractatum probare non posset, ut *n. 74. & 75.* & deinde subjungit *n. 74.* secundum suam naturalem, & juribus conformem rationem, quod si sciens tractatum illud poterat post revelationem probare, & tunc si sequitur effectus, utique ex eo quod non revelavit, pœna mortis, & confiscationis bonorum tenebitur, ac si crimen læsæ Majestatis commisisset, & ita procedere ait opinionem DD. relatorum sub *n. 72.* secus credens, si effectus non fuit sequutus, quia tunc ob felicem eventum putat esse indulgendum aliquantulum scienti, & non revelanti, certe ista opinio *Farin.* quicquid sapiat æqui, vel boni in jure non videtur sundari.

21 Nam aut volumus dicere, quod in isto crimine [illegible] sciens teneatur revelare, ut pro certo existimatur [illegible] aliquis quod revelans ex necessitate,

sub-

ſubjici debeat torturæ, ſi non probet revelationem, & ob iſtum timorem à revelatione excuſatur ſciens, hoc eſset irrationabile, nec de jure cenſeri debet ordinatum, tum quia ob timorem torturę à revelando everteret ſcientem, tum quia lex ſuccurrit potius ei, quem ponit in neceſſitate, ut in *l. Divus* 6. *ff. de cuſtod. reor. l. fidejuſſor §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatis dare cogantur*, & in caſu noſtro præmio potius, quam metu pœnæ ad revelandum ſcientes allicit, ut in *d. l. quiſquis, §. ſanè, C. ad l. Jul. Majeſtat. in c. ſi quis Papa* 76. *diſtint. & in l. ult. C. de falſ. monet. circa finem*, & ideò *Caravit. ſuper Rit. Mag. Curiæ Vicariæ n.* 4. dicit hanc rationem impoſſibilitatis probandi, non eſſe in conſideratione reſpectu ejus, qui revelare tenetur, ſed poſſe conſiderari reſpectu accuſatoris de quo loquitur *rex in l. 3. C. ad l. Jul. Majeſt.* cum relevanti ex neceſſitate juris ſufficiat, facere quantum in ſe eſt, & in ſui poteſtate habetur, idem voluit *Gomez. de delict. rubr. de homicid. n.* 4. dicens in hoc firmiter reſidere, & idem in effectu voluit *Bart. in d. l. utrum n.* 3. *ff. ad l. Pomp. de parricid.* & ſequitur *Plaz. in epit. delict. cap.* 22. *n.* 17. & *Capyc. Latr. conſult. n.* 107. *idem Farin. conſ.* 106. *n.* 2. & confirmatur, quia neceſſitas revelandi non tantum inducta eſt ad finem caſtigandi, & puniendi Machinatorem, & conſpiratorem, quantum ad finem detegendi machinationem, & tractatum, cui occurri poſſit, ut advertit *Clar. qu.* 87. *n.* 2. & ſi ad utrumque finem dicimus inductam nō ex eo, quod unus finis non habetur ex revelatione improbabili, ceſſare debet alter magis præjudicialis, & pernicioſus obviandi, & occurrendi tentatæ factioni, & conſpirationi, quæ poteſt ſuccedere etiam revelationem judiciali non probata.

Concluditur ergo magis verè, quod neceſſitas revelandi impoſita per legem ei, qui revelare tenetur, non admittit hanc excuſationem, ut non teneatur revelare, ſi probare non poteſt, quia adhuc revelare tenetur, & ſufficit facere id, quod in ſui habet poteſtate ſine metu torturæ.

Aut volumus dicere, quod lex non cogit ſcientem ad revelandum ſolum, ſed ad probandum, juxta diſpoſitionem *text. in l. Indicas ſe furem, ff. de verb. ſignif. & ibi gloſ. Alex. conſ.* 205. *n.* 4. *& ſeq. lib.* 6. *Maſcard. de probat. concl.* 733. *lib.* 2. *n.* 12. *& ſeq. Guaz. def.* 17. *cap.* 3. *n.* 5. & tunc impoſſibilitas probandi excuſationem induceret ex rationibus adductis per *Bald. in ſuo conſ. incipit quamquam, & alios DD. relatos per Farin. cit. qu.* 51. *n.* 75. *per Gabr. com. concl. lib.* 7. *de malef. concluſ. ult. n.* 2. *per Roland. conſ.* 88. *n.* 10. *& ſeq. lib.* 2. *& per Marſil. in l. utrum n.* 2. *ff. ad l. Pompejam de parricid.* ſed lex non videtur requirere probationem Judicialem, immo nec revelationem Judicialem, ſed extrajudicialem, quæ excludat conſenſum, & ex qua ille, cui machinatur, certioratus de machinatione periculum poſſit evadere, ut probatur in eadem *l.* 2. *ff. de parricid.* ubi de revelatione Patri non facta loquitur, non de revelatione Judiciali, ibi, *qui patri non indicaverat, &c. Farin. d. conſ.* 106. *n.* 2. & latius dicetur inferius.

Propterea magis clarè in hac materia procedendo dicas primum, quod ſciens conjurationem, & tractatum, ſeu machinationem contra Principem, vel ejus ſtatum, revelare tenetur, & ſi non revelet, punitur *l. metrodorum, ff. de pœn. l. quiſquis, §. id quod C. ad l. Jul. Majeſt. l.* 2. *& l. utrum, ff. ad l. Pomp. de parricid. §. alia inſtit. de pub. Judic. l. lege Cornel. ff. de falſis, l. ſi quis fortè, ff. de pœn.* ibi, *& magis puniri debet, &c. l. raptores, §. cæterum, & l. unica eodem verſ. C. de rapt. Virg. l.* 1. *§. occiſorem, ff. ad Senat. Conſult. Syllan. Gomez. tit. de delict. rubr. de homicid. n.* 4. *Clar. Decian. Marſ. & alii relati per Farin. cit. q.* 51. *n.* 69. *& ſeq. Gaill. obſerv.* 40. *n.* 1. *cent.* 5. *Capyc. Latr. conſult.* 6. *n.* 105. 106. *&* 107. *Author in ſua qu. unic. n.* 1. *& ſeq.*

24 Qua autem pœna teneatur talis ſciens, & non revelans, dubia eſt dd. opinio *Bart. in d. l. utrum n.* 3. *ff. de parricid.* voluit teneri eadem pœna, ac ipſe tractans, & operator, & idem voluit *Salyc. in l. quiſquis §. id quod n.* 16. *&* 19. *C. ad l. Jul. Majeſt. Jaſ. in l. ut vim n.* 32. *ff. de juſt. & jur. Marſil. in ſuo ſing.* 164. *Socc. jun. conſ.* 105. *n.* 43. *lib.* 3. *Mart. Lauden. de crim. læſæ Majeſt. q.* 13. *Abb. in c.* 1. *col. pen. de reſtit. ſpoliat. Claud. Seyſell. in l. qui accuſare in princ. C. de edend. & in l. ut vim, ff. de juſt. & jur. col. antepen. verſ. iſtis enim*, ubi quod non revelans, præſumitur dolosè facere, ex doctr. *Abb. in c. cum in officii de penit. & remiſſ. Caravit. d. rit.* 4. *n.* 4. *Gomez. de homic. n.* 4. *rubr. de delict. Plaz. in epit. delictor. cap.* 22. *n.* 17. *Angel. de malef. verb. che hai tradito la tua Patria n.* 10. *&* 11. *& ibi Auguſt. verb. tu autem in hac materia Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 15. *Brun. conſ.* 28. *n.* 7. *Capyc. deciſ.* 130. *n.* 67. *Boſſ. de crim. læſæ Majeſt. n.* 47. *Gabr. lib.* 7. *concluſ. ult. n.* 1. *&* 2. *Clar. §. fin q.* 87. *n.* 2. *Gaill. obſer.* 40. *n.* 1. *cent.* 5. *Th r. compend. deciſ. par.* 3. *ſect.* 3. *ver. ſcieus tractatum Capyc. Latr. conſult.* 6. *n.* 109.

25 Et moventur DD. prædicti *ex d. l. quiſquis §. id quod C. ad l. Jul. Majeſt.* ibi, *id quod de prædictis eorumque filiis cavimus, etiam de ſatellitibus, ſciis, ac miniſtris filiiſque eorum ſimili ſeveritate cenſemus*, accipientes verbum illud, ſciis, pro ſcientibus, & ſic uti certum ſpeciem ſeparatam à ſatellitibus, & Miniſtris, ut explicat *Oſaſch. deciſ* 80. *n.* 4. & dicit *Farin. cit. n.* 71. eſſe veriſſimum, nec habere difficultatem, & ante eos voluit *Bart. in d. l. utrum ff. ad l. Pomp. de parricid. n.* 3. *&* 4. ponderans *text. in §. alia inſtit. de pub. jud. contra gloſ. in d. l. utrum*, quæ accipiebat conſcium pro participe, cum in *d. §. alia* puniatur occiſores parentum ij, qui dolo malo fecerunt, ut parricidium ſuccederet, & conſcii ejuſdem criminis, concludens propterea conſcios inibi accipi non poſſe pro participantibus, quia, ii inquit *Bart.* erant comprehenſi in illis verbis, *qui dolo malo fecerunt*, & ſic debere accipi uti ſpeciem ſeparatam à Conſociis, & participantibus, & ideo quemadmodum Conſocii de nece committenda cōtra Parentes, etiam extranei eadem ſeveritate, ac ipſi occiſores Parentum, tenentur ut in *d. l. utrum, & §. alia* eodem modo, & fortiis conſcii de Conſpiratore contra Principem, vel ejus ſtatum; Adducunt etiam *text. in l.* 1. *§. occiſorum, ff. ad Syllan.* ubi ſervus non revelans, & non ſuccurrens Domino, ſaltem voce clamando contra illius aggreſſores, pœna mortis punitur; ergo à fortiori Vaſſallus, & ſubditus non ſuccurrens, & non revelans, quia de graviori agitur præjudicio.

Contrariam ſententiam, quod pœna extraordinaria

26 puniendus ſit talis ſciens, & non revelans, non ordinaria ex *l. metrodorum, ff. de pœn. & l.* 2. *ff. ad l. Pomp. de parric.* voluerunt *Bal. in quodam ſuo conſ. incipit quamquam* quod, & ſi non reperiri impreſſum referat *Felin. & alii relat. per Farin. cit. q.* 51. *n.* 70. ſi legere illud, & videre cupis, videas, *Marc. Ant. Nat. in ſuo conſ.* 629. *poſt n.* 2. quia ubi de verbo ad verbum illud regiſtravit, ubi adeo pergit contra *Bart.* ut ejus animam ſepultam in inferno afferat propter iſtam opinionem, & ita ejus opinionis ſequaces *Felin. in c. qui alios n.* 2. & plenius in *c. quanto ſub n.* 4. *de ſent. excomm.* dicens etiam quod opinio *Bart.* non ſervatur in practica, allegans con-

tra

tra *Bart.Salycet.in l.unic.C.de rapt.Virg.* quem tamen non inveni, nec certè inibi hoc dicit, licet eum alleget etiam *Roland.conſ.*88. *lib.*2. *& Farin. q.*51.*n.*70.ſed immo *Salyc.*allegatur in contrarium cum veritate per omnes, dicit ſolum *Salycet. in d. l.unic.ſub n.*24.quod non ita debet puniri, cum auxilio præbens cauſam delicto, ac ille, qui auxiliatur, ſed non cauſam præbet, qui cum auxilio præbent cauſam, gravius puniri debent, & ſi alii aliter ſentiunt occidunt animas eorum,hoc tamen dicit regulariter, & generaliter *Salycet.* quod non repugnat limitationi poſitæ per *Bart. in d. l. utrum n.*3.& per eum in *d.l.quiſquis §.id quod*, ſed ubi de conſciis facit mentionem referens ſe ad ejus dicta in *d.l.quiſquis §.id quod*, ut eum videre eſt *n.*13.reprobat etiam opinionem *Bart. Anan. in c. ſicut dignum col.*6.*de homicid. Roman. ſingul.*787. *Bero. in c.*1.*n.*70. *de offic.deleg. Cagnol.in l.culpa caret n.*10. *& ſeq. ff.de reg.jur. Oſaſc. deciſ.*80.*n.*4.*& ſeq. gloſ.in cap.conſtit.ſeu cap.Regni nuper.apud Tranum verb. celaver int Corrad. in ſua pract. rub. de conſcio n.*5. *limit.*8. *& in tit.de parricid.n.*9. *&* 10. *Natt.conſ.* 195.*n.*12.*in fin.& conſ.*197.*num.*4.*Honded.conſ.*96. *n.*26.*lib.*2.*Hieron.Cuccalon.in addit.ad Ang.de malef.verbo, che hai tradito poſt n.*11.*lit.C. verſ.ſi talis*

27 *ſcientia Hypp.in l.utrum, & ibi Alex.poſt Bart.Salycet.& Felin. ff.ad l.Pomp.de parricid.idem Anan. in rubr. de patribus, qui filios diſtraxerunt*, relati per *Plaz. in epitom. delict.cap.*28.*n.*30. ubi dicit ad id eſſe *text.* præſtantiſſimum in *c.ſi quis Papa* 76. *diſt.* ubi revelanti machinationem contra Papam pretium conceditur, verum *Hipp.Alex. & alii allegat.per Plaz.* faciunt pro opinione illorum, qui tenent non cogi ad revelandum eos, qui revelationem probare non poſſunt, cæterum *Hypp. in d. l. utrum* ſequitur opinionem *Bart.*ut eum videre eſt ſub *n.*6.*&* 7. *Carrer.pract.crim.*3.*tract. de homicid. & aſſaſſin. §.nono quæro n.*8. *verſ.ut tamen mitiori pœna Alciat.in l.facere, ff.de verb.ſignif.& in l.bona fides n.*20 *ff.depoſiti,& in l.*4 *§.Cato, ff.de verb.oblig. Igneus in l.fideicomm.n.*35.*& poſt n.*47.*ff ad Syllan. Reſtaur.de Imperat.qu.*118.*n.*6. *Emon. Suar. in ſuo rheſ.recept.opin.lit.M.n.*8. allegatur etiam *Angel.in l.*2.*ff.de parricid.* ubi reprobat pœnam mortis inflictam contra illos Cives, qui non revelarunt tractatum contra propriam Civitatem cum de tractatu non eſſent participes, licet ſecus credat ſi tractatus fieret contra Papam, vel alium Principem, allegatur etiam *Roland.conſ.*88. *ex n.*10. *lib.*2. ſed etiam *Roland.* reſidere videtur in limitatione, ut probare non valens, revelare non teneatur *Gigaſ. de crim.læſæ Majeſt. lib.*2. *rubr. qui accuſ.non poſſ. q.*20.*n.*2.*& lib.*3.*rubr.fin.q.*2.*n.*6. *Menoch.dearbitr. caſ.caſ.*355.*n.*13.*& ſeq.Auth.hic in ſua q unic.n.*10.

28 Et moventur iſti DD.*ex l.metrodorum ff.de pœn.* ubi pœna relegationis imponitur non revelanti rebellem, verum quia hodie relegatio non eſt in uſu, pœna eſt arbitraria, *Gigas d.quæſt.*20.*num.*2.*Farin. & alii ab eo relati quæſt.*51.*num.*73. & reſpondent ad *tex.in d.l.quiſquis, §.id quod ff.ad l.Jul.Majeſt.*ut ſcilicet illud verbum, ſciis, ſeu conſciis, intelligi debeat de conſciis, ſcilicet conſociis ejuſdem criminis juxta explicationem *gloſ. in d.l.utrum verb. conſciis*. Et licet huic interpretationi videatur re-

29 pugnare declaratio *Oſaſch. deciſ.*80.*nu.*4. ubi quod illud verbum, conſciis, ponitur uti quid ſeparatum à verbo ſatellitibus, ac Miniſtris, quod etiam voluit *Bart.in d.l.utrum num.* 3.*per tex.in §.alia inſtit.de publ.judic.* ubi etiam illud verbum,conſciis, ponitur ut ſeparatum ab occiſore Parentis, & ab eis, qui dolo malo fecerant, ut parricidium ſequeretur, & ideo non poſſit intelligi de conſcio, & participe, quia particeps erat jam explicatus, ſed de conſcio ſimpliciter, ut cum eodem *Bartolo in d. l.utrum* advertimus ſupra, quod adeo placet *Far. cit. num.*71. ut nullam ſentiat dubitandi rationem. Attamen duplici reſponſione videtur objectio *Bartoli, & Oſaſchi* removeri poſſe.

Primò, ut participes intellecti, & comprehenſi ſub illo verbo, conſcii, ad intellectum *gloſæ in d. leg. utrum*, accipiantur pro qualibet ſpecie participationis, ut ſcilicet quoquo modo particeps parricidii committendi, ſeu conjurationis, ac conſpirationis contra Principem, eadem ſeveritate cenſeatur puniendus, ac ipſimet principales conſpirantes, ad tradita per eundem *Bart. in l.* 1. *C. ſi rector Provinciæ*, ubi quod pluribus modis quid dicitur de delicto participare, *Jul.Clar.§.fin.quæſt.* 90.*n.*2.3. 4.*& per tot.quæſt.Blanc.in repet.l.fin.de quæſt.num.* 166.*&* 167. *Giurb. conſ.*7. *num.* 71. ubi quod particeps etiam dicitur, qui delicto conſentit, & de tali participatione intellexerit, *gloſ. in d. l. utrum*, dum conſcium pro participe explicavit, ut dicetur inferius, quo caſu non repugnat, ut Satellites, ac Miniſtri declarentur expreſsè, licet in illa generalitate comprehenſi, cum ſpecies ſit participationis operatio Miniſtrorum, ac Satellitum, non apta comprehendere omnes participationis ſpecies immo nec facile erat credendum ſub nomine conſcii, accepto pro participe in genere, comprehendi etiam Satellites, ac Miniſtros, quorum favore ſpecialis ratio ſuadet, vel non comprehendi ex *Bald.in ſuo conſ.*401. *in fin.lib.*1. ubi quod generalis diſpoſitio pœnalis non comprehendit eos,quorum favore ſpecialis concurrit ratio permiſſiva, & *Bonacoſ.quæſt.crim.verb.pœna col.*3. *verſ.ſtatutum, quod prohibet*, cum Satellitibus, ac Miniſtris neceſſaria ſit obedientia, quæ vel à toto, vel ſaltem à quanto excuſat delinquentem ex *l.liber homo* 37. ib, *ſi modo jus imperandi adfuit ff.ad l.Aquil.Rub. de valid.leg.cap.*12.*num.*91. plenè *Farin.qu.*97. *per tot.* & præcipuè *num.* 9. & ſucceſſivè non expreſsè ſpecificata *in d. §. id quod de prædictis*, importare poterat talem difficultatem,& talem excuſationem Miniſtris, & Satellitibus taliter delinquentibus, quod voluit evitare Imperator, ſpecificè nominando, & declarando, ut ſub eadem ſeveritate cenſeri debeant, & idem dicitur *d.§.alia inſtit.de pub. judic.* ubi licet particeps etiam dicatur parricidii is, qui dolo malo fecit, ut parricidium committeretur, attamen non omnes participationis ſpecies in illa dici poterant comprehenſæ, cum non in omni participationis ſpecie eadem concurreret, & militaret ratio ejuſdem exercendæ ſeveritatis ex *Blanc.Clar.Giurb.& aliis ſupr. alleg.Giurb.d.conſ.*7. *num.* 14. ideo neceſſarium fuit, & juri conſentaneum, parricidam declarare, & pœna parricidii allegare nedum illum, qui parentem occidit, & qui parentem occidi doloſè ordinat, vel machinatur, licet extraneus eſſet, ſed etiam eos, qui aliter ejuſdem delicti ſunt participes ex illo verbo, conſcios, & ideo acceptum illud verbum, conſcios, pro tertia ſpecie ſeparata à Satellitibus, ac Miniſtris in *d.§.id quod, & in dicto §. alia*, ab eo qui occidit, & occidi ordinat, ſeu machinantur æquè convenit litteræ, textus non repugnat, immo rationabilis, & conveniens fuit expreſſio Satellitum,ac Miniſtrorum, ne generalitas illius verbi, conſcii, cauſaret difficultatem, an talem ſpeciem participationis comprehenderet ex rationibus adductis per *Farin.d.quæſt.*97.*num.*9. *Rub.Bal.& Bonacoſ.locis ſup.alleg.*

Secun-

Digitized by Google

Secundò illud verbum, Sciis, ac Miniſtris, intelligendo, & accipiendo non ubi tertiam ſpeciem diverſam, ſed uti qualitatem unitam cum miniſterio, ibi, *Satellitibus, Sciis, ac Miniſtris*, nulla interjecta, vel interpoſita linea inter Scium, ac Miniſtrum, ut denotaret qualitatem ſcientiæ neceſſariam eſſe in miniſterio ad incurrendam talem ſeveritatem, ne alias Miniſter inſcius obediendo, ſeveritatem illius legis incurreret, duplici commiſeratione dignus, ex ignorantia ſcilicet, & obedientiæ neceſſitate, prout ita declarant & verba illa, ſciis, & miniſtris, intelligunt *Hyeron. Cucull. in addit. ad Ang. verb. che bai tradito poſt num. 11. verſ. ſi talis ſcientia, Alciat. in l. facere num. 7. de verb. ſignif. & in l. 4. §. Cato num. 19. de verb. obligat. Menoc. de arbitr. caſ. 355. num. 14. Afflict. in cap. 1. §. præterea in uſibus feudorum num. 8. Capol. conſ. 3. lib. 6. relat. à Menoch. d. num. 14. Author d. quæſt. unic. n. 23. & ante eos Nerius de Bulſen. in ſuo conſ. incipit in nomine Chriſti &c. viſo puncto prædicto, regiſtrato per Natt. poſt ſuum conſ. 629. num. 19.* ibi, *nec obſtat ſi dicatur, quod debeant puniri pœna capitali, quia ſcierunt, & non revelarunt, ut l. quiſquis §. id quod C. ad l. Jul. Majeſt. quia ibi verum conſciis exponi debet, ut ibi no. Doc. conſcii, & Miniſtri, hoc eſt ut procedatur per illos, qui ſciunt, ad aliquem actum facti, ut ad perhibendum conſenſum, juramentum ſcribendum, ac aliter operam dandum &c. facit text. in l. 2. ff. ad l. Jul. majeſt.* ibi, quive ſciens *falſum conſcripſit, vel recitavit in tabulis, & in l. 1. C. de falſ. moneta, ibi, facti conſcios illicito per tormenta proditori*, quod nonniſi de conſociis intelligi poteſt, & comprobat *tex. in l. unic. C. de rapt. Virg. verſ. cæteros, ibi, conſcii, ac miniſtri, & in l. raptores C. de Epiſcop. & Cleric. ſub eodem verb. cæteros*; Adſunt enim in iſtis juribus eadem verba conſciis, ac miniſtris, & tamen à DD. non contenditur inibi verbum conſciis pro conſociis, ac particibus accipi debere, ut videre eſt *Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 6. num. 2. in fin.* & iterum *cap. 10. per tot.* & allos per *Farin. quæſt. 145. num. 34.* & per eundem *Nerium de Bulſen. inter conſ. Natt. 629. num. 19. in fin.* & confirmatu magis, quia ſuppoſito, quod verbum illud, ſciis, ſeu conſciis, accipiendum ſit pro ſolo ſciente, nec conſentiente, vel cooperante, neceſſariò deducitur, quòd filii iſtius ſcientis, prout filii rebellium puniuntur, niſi in pœna corporali, ſaltem in bonis, adeout ſit eis mors ſolatium, & vita ſupplicium *d. §. id quod ibi, de ſatellitibus, ſciis, ac miniſtris, ac filiis ipſorum &c.* quod eſt ſatis amarum, cum lex hanc pœnam filiis committentium crimen læſæ Majeſtatis imponat, quia imitatores parentum credit, ut *in d. l. quiſquis §. filii vero*, quæ verba filiis ſolius ſcientis, & non revelantis, non
30 videntur convenire, & propterea tutius, & verius dicendum videtur, quod illud verbum ſciis, ſeu conſciis, intelligi debeat de conſciis, ſeu conſociis conſentientibus, & participantibus juxta intellectum *gloſ. in d. l. utrum ex DD. ſupra allegatis*, & ex aliis plena manu coacervatis per *Farin. in ſuo conſ. 104. poſt num. 23. verſ. pro contraria vero opinione uſque ad fin.* ubi pro opinione *gloſæ* communerat 39. DD. & iterum in ſua *quæſt. 120. num. 154.* ubi quod negari non poteſt hanc opinionem eſſe magis æquam, & magis communiter receptam, & quod Honophrius Sancta Crucius, de quo agebatur in ſuo *conſ. 104.* nunquam ex ſola ſcientia fuiſſet morti traditus, niſi fiſcus ultro probaſſet etiam quod erat parricidii particeps, eique conſenſerat, & *Bald. in præfato ſuo conſ. incipit quamquam* per bonas rationes, & fatetur etiam *Angel. in §. publica nu. 4. inſtit. de pub. jud.* concludens contra *Bart.* opinionem, inter alia conſiderat, & allegat *tex. in cap. 1. §. præterea ſi Vaſſallus rubr. quæ ſit prima cauſa beneficii amittendi, & de forma fidelit. coll. 10. cap. 1.* per quæ jura Vaſſallus non revelans tractatum contra Dominum, privatur feudo, non privatur vita, nec aliis bonis, quæ jura *Bart. non ponderavit inquit ibi Bald. num. 8. inter conſ. Natt. 629.* quinimo ipſemet *Bart.* tenet contrarium *in extravagant. ad reprimendum, ſub verb. totius fidelitatis*, quem allegat *Jaſ. in d. l. ut vim ff. de juſt. & jur. n. 32. & in verb. legitimè circa fin. & verb. tangunt*, ubi eum allegat, & ſequitur *Capyc. Latr. deciſ. 130. n. 19. & Oſaſc. deciſ. 80. num. 12. in fin. & num. 13. & Nærius de Balſen. in alio ſuo conſ. inibi etiam relato per Natt. ſub num. 19. in fin.* inquit eſſe abſurdum, ut propter ſolam ſcientiam debeat quis capitaliter puniri, & adde tu, & quod filii ejuſdem toto tempore ejus vitæ in morte eſſe debeant. Hinc non immeritò *Afflict. in tit. quæ ſint regalia, verſ. & bona committentium, & num. 103. & in cap. 1. §. præterea col. 1. in fin. cum ſeq. quæ ſit prima cauſa beneficii amittendi*, inquit nullo jure caveri, nec aliquo capitulo Regni, ut propter ſolam ſcientiam quis debeat puniri pœna mortis, ſi aliter de delicto non eſt conſcius, & quod ſciens, & non revelans machinationem committat crimen læſæ Majeſtatis, & ita judicatum refert in cauſa Rainaldi Brancatii per decem valentiſſimos *DD. in ſui præſentia*, refert etiam *Roland. cit. conſ. 88. n. 10. lib. 2. & Farin. quæſt. 51. ſub num. 73.* licet temporibus noſtris aliter judicatum refert *Salernit. allegat. 21. num. 23. Thor. in ſuo compend. deciſ. Regni Neap. p. 3. ſect. 3. verb. ſciens tractatum, & Capyc. latr. conſult. 6. num. 109. ex Capitulo Regni Caroli Primi incipit nuper apud Tranum*, quod videtur totaliter repugnare *Afflicto in d. §. præterea, & reſolutioni* captæ per decem illos valentiſſimos Viros in cauſa Rainaldi Brancatii, *& gloſ. in d. cap. Regni nuper apud Tranum verb. celaverit*, ubi pœnam illam graviſſimam in perſonam, & bonis pro extraordinaria declarat juxta *l. Metrodorum ff. de pœn.* cum ex illis verbis graviſſimis pœnis, in bonis, & in perſonam, attento toto tenore illius capituli, facilè comprehendatur voluiſſe de alia pœna extraordinaria, non de pœna mortis intelligere Imperatore, prout advertit etiam *Author in ſua quæſt. unica num. 27.* & pro certo habuit *Afflict. & decem illi DD. ſapientiſſimi* in cauſa Rainaldi Brancati.

Ad *tex. in d. l. 1. §. occiſorum* ultra reſponſionem datam per eundem *Authorem ſub num. 25.* conſideratur,
31 quod de jure ſervi puniuntur ſemper gravius, quam liberi, ut videri poteſt in *l. 1. §. pœnam*, ubi pœnam falſi in homine libero, deportationem legimus, in ſervo autem ultimi ſupplicii in *l. penultima ff. ſi ex noxali cauſa agatur* ibi, *quia aliter de ſervo &c. & in l. aut facta §. perſona ff. de pœn. ibi aliter enim puniuntur ex eiſdem facinoribus ſervi, quam liberi*, præcipuè ubi in eundem Dominum tendit offenſio, & delictum *d. §. perſona*, ibi, *& aliter quicquid in Dominum, parentemve auſus eſt, quam qui in extraneum, & tex. in l. etſi certus §. ſi appetitus juncta gloſ. verb. animadvertere, ff. ad Syll.*
Quæſtio ſane dubia undequaque, ne dum ex vario
32 intellectu, quem DD. agnoſcunt in *d. §. id quod, verb. ſciis, ac Miniſtris, & in d. l. utrum verb. conſcii, & in §. alia inſtitut. de pub. judic. cum voluerit Conrad. in ſua pract. rubr. de conſciis num. 5. quod lex 2. ff. de parricid.* puniens filium non revelantem necem Patris, pœna relegationis, de ſolo ſciente, & non revelante intelligatur. Lex vero utrum puniens

niens conscios eadem severitate, ac ipsos occisores Parentum, de conscriis ideſt particibus intelligenda sit, alii allegati supra *num.* 29. Verbum illud sciis, seu conscriis in crimine læsæ Majestatis, pro solis scientibus, & non revelantibus accipiunt. Alii severissimam hanc opinionem, & causam sepulturæ animæ Bartoli in inferno exclament, & Author est *Bald. in suo cons. incipit quamquam relat. per Natt. loco supracitato*, considerans nullam adesse culpam, nec voluntatem in sciente solum, & successivè nullum adesse delictum, quia oculus, & auris audiunt, & vident necessario, nec primi motus sunt in potestate hominis? Alii non in hoc residunt, sed in non revelando postea visum, & cognitum, credentes de majori præjudicio agi, ubi de conspiratione contra Principem, & ejus statum tractatur, quam de conspiratione contra Dominum, & ideo majori severitate hoc delictum, licet in omittendo esse plectendum, ut advertit *Clar. & alii*, qui eum sequuntur *in sua quæst. 97. sub nu. 2.* Alii velint opinionem *Bart.* non servari in practica, ut testatur *Felin. in d. cap. quantæ de sent. excom. sub nu. 4.* & ita in effectu observatum referunt *Affl. Roland. & alii relati per Farin. quæst. 151. sub n. 73.* Alii quod opinio *Bart.* servetur in practica, licet per bonas rationes *Bald.* concludat contrarium, ut videre est *Ang. in §. publica instit. de pub. judic. sub nu. 4.* & ita ipsum de facto servare in sua *prax. verb. che hai tradito la tua Patria num. 11.* & ita servasse etiam refert *Bertach. in suo repert. lib. 5. verb. scienter tractatum*, & in nostris temporibus *Salernit. Thor. & Capyc. latr. locis supra allegat.* alii etiam tam indubitatam agnoscant, & fateantur, ut videre est *Farin. d. quæst. 51. num. 71. & Gaill. cent. 5. obser. 40. num. 1.* ubi quod vulgare est Dogma, & quod DD consentiunt ex æquo omnes. Alii eam, vel certam pro reo existiment, vel dubiam ex dubio intellectu *d. l. quisquis, §. id quod C. ad l. Jul. Majest. & leg. utrum verb. conscii ff. de parricid.* ut propterea ex hac dubietate saltem pro mitiori capienda sit interpretatio ex *l. penult. ff. de pœn. c fin. dist. 9. & c. in pœnis, & ibi glos. de reg. jur. in 6.* Præsertim quia negari non potest, quod gravius delictum sit illud, quod consistit in committendo, quam in omittendo, ut advertit *Author in eadem quæst. unic. n. 20. & seq. & Farin. eadem quæst. 51. num. 68. & 73. in fin. & quæst. 120. num. 154. & in suo cons. 104. n. 36. & per tot.* alii quod pœna sit ultimi supplicii, & confiscationis bonorum, ibi, *eadem severitate censemus, ut in d. §. id quod*, sed excusare non revelantem, si ideo non revelet, quia revelationem probare non posset, & sic rigorem talis pœnæ, quærunt evitare, ut videre est *Roland. cit. cons. 88. lib. 2. ex num. 20. Marsil. in l. utrum num. 1. & seq. ff. ad leg. pomp. de parricid. Gaill. obser. 40. nu. 5. Farin. qu. 51. num. 74. & 75. Author eadem quæst. unic. n. 28.* alii quod etsi probare non possint, adhuc puniendi sint, quia facere debent id, quod possunt, ut in principio advertimus *ex Gomez. Plaz. Bart. Boss. & aliis inibi allegatis, & per Farin. eadem quæst. 41. nu. 76.* cum non revelando videantur dolosè facere, ut advertit *Abbas in c. officii de pœnit. & remiss. & Claud. Sei sell. in l. qui accusare in princ. C. de edend.* & in *l. ut vim col. ante pen. vers. istis enim.*

Temperabitur tamen severitas legis, & magis ratio-
23 ni convenire, apparebit textus in *d. §. id quod verb. sciis, ac ministris*, si scientiam in jure necessariam pro punitione investigabimus; Supposito enim quod lex Imperatoria puniat eadem severitate voluntatem, ac operationem in hoc crimine, ut videre est in *d. l. quisquis*, ibi, *eadem enim severitate voluntatem sceleris, quam effectum jura puniri voluerunt & ante, vel cuiuslibet postremo qui nobis militat cogitaverit ex tex. in l. famosi ff. eodem tit. ibi, & an cogitaverit*, scientiam illam sine voluntate non existimabimus à jure tali severitate punitam prout exclamabat *Bald. in cit. suo cons. incipit quamquam sub num. 8.* ubi quod auris, & oculus vident, & audiunt, velint, nolint, sed cum voluntate, quando scilicet aliquis scit, & vult, & successivè in casu nostro conjurationi, & conspirationi consensit, ita existimat *Cassan.* loquens *de parricid. in consuetud. Burgund. rubr. 1. tit. des Judices, & Droitz. y coles. num. 32. Jo. de Platea in §. alia col. 1. in princ. & vers. fin. vers. item attende de pub. jud. Bonif. de Vitalin. tit. de parricid. in fin. vers. item non solum Alberic. in d. l. utrum nu. 1. & 3.* ad quorum dicta confirmandum adduco *tex. expressum in l. 1. §. cæterum ff. si familia furtum fecisse dicatur ubi scientiam, ait Ulpianus, eam spectare debemus, quæ habet voluntatem*, explicat *Menoch. de adipisc. remed. 3. sub n. 43. ibi, Inde conscium criminis eum dicimus, qui aut committit ipse, aut committenti adhæsit, non quo sciente, & cognoscente perpatratum est*, & meo judicio videtur verissima intelligentia *tex. d. §. id quod* cum inibi Imperator non declaret conscios conjurationis, & conspirationis reos criminis læsæ Majestatis non revelantes, quia ex non revelatione insurgeret delictum in omittendo, & sic non possent, ex isto capite non revelantes, dici commisisse crimen læsæ Majestatis, quos lex illa punit severè, ut advertit *Alciat. in l. facere, ff. de verb. signif. sub n. 4.* sed punit conscios illius criminis, uti delinquentes in committendo, & propterea eos, qui sciunt, & conspirationi consentiunt, *ex d. leg. 1. ff. si famil. furt. fecisse dicatur, Menoch. de adipiscend. remed. 3. sub nu. 43. Cassan. Alberic. & aliis locis supra citatis.*

Et ideo dicas magis tutè, quod aut sciens consentit, & conscius criminis dicitur, & de tali conscio loquuntur *tex. in d. l. quisquis §. id quod C. ad l. Juliam Majest. l. utrum ff. de parricid. l. 1. C. de fals. moneta, & §. alia instit. de pub. jud.* & clarè probatur in *d. l. quisquis §. sanè* ibi: *si quis ex his*, ideſt satellitibus, conscriis, ac Ministris, *in exordio initæ factionis*, initæ, ideſt simul itæ factionis, & sic de consocio factionis, & conspirationis, ut explicat *Plin. lib. 7. cap. 40.* alias si de tali conscio non intelligimus, utique, illa verba subsequentis usus fuerit, vel non usus fuerit, conscio ideſt scienti solum convenire non possunt, cum qui stat in puris terminis scientiæ, nec utitur, nec non utitur factione, & successivè talis conscius eadem severitate censeretur, ut & filii ipsius perpetuò lugere debeant, privati omni successione, & mors eis esset solatium, vita supplicium, prout iidem principaliter delinquentes, aut sciens non consensiit conspirationi, tractatui, & factioni, sed imputatur, quod sciens non revelaverit, & tunc pœna extraordinaria punietur ex *l. Metrodorum ff. de pœn.* prout dicimus de filio non revelante conspirationem contra Patrem, nam si conscius fuerit criminis, ideſt consenserit conspirationi, eadem severitate punietur ex *l. utrum ff. de parricid.* si vero non consenserit, sed sciens non revelaverit, & pœna relegationis tenebitur ex *l. 2. ff. eodem tit.* ut optimè distinguit *Jo: de Platea in §. alia instit. de pub. judic. col. 1. in princ. & vers. fin. vers. item attende*, præcipuè si revelando poterat revelationem probare, ex traditis per *Marsil. Roland. & alios allegat. per Farin. q. 51. num. 74. & 75. & per Misinger. cent. 5. obser. 40. n. 5.* quia tunc non revelanti parci deberet, si ideo non revelaret, quia revelationem probare non potest, ut

iidem

iidem DD. volunt, ſecus ſi dolo, credens forſan conſpirationem ſortiri poſſe effectum, ut advertit *Abb. in d. cap. officii de pœnit. & remiſ. & Siſell. in d. l. ut vim col. antepen. verſ. iſtis enim*, ſed in utroque caſu recorderis, & non ſis immemor verborum *Modeſtini in l. famoſi ff. ad l. Jul. Majeſt.* ibi: *Hoc tamen crimen à Judicibus, non in occaſionem ob principalis Majeſtatis venerationem habendum eſt, ſed in veritate rei*; Nam & perſona ſpectanda eſt an potuerit facere, & an ante quid fecerit, & an cogitaverit, & an ſanæ mentis fuerit, nec lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum eſt. Quamquam enim temerarii digni pœna ſint, tamen ut inſani parcendum eſt illis.

34 Demum ſcire convenit an ſi de tempore delicti commiſſi pœna vigoroſa de jure communi, vel ſtatutario pro delicto illo, quod committitur, ſed de tempore ſententiæ ferendæ pœna illa mutata reperiatur per ſtatutum, & levior fuerit ordinata, an inquam talis delinquens puniri debeat pœna, quæ vigebat de tempore commiſſi delicti, an vero, ea, quæ viget de tempore ſententiæ ferendæ. Hanc quæſtionem movit *Riccard. de Malumb. in ſtudio Paduano*, & reſolvit attendendum eſſe ſtatutum poſterius, quod viget de tempore ſententiæ, & condemnationis, ſi pœna antiqua, quæ vigebat de tempore delicti per novum ſtatutum fuerit minorata, prout in illo caſu contingebat, dum de tempore, quo Venetus vendidit ſalem Paduano, vigebat ſtatutum, quod puniretur in libris centum, de tempore vero accuſationis, & condemnationis hujus delicti, aliud ſtatutum fuit conditum, quod talem venditorem puniebat in libris 25. & reſolvit *Riccard.* Venetum accuſatum puniri non poſſe, niſi in libris 25. attenta forma ſtatuti, quod vigebat de tempore proferendæ ſententiæ, reddens rationem, quia ex quolibet delicto duo actus inſurgunt, actus ſcilicet obligatorius, & liberatorius, qui ſolutio appellatur, & ideo in Civilibus ponuntur diverſi tituli de obligationibus, & ſolutionibus, & in criminalibus tractatus, ſeu titulus delictorum, & pœnarum, itaque celebrato contractu, vel commiſſo delicto, actus obligatorius, qui inde naſcitur, eſt præſens, actus ſatisfactionis eſt futurus. Cum ergo Venetus vendidit ſalem Paduano contra formam ſtatuti, fuit obligatus, & iſte actus eſt præſens, vel præteritus, ita ut non futurus, & ad iſtum actum lex, quæ poſtea fieret, non extenderetur, puta ſi fieret poſtea ſtatutum, quod quilibet ſalem impune venderet Paduanis, ſed actus liberatorius à delicto commiſſo, etſi actus futurus, & ideo lex poſtea ſuperveniens benè amplectitur talem actum ut potè futurum, licet, ex actu, ſeu delicto præcedenti ortum habuerit, cum ita ſtatutum, non ad eſſentiam delicti formandi, ſed ad formam ſatisfaciendi pro delicto prius commiſſo reſpiciat, ſervabitur iſtud ſtatutum novum in ipſa punitione, & ſatisfactione facienda, allegans inter alia jura *tex. in l. teſtium C. de teſt. & in auth. hæc conſtitutio innovat conſtitutionem priorem*, refert hanc opinionem *Riccardi Bart. in l. omnes populi ff. de juſt. & jur. num.* 48. nec reſidet in ea, ſed immo impugnat *ex tex. in l.* 1. *ff. de pœn. & l. penult. ff. ſi ex noxali cauſa agat.* quæ jura dicit *Bart.* quod videntur inter ſe repugnare, cum in *l.* 1. *ff. de pœn.* dicatur, quod illa pœna ſit imponenda reo delinquenti, quam merebatur de tempore delicti commiſſi, in *l. vero penult. ff. ſi ex noxali cauſa*, videtur concludi totum contrarium, quod ſcilicet attendi debeat tempus ſententiæ proferendæ, & ideo is, qui ſervum ſiſtere promiſit in noxali cauſa, non ſatisfacit ſuæ promiſſioni, eum ſiſtendo liberum, quia diverſa pœna &c. & ideo *Bart.* reducendo jura prædicta ad concordiam diſtinguit pœnam à lege determinatam, & extraordinariam, ac per Judicem terminandam, ut primo caſu tempus delicti ſit ſpectandum, ſecundo vero caſu ſpectandum ſit tempus condemnationis, & ſententiæ proferendæ, & hanc diſtinctionem *Bart.* ex pluribus confirmat *Caball. caſ.* 247. *num.* 15. & *caſ.* 156. *num.* 2. quem laudat *Guazzin. def.* 33. *cap.* 20. *num.* 4. ſubdiſtinguens poſtmodum *Caball. cum Bartolo loco citat.* quod ſi pœna eſt conveniens delicto, attendatur tempus delicti, ſi vero eſt exorbitans, & exceſſiva, attendatur tempus ſententiæ, & condemnationis, ita intelligens reſolutionem *Riccard.* dum in quæſtione propoſita per eum ſupponit ex primo ſtatuto, pœnam fuiſſe decapitationis, in ſecundo vero ſtatuto, pœnam eſſe librarum 25. ſed non advertit *Bart.* quod jura ab eo ponderata in *l.* 1. *ff. de pœn. & in l. penult. ff. ſi ex noxali cauſa* non loquuntur de mutatione legis, in quibus terminis diſputat quæſtionem *Riccard.* ſed de mutatione conditionis, & ſtatus perſonæ ipſius Delinquentis, dum de Servo Delinquente ambo jura loquuntur, qui poſt delictum commiſſum libertati fuerat donatus, advertit tamen hanc differentiam *Alberic. de Roſat. in ſuo tract. de ſtat. quæſt.* 70. *incipit item quæro quæſtionem diſputatam num.* 30. ibi: *& per hoc etiam bene facit ff. de pœn. l.* 1. *licet non loquatur in mutatione legis, ſed in mutatione ſtatus perſonæ delinquentis*, quod etiam advertit antea *gloſ. in l. pen. ff. ſi ex noxali cauſa agatur verbo vindicto*, ibi, *cum ſemper inſpiciatur in condemnationibus conditio perſonæ, quæ fuit tempore commiſſi criminis*, nec ibidem *Alberic.* referens eandem quæſtionem diſputatam per *Riccard. Malumb.* ſupponit in primo ſtatuto pœnam decapitationis, & in ſecundo pœnam 30. librarum, ſed in primo pœnam centum librarum, in ſecundo pœnam 25. ut videre eſt eum ſub *num.* 28. *& Alberic.* convenit cum *Riccard.* ex juribus per eum adductis, & ex ſolido fundamento, quod ſolutio, & ſatisfactio pœnæ contingit de eo tempore, quo ſtatutum fuit mutatum, idem confirmat in *4. parte quæſt.* 55. & 56. & convenit *Cyn. in l. leges, & conſtitutiones C. de legib. cui ſe ſubſcribit Bald. in c. fin. de conſt. num.* 7. *Jo: Bapt. à S. Severin. in d. l. omnes Populi num.* 155. *verſ. juxta prædicta ff. de juſt. & jur. Tuſc. lit. L. concluſ.* 264. *num.* 35. *Innoc. Anton. de Butr. & Imol. in cap. fin. de conſtit. Capra reg.* 6. *num.* 45. *& ſeq. Soccin. Jun. conſil.* 21. *num.* 11. *&* 14. *Alderan. Maſcard. de gen. ſtat. interpret. concluſ.* 13. *nu.* 59. *& ſeq. Farin. in fragm. par.* 2. *verb. lex, num.* 39. *Sanfelic. deciſ.* 221. *n.* 4. *qui ita etiam intelligunt. Bart. in d. l. omnes Populi n.* 50. *Cavalc. de brach. reg. par.* 4. *nu.* 111. *&* 112. ubi quod ſi mutetur ſtatutum, nihilominus dicitur delinquens accuſari ex lege antiqua reſpectu ſpecificationis delicti, licet puniatur ſecundum pœnam novi ſtatuti ex *Bart.* quem allegat in *l.* 1. *col. pen. verſ. ulterius quæro ff. de pub. jud. Guazz. d. def.* 23. *c.* 10. *num.* 4. Quando igitur ſupponitur mutatio pœnæ ex mutatione ſtatus, & conditionis delinquentis, procedunt jura allegata per *Bart. in d. l. omnes Populi num.* 48. *&* 49. & ejus diſtinctio de pœna determinata, & ordinaria, & de pœna extraordinaria, & determinanda, & ſucceſſivè dicta per *Caball. cit. caſ.* 147. *num.* 15. *&* 156. *num.* 3. 4. *&* 5. Quando vero agitur de mutatione legis, ſeu ſtatuti, tunc, aut ex novo ſtatuto pœna augetur, & attenditur primum, quod vigebat de tempore delicti ita concluditur *Alberic. in eadem quæſt.* 70. *num.* 30. *ex tex.*

Digitized by Google

in l.1. ff. de pœn. & respondit *ad tex. in l. penult. ff si ex noxali causa agatur*, & idem etiam dicitur tenere *Gandin. in rubr. de pœn. percuss. & insult. vers. pone me accusare Titium*, & convenit pro hac parte *Bal. in c. fin. de Constit. num. 7.* ubi quod lex pœnalis trahitur ad futura, indulgens vero ad præterita, & in *l. omnes Populi, num. 16. ff. de just. & jur. & Cabal. cas. 156. num. 9.* ibi, *& Delinquentes puniri secundum leges vigentes de tempore transgressionis*, & est verissima conclusio judicio meo, cum non possit transgressor legis, qui delinquit antequam lex ipsa nascatur, & ideo dicitur, quod lex præsertim pœnalis respicit futura, non præterita ex *Bald. in d. c. fin. de constit. num. 1.* & plenè *Farin. in fragm. par. 2. litt. C. n. 25. & seq.* adde (si placet) aliam rationem, quia reus delinquens obligatur illi pœnæ, quæ videt de tempore, quo delinquit *l. Imperatores ff. de jur. fisc.* ibi, *tu te huic pœnæ subdidisti, l. fin. C. ad l. Jul. Majest. l. 1. §. Bestias cum ibi notatis per DD. ff. de postuland. incertus Author in tract. de crimin. læsæ Majest. quæst. 8. nu. 7. Cabal. cas. 115. n. 10. Surd. decis. 158. num. 4. Vasq. qu. illustr. cap. 52. n. 17.* Et licet ratio prædicta impugnare videatur præcedente conclusionem, & videre faciat eam non posse substineri, cum reus delinquendo remaneat obligatus illi pœnæ graviori, quæ viget de tempore, quo deliquit, attamen non repugnat, si consideratur, quod ad pœnam infligendam delinquenti, ne dum consensus, ipsius rei attenditur, sed magis voluntas Principis subditum suum tali pœnæ subjicientis, cum de re sua statutum sit quem esse moderatorem, & arbitrum *in l. in re mandat. C. mandati l. etiam ff. de sol. matrim.* secus de persona, immo de ea scitum est, quod nemo est Dominus membrorum suorum, *l. liber homo ff. ad l. Aquil. Scace. de judic. lib. 1. cap. 51. sub num. 14. & de re judic. glos. 7. quæst. 3. limit. 4. num. 222. & seq.* nec se ad pœnam corporalem obligare posse *Farin. q. 13. n. 49.*

Unde cum voluntas Principis, seu statuentium, qui legi antiquæ, seu antiquo statuto derogare possunt, mutata reperiatur de tempore exactionis dictæ pœnæ repugnare non videtur, quod obligatio orta de tempore delicti, de tempore vero condemnationis, & solutionis aliter satisfiat juxta mentem, & ordinationem Principis, seu statuentium, ut volunt *Cyn. & Riccard. cum aliis supra alleg.* nisi tamen mens statuentium repugnet ex dictis per *Bald. in l. omnes Populi nu. 54. & 55. ff. de just. & jur.* nam si posterius statutum loquatur per verba futura, si quis in posterum delinquet, vel aliter, tunc non videtur antiquam legem abrogasse, nisi in iis delictis, quæ postmodum succederent.

Dicas ergo in præsenti quæstione, quod aut de delicto agitur, quod habet pœnam à jure, vel statuto determinatam, & attenditur tempus delicti, nisi post delictum reperiatur per novum statutum minorata, supponendo tamen quod statutum novum priori deroget, vel expresse, vel tacitè, de quo habetur plenè per *Giurb. cons. 25. num. 4. 5. & per tot. & cons. 26. num. 1. & seq.* nam si illi non deroget, vel se declaret aliter, tunc minoratio ad præterita non extenditur. Aut agitur de pœna arbitraria, vel extraordinaria, seu adjunctione, vel diminutione tunc facienda respectu personæ delinquentis, personæ inquam delinquitur, causæ ob quam delinquitur, loci in quo delinquitur, vel aliter, & tunc attenditur tempus sententiæ, non delicti.

FINIS.



IN-

Digitized by Google

INDEX
RERUM, ET MATERIARUM
IN HOC OPERE CONTENTARUM,
In quo Summaria, vel res notatu dignas
Lector ordine Alfabetico inveniet.

A.

ABducentes personas de loco ad locum, causa extorquendi pecunias, seù causa recaptus, sunt ipso jure forjudicati, resol.8.n.3. & *Clarius* n.10.

Debet tamen plene constare de delicto: neque sufficiunt præsumptiones, ibid. & n.10. & *declaratur*, ut ibi.

Absenti ad veniendum, pro singulis viginti milliaribus, assignatur una dies, resol.7. n.1. *declara*, ut num.3.

Absolvere nocentem melius est, quam innocentem condemnare, resol.11.n.2.

Absentis innocentia allegatio pro Reo citato, quando admittitur, resol.11.n.3.

Absens damnari non potest de jure communi pro criminibus merentibus pœnam corporalem, resol.16. num.1.

Sed ubi agebatur de pœnis pecuniariis, vel non excedentibus relegationem, condemnatio absentium permissa erat, ibid.

Et quomodo de jure communi contra absentem reum in contumaciam per annum persistentem procederetur, ibid.

Absens hodie de jure municipali totius fere Italiæ post citationem, & contumaciam, pro criminibus maxime capitalibus ad mortem damnatur, resol.16. num.2.

Absens reus in Regno post contumaciam, capitali pœna ultimi supplicii damnatur, ibid.

Ad absolvendum proniores esse debemus, resol.25.n.3.

Absurdum est, & à bono Judice alienum morti aliquem tradere, quem mori non debere, ex actis in promptu constat, resol.25.n.5.

Actum uno modo explicare valens, si eligat alium minus legitimum, actus corruit, resol.12.n.5.

Actus, quando est inutilis ratione formæ omissæ, potest iterari, & forma suppleri, resol.14.n.3.

Actum propria auctoritate gerere valens, si adeat Judicem, sibi præjudicat, nec potest propriam Auctoritatem amplius exercere, resol.23.n.5.

Actum principaliter, non quod in consequentiam venit, est attendendum, resol.25.n.2.

Actus factus ad unum finem, non potest parere alium finem, ad quem actus non fuit directus, ibid.

Actus, cum subest causa necessaria, præsumitur ex illa causa necessaria factus, non ex voluntaria, resol.25. num.19.

Acta in judicio repositionis efficiunt notoriam, resol.5. num.5.

